

ediolani
Cotta

STATVTA MEDIOL.

CVM APPOSTILLIS CLARISSIMI VIRI IVRECONSVLTI MEDIOLANENSIS DOMINI Catelliani Cottæ in meliorem Formam, quam Antehac typis excusa.

Quibus deinde copiosus adiectus est Elenchus, una cum Annotationibus quibusdam ad ipsa Statuta maxime facientibus, an Egregio Iurecon. D. Antonio Rubeo nunc primum in Lucem æditus.

CVM PRIVILEGIO CAESAREO



MEDIOLANI

Apud Io. Antonium Castellionæum impensis. D. Io. Baptistæ & fratrum de Serono. Anno. M. D. L I I.



ANTONIVS RVBEVS EX GALLARATO, VENERANDO COLLEGIO IVRISPERITORVM

Iurisconsultus Iurisconsultissimo. S. D.

Iam Annos aliquot, posteaq̃ animum ad Leges cepi grauius applicare, in hac amplissima Ciuitate, omniũ fere sum admiratus sacri Collegii Iuris consultorum æloquentiam, ac probitatem, sed te, In primis, Io. Baptista Pechie, uir æloquentissime, propitio quodam numine suggerente, & colui, & obseruaui, inspiciens illud in te potissimum, q̃ cum magna Ingenii fælicitate, morum grauitatem, præ te fers, neq; in frustra mihi, benignissime. n. tu, in tuam, me, amicitiam excepisti, excitastiq; me, tu, inter primos ad ea studia, in quibus, tu max. regnas, unde mihi, cũ uiderer. pene ingratã agere uitã q̃, nulla unq̃, mihi, offerreretur occasio qua meũ in te testificarer animũ non dubitaui qualécunq; ẽt arripere causam, eã, quæ tantũ, id præstet, ut ex ipsa, ut cunq; , te intelligeres, me multis tibi nominibus, uere esse deuinctissimũ, dignitatisq; Collegii studiosissimũ, ea ẽ huiusmodi. Porro mihi olim, ad leges primũ aspiranti, & prope surgenti sõmo de obuiam facta est honesta, clarissimorum Iurisperitorum, Ioannis. Nauæ, simul, & Io. Baptistæ Vincemalæ consuetudo, qua fateor non parum, ad legum studia, sum promotus, & adiutus. His tum, apparabantur nõnulla, & pulchro ordine, in nostra Statuta, quæ dicuntur glosemmata, seu glosæ, (neq; crediderim, de ædendo, ii cogitarint) ea tamen, tum a multis uidebam commendari, Hæc ipsa, deinceps, ab eorum morte, ad nos peruenere. Ego autem, ne tantorum non paruus uirorum labor disperiret, & suus non esset rei fructus, curaui, primo, ut hæc ipsa augerẽtur, cõplerentur, ac suis, uelut, pingerentur coloribus, nec nostris sine multis uigiliis, ac demum, opportune denuo, cum, in præsentiarum excudantur Statuta, mihi, non solum sed etiam multis æruditis placuit, ea ipsa aucta, & apparata, ut præposui, & ad sua quæq; loca, suis numeris directa, subscribi ipsis Statutis, ut, & nostrum studiolum esse posit adiu-

mento,his præcipue,quibus,per ætatem non licuit a ſacra Statuto-
rum adyta,alicubi propius accedere.Hocq; audacius feci, exemplo
laudatisſimo Clariſſ.Iuris,Catelliani Cottæ,ſub monitus, cuius , &
negligentiam propter ſummam eius,in re legali,facultatem nonnul
las ſuas Statutis gloſas apponi,quorum præſidio,recrearentur mi-
nus docti.Huius igitur imitamur factum,licet eruditionem,non aſ-
ſequamur.Præterea, ad faciliorem ſtudioſorum cognitionem,unum
quod & mihi factu facile,& rudibus maxime utile fore intellexi,R u
bricam omnium contentorum in Statutis,quam olim nondum do-
ctor legum concinnaueram,exercitationis cauſa.Alphabeti ordine cō
ſcribi curaui,& copia & æruditione ſolito clariorem.Quod vero,ad
te pertinet,Baptiſta iurisperitorum æloquentisſime,qui (ut prætu-
li)tibi cupio uideri deuinctisſimus,ea præſertim re,quæ præſtātisſi-
mo Collegio minime ſit ingrata,& nihil poteſt,mihi gratius euenire
quā aliquid dixiſſe,aut feciſſe,quod gratum ueſtro fuerit animo, id
maxime cum intelligam de te, uel potius , de prudentisſimo ueſtro
Collegio ſemper,uos hoc animo fuiſſe,ut omnibus bene conſulere
tur teq; ita mirum in modum delectari, ſi amicus quiſpiam per te ,
quā plurimis contendat opem ferre.Hinc ergo conſtitui hæc ipſa ,
qualiacunq; ſint,in lucem etiam ſub umbra alarum tuarum,profer-
re.Hoc enim pacto exiſtimaui me poſſe meo in te prōptisſimo ani-
mo (non offenſa interim ſed conciliata Clarisſimi doctorum ordinis
beneuolentia)aliquantis per ſatisfacere & rei ipſi autoritatem non
paruam adhibere ſi Lectores eadem ſenſerit vt maxime cupio & tibi
placuiſſe vale,Doctorum decus Mediolani Cal.Martiis.1552.

RVBRICAE GENERALES
PRIMI VOLVMINIS.

RVBRICAE GENERALES
SECVNDI VOLVMINIS.



INDEX MATERIARVM SPARSIM in Statutis Mediolani contentorum alphabetico ordine copactus.

5

Fideiussor, qui non possit esse, cap. 353. nullus fol. 121. a fron. vol. secundo.

Fideiussorem, vbi quis cogitur dare, non tenetur campsorem, nec pignus præstare, capit. 88. non cogatur folio. 30. a tergo volum. eodem.

Fideiussorem præstans quandoque partem citare tenetur, capite 201. statuitur, fol. lxiiii. a fron. versic. ita tamen fol. eod. a tergo volum. secundo.

Fides est adhibenda ascendenti pro expensis factis in ornanda descen dentis Vxore, capite. ccxcii de ijs fol. xcviii. a ter. vol. pri.

Fides adhiberi debet Libris collegij notariorum Mediolani, cap. 374. adhibeatur fol. cxxiii. a fron. vol. primo.

Fides adhibetur abbati autificum, & alijs ibi nominatis, absque vlla probatione, cap. cxiiii. fides fo. xl. a fron. vol. ii.

Fides adhibeatur reperitur Christi nomine cuiuslibus sententiæ. &c. capite. ccxiii. reperitur, fol. lxix. a ter. vol. ii.

Filii, & filiæ quando in locum patris, vel Matris succedant in dote, cap. ccxcviii. Maritus, versi. fin. fol. xcix. a ter. vol. primo.

Filius natus post diuisionem a patre inter alios factam, potest ab eis suam partem auocare, capit. 307. si pater fol. 101. a terg. volumine primo.

Filiusfam. potest consentire mulieri se obliganti, quæ sit eiusdem parentelæ, cap. 328. versi. & si aliquod, in fin. fol. 106. a terg. volu. primo.

Filiusfam. non potest obligari regulariter sine patris consensu, fal lit, &c. cap. 416. cum Filiusfam. folio 142. a fron. vol. eo.

Flumina publica debent carere obstaculis, cap. 244. in Flumine, fol. 89. a ter. vol. ii.

Flumina nauigium magnum intrantia, possunt exire, & nominatim describuntur, cap. 329. Flumen folio, 3. a fron. & seq. vol. ii.

Fœmina nata etiam ex Filio præmortuo excluditur a masculo in successione Ascendentes ex linea masculina, cap. 278. in successionibus, folio 93. a fronte vol. primo.

Fœmina exclusa, si intra tempus debitum, non fuerit dotata, ad quid admittatur d. cap. versi. Et, si fol. eod. a ter. & fingitur continuari, in possessione, vt ibi, versi. & intelligantur.

Fœmina exclusa, & dotata, si defierit esse dotata, quando iterum debeat dotari, & ali. cap. eod. versi. & si fol. eod.

Fœmina quando intelligatur dotata cap. 281. si fœmina fol. 95. a fron. cap. 280. idem versi. fin. fol. 94. a tergo & cap. 285. si mulier, folio. 95. a ter. vol. pri.

Fœmina semel exclusa quando iterum admittatur ad successionem, & quid ipsa conferre debeat. cap. 286. si contingat fol. 95. a tergo uol. primo.

Fœminæ exclusæ a masculis, qualiter, & intra quod tempus dotandæ, cap. 278. in successionibus, fo. 93. a fron. uer. teneantur fol. 93. a ter. vol. eo.

Fœminæ exclusæ, a masculis, sunt alendę, cap. eo. uers. & interim fol. eodem.

Fœminæ etiam ascendente testato moriente excluduntur, sicut ab in testato, nisi in testamento sint institutæ. ca. 280. idem fol. 94. a ter. vol. pri.

Fœminæ ab agnatis exclusæ quando, & quomodo ab eis dotandæ sint, & alendæ, cap. 290. in collateralis. fol. 96. a fron. versi. fin. fol. 97. a ter. vol. pri.

quod sine

quod sint capti ubi reperiantur ...
... ut ibi ...
Usores ... ...
... cap. 420. ... fo. 145 ...
Magistri ... cap. 351. ... fo. ...
Magistri ... cap. 363 ...
Magistri ... cap. ... fo. ...
Maleficiis ... cap. 402. ... fo. 140 ... vol. p°
Malitia ... cap. 258. ... fo. 84 ... vol. 20
Mandosthi ... cap. 90 ... fo. 32 ...
Mariti ... cap. 295 ... fo. 99 ... vol. p°
Mariti ... cap. ... fo. 99.
Mariti ... cap. 200 ... fo. ...
Mariti ... cap. ...
Marito ... cap. 299 ... fo. 103 ... vol. p°
Mariti ... cap. 454 ... fo. 153. ... vol. p°
Marinarij ... cap. 420 ... fo. 142 ... vol. 20
Marosserij ... cap. 420 ... fo. 142 ... vol. 20
Marosserij ... cap. 422 ... fo. 142 ...
Massae ... cap. 69 ... fo. 31 ... vol. p°
Marchiani ... cap. 90 ... fo. 32 ... fo. 33 ... vol. 20
Masculi ... cap. 278 ... fo. 95 ... vol. p°
Masculi ... fo. ...
Masculi ... cap. ... vol. ... fo. 99 ...
Masculi ... cap. 279 ... fo. 99 ... vol. p°
Masculi ... cap. 126. ... fo. 46 ... vol. p°

Massarij . . . . cap. 352. Massarij . . . . . .

Massarij . . . . cap. 303 . . . . . . fo. 172 . . . .

Massarij . . . . cap. 303 . . . .

Mater . . . . cap. 220 . . . . . fo. 91 . . . .

Mediatorum . . . . cap. 120 compromissa fo. 99. a ter. vol. 20

Medici . . . . cap. 85 . . . fo. 30 . . . . . .

Medici . . . . cap. 355 . . . .

Medici . . . . cap. 357 . . . .

Medici . . . .

Medici . . . . cap. 303 . . . .

Medici . . . . cap. 357 . . . .

Medici . . . . cap. 315 . . . . . fo. 173 . . . .

Medicinae . . . .

Medici . . . . cap. 355 . . . . fo. 122 . . . vol. 2°

Medici . . . . cap. 358 . . . .

Medici . . . . cap. 351 . . . . . . fo. 170 . . . .

Medicus . . . . cap. 354 . . . . fo. 171 . . . . . .

Medici . . . . cap. 352 . . . . fo. 178 . . . . .

Meliorantes . . . . cap. 441 . . . . . . fo. 197 . . . . . .

Meliorantes . . . . cap. 139 . . . . fo. 190 . . . . vol. 20

~~Melioramentis in fundo locato . . . . .~~

Meliorantes . . . . cap. . . . . . . fo. 32 . . . . fo. 33 . . . . vol. 2°

Melioramentis in fundo locato . . . . cap. 401 . . . . fo. 195 . . . . vol. 2°

Melioramenta . . . . cap. 303 fo. 303.

Melioramenta . . . . cap. 303 . . fo. 303

Meretricibus.

Mercatoribus ... transeunt [illegible] parte quae ... cap. ... Mercatoribus fo. 80 a [illegible] col. 2°

Mercatoribus ... [illegible] quemcumque [illegible] cap. ... Mercatoribus fo. 143 a ter. col. eod.

Mercatoribus causa ... [illegible] ... cap. 92. [illegible] fo. 11 a ter. col. p°

Mercatores [illegible] debent per fractione ... [illegible] cap. 75 [illegible] fo. ... col. 2°

Mercatores [illegible] ... procedit ... cap. 18 ... fo. 91 a [illegible] col. p°

Merces [illegible] pro [illegible] cap. 150 [illegible] et cap. 277 de [illegible] col. p°

Merces communes ... cap. 118 ... fo. ... et cap. ... cap. 282 [illegible] fo. 82 ... col. p°

Merces [illegible] pro [illegible] cap. 183 ... fo. 182 ... et [illegible] col. p°

Merces [illegible] pro [illegible] cap. 185 [illegible] col. eod.

Merces [illegible] ... [illegible] fo. eod. ...

Merces [illegible] pro [illegible] cap. 129 ... fo. 93 a [illegible] col. p°

Merces de [illegible] ... [illegible] cap. 397 [illegible] fo. 129 a ter. col. 2° et ... fo. 130 ... col. p°

Merces [illegible] pro expeditione [illegible] cap. 401 ... fo. 152 a [illegible] ... cap. 227 [illegible] fo. 80 a [illegible] col. 2°

Merces [illegible] ... promissionis ... cap. 451 ... fo. 136 a ter. col. p°

Merces notarii [illegible] cap. 403 si continuat ... fo. 138 a [illegible] col. p°

Merces [illegible] ... [illegible] cap. 07 [illegible] fo. 22 a ... col. 2°

Merces custodi [illegible] cap. 151 [illegible] fo. 51 a [illegible] col. 2°

Merces hospitio ... [illegible] cap. 192 [illegible] fo. 86 a ter. col. ...

Merces [illegible] ... [illegible] ... in Italia ... col. 1°

Merces [illegible] quanta sit cap. 470 [illegible] fo. 192 a [illegible] col. eod.

Meretrices ... possunt esse in civitate ... cap. 270 [illegible] fo. 154 a [illegible] col. 2°

Meretrices [illegible] ... sub poena cap. 473 [illegible]

Meretrices de [illegible] ... cap. 474 ... fo. eod.

Meretrices in Burgo ... cap. 475 ... fo. 115 a ... col. 2°

Meretrices per fractione ... cap. 476 [illegible] eod.

Mestiuu

APPOSTILLAE AD NONNVLLA STATVTA APPRIME FACIENTES.

Ad Statutum, de citationibus. Cap. 1. fol. 1. a fron. vol. 1.



Duerte ad vnum, quod quotidie contingit, & pauci aduertunt, quod citationes fiunt sine mandato Iudicis, contra formam iuris, vt habes per Ias. in §. quadrupli in 2. col. nu. 12. inst. de act. Nec hoc statutũ disponit, quod Citationes, valeant sine mandato Iudicis, immo videtur dicere contrarium, ponderando verba illa, in Princ. statuti, ibi per iusdicentes, uel arbitros, responderi potest, quòd consuetudine substinentur, Sed in contrarium facit, quòd prohibet statutum consuetudinem allegari. Tu cogita si dici potest 2. modo, quod hic est Stilus, non consuetudo. Et limita non procedere hanc consuetudinem, quando, Quis non posset citari, nisi petita uenia, ut per Cast. in l. Sed si hac §. Prætor ait ff. de in ius. uoc.

AD IDEM.

Ibi debeat continere causam insertam, dic idem esse de Iure communi, ut per Alex. in l. Filius fami. § Diui. num. 31. ff. de leg. p. vbi habetur non ualere citationem, in qua continetur, quod quis compareat ad audiendum intentionem Iudicis, non adiecta causa.

Ad statutum de perhemptorio ad audiendum sententiam. Cap. 5. fo. 3 à fron. uol. primo.

Dum ibi dicitur, ꝙ principali personæ, &c. aduerte quod accidit de facto, ꝙ mortuo principali ignorabatur quis esset Hæres, & dubitabatur, an sufficeret citare dominum Litis Aduocati Mediolanensis uaria sensere alij ꝙ curator esset dandus Hæreditati iacenti, quæ representat personam defuncti, & sic, ipsa, seu eius curator, uti Principalis, esset citandus attenta, forma Statuti, alij senserunt Statutum loqui, quando adest principalis, sed eo mortuo, casum remanere in dispositione iuris communis, quo cautum est dominum Litis citandum l. Nulla C. de Prout. Tandem Iudici illi ostensa fuit Decisio, Calcan. consi. p. col. 2. uolentis Statutum loquens, de aliquo, non uerificari in Hæreditate uacante, quia ficte defunctum repræsentat. & statutum debet intelligi in casu uero, & quòd Hæreditas dicatur persona ficta. Castr. in l. Si forori C. de iur. delib. Bald. in auth. Defuncto col. p. in fi. in prin. seq. C. ad Tertul. Ias. in l. Si is. qui pro emptore, in octauo Not. ff. de usucap.

AD IDEM.

Ibi si dimittat Copiam Perhemptorii Consilibus, Quid si uni tantũ Consuli, An sufficiat. Ang. consi. 189. col. prima. circa princ.

Ad statutum, de iudicis, cap. 25. fol. 9. a tergo. uolumi. primo.

Ibi, per omne genus probationum, sublata fuit difficultas, per Constitutiones quæ quandoq; fiebat, an instrumenta, lapso termino ad probandũ, produci posset, uel testes iurati in termino, possent postea examinari, Quia in eis adduntur, Illa uerba, & probatum habendum, Quæ tollũt, omnino, lapso termino, uel examen testium tempore debito iuratorum, uel Iurium productionem, unde inoleuit cõmunis practica q̄ habetur recursus ad Senatum Excellentissimũ concedeñ litteras ad producendum, Termino dierum trium, uel deponeñ, ubi in termino, Iurauerint.

Ad statutum, de actis portandis extensis. cap. 36. fol. 13. a Fr. uolumi. primo.

Notandum est ad unum, quod in practica quotidie cõtingit, q̄ productionis generalis, quæ non fuerit facta cum protestatione, uidelicet, in punctis, & Articulis ad uictoriam caussæ facientibus, ualet, & releuat producentem etiam q̄ non sit specificata, Aliter si facta sit in punctis, & ut supra prout est communis practica, debet specificari, Ita uoluit Bar. in. l. Si finita §. Iulianus numero. xii. ff. Dam. Infec. & in. l. accipientis, de Ant. Tut. Fel. in. c. imputari, de fid. instr. tom. sing. cccx. incip. Hæsitatum fuit multum.

Ad statutum. Quod durante instantia Compromissi. non currat tempus instantiæ caussæ principalis, nec alterius Caussæ. cap. xxxix. fol. xiiii. a Fr. uolumi. primo.

Vt cognoscere scias an istud Statutum sit correctorium iuris communis, in totum, uel in parte, Panor. c. pen. numero xiiii. cum ibi not. de ind. Ias. in. l. properandum. col. v. numero xxiii. C. de iud. tenet, q̄ ubi non esset statutum, bene curreret instantia caussæ principalis, secus in caussa appellationis, ut ibi, per eum.

Ad statutum, de exequutione instrumenti, & scripti manu debitoris facti, uel subscripti. cap. xlii. fol. xv. a Fr. uolumi. primo.

Frequentatur in foro istud statutum, & uidi multos Procuratores male formasse processus, cũ maximo Cliẽtum suorũ dispendio, in materia istius

Statuti, & propterea aduertendum est in primis, q Statutum istud dicitur esse exorbitans, a iure communi, ideo stricte intelligatur, Laur. Calc. consi.xvii. & aduerte, q Statutum dans exequutionem instrumento, est intelligendũ de liquido. Alex. consi.clxxxviii.col.ii.numero primo.uolu. secondo. & ideo, ubi essemus in casu requirente mensuram, priusquam mensuretur contractus ille non diceretur perfectus Paul. de Cast. in.l.si seruum.§.si modus. ff.act. emp. & ideo non posset intentari remedium huius statuti, non facta prius mensura, prout iis diebus proximis factum fuit, in caussa quadam pendente adhuc coram iudice, pro qua eram aduocatus, & fuit necesse recurrere ad Senatum, qui postea dispensauit, & sic de similibus, utpura, consistentibus pondere, uel numero, uel requirente calculum. Dec. consi.cccccccxviii.nume.v.fol.xii.lib.v.

Successiue uidi dubitare, concessum erat praeceptum, & intimatum parti aduersae, tanquam haeredi, an ista qualitas poterit uerificari in termino dierum.xv.utilium, uide Paul. in consi.xci.num.vi.lib.primo, secundum no. impress. & considera statutum nostrum, ibi, facta fide summatim, teneatur iusdicens. Sed qui, si pars non opponeret, contra aliquem agentem, uti Haeredem, dic q etiam parte non apponente antequam ulterius procedat, debet, se ostendere haeredem. Soc. consi.lxxxix.uol.iii. Dec. cõsi.lxi. in prin. filius tamen iudicatur, prima facie debitor, licet non appareat, q sit haeres patris, ut per Bat. in.l.necessariis.ff.de acquir.haered. & Castr. in.l.filio patre ff.de leg.primo.

Item adde, q etiam Statutum istud procedit in instrumentis conditionalibus, post purificatam conditionem, ut per Ang. in.l.fin.§.primo cum ibi not.ff.de uulg. & pup. & per Dec. consi.vii.col.iii.

Sed, quid de cessionario creditoris, an beneficio statuti praesentis, uti possit, uide Bald. in.l.plane, el primo.ff.famil.hercis. & Alex. post Castr. in.l.postulanti.num.ix.ff.ad Trebell.

Pro declaratione Statuti, adde, Quia fui interrogatus a quodam Magnifico doctore contemporaneo, quomodo intelligerem uerba illa, quem. Prima facie esse creditorem, respondi uidendum esse tex. cum glo. in.l.quinquaginta. ff. de probat. & in.l. ii. C. edic. diui. Adr. tol. Addidi postea Innoc. in.c.cum uenissent, extra, de int.test. Sed nouiter reperi. Aret. consi.66.colu.pen.in fin. & seq. praedicta uerba. Prima facie, declarantem, addo Bar. in extraua, ad reprim.§.summarie.uers.& ista probatio, col.iii. numero, ix. & numero.xx. & Soc. in consi.lxxxix.uers.iii. & ult.lib.iii.

Et uidetur q huiusmodi probatio possit fieri parte non citata, ex quo dicitur, q si quis prima facie, & facta fide summatim, uide Bart. in extrau. ad reprimeo.§.summarie.col.iiii.uers.expredicta. Alex. in. l.postulante in prin.col.iii.ff.ad trebell. & q parte absente, possit fieri tenet. Ang. in.l.p. ff.quib.mo.in pos.ea.

Ad statutum, de damno, & interesse, cap.xliii.
fol.14.a tergo.uol.primo,

Paucis ab hinc diebus fui, a quodã Cliẽte, de hoc saepius interrogatus, an cõ

tra iurantem super interesse,ex forma huius statuti,posset probari in contrarium.uidi Alex.late differentem in.l.qui bona.§.damni.ff.de dam.infec.& in.l.prima.§.si absens.ff.si ex nox.ca.ag. & respondi q; non maxime attentis illis uerbis,habeatur pro plena probatione,ut per Alex.in addit.ad Bart.in l.si quando.C.unde ui.

Ad statutum,de libellis exhibitoriis,seuptæuent.
cap. xlvi. fol.xvii.a tergo
uolu.primo.

Ad euitandum dispositionem,de qua in præsenti statuto,uide. l. diffamati C.ing.mand.Et maxime per Bal.quia posset impetrare præceptũ,Quod uociferando uadit,uelle exequutionem fieri facere, uigore assertæ obligationis,& statim statui facere terminum dicto citato,quia in hoc efficitur actor,ut ibi not.& ibi late Cagnol.præceptor meus.

Ad statutum,de summaria ratione facienda in
certis casibus cap.xliiii.fol.xviii.a tergo,
uolumi.primo.

Nota,q; stante hoc statuto disponente procedi posse,ommissa omni solemnitate iuris,& statutorum,respiciente ordinem procedendi, talia uerba important,q; non possit appellari.Quia non posse appellari,uel posse, est de respicientibus ordinem procedendi,ita dixit Alex.in.l.prima,in fi. ff.de leg.secundo.& in consi.clxvii.in fi.in secunda par.notab. secundo & uide quæ infra dicam cap.150.

In fin.prædicti statuti,Idem habeat locum in omnibus,in litibus uiduarũ. pupillorum.De quibus uiduis loquatur istud statutum,uide Felin.in.c. significantibus in.ii.col.de off.deleg.Item si pupillus esset diues,uel uidua uide Alber.in.l.prima.C.quam.Imp.inter.pup.uel uid.

Item nota in fi.dum dicitur,ubi caussa excedat summam librarum centum, quid si essent plures Personæ, uel plures summæ ex diuersis causis. Fulg.Consi.100.per totum.mod.in.l.si idem cũ eodem.ff.de iur.om.iud.

Ad statutum,quod quilibet exercens iurisdictionem,
possit summarie cognoscere in certis scasibus. cap.xlviii. fol.xix.a fron.
uolumi. primo.

Adde tamen ad materiam supradicti,& præsentis statuti,q; quando caussa est summaria,omnes articuli descendentes sunt summarie cognoscẽdi, & decidendi,ut not.Ias.in.l.quanuis.C.edic.diui Adr.toll.

Ad statutum, de sacramento super expensis, & damnis promissis in instrumento. cap. 51. fol. 19. a tergo, uolum. primo.

In fi. dicti statuti, quod non censeatur sublata facultas reuocandi ipsam promissionem, uidi Ias. in. l. si ab Arb. ff. qui satisd. numero. iiii.

Ad statutum, quod uictus uictori contemnetur in expensis. cap. 55. fol. 20. a tergo uolumi. primo.

Memoriae teneas, quod iudex, etiam parte non potente, potest condẽnare in expensis. Mat. s. late in. l. patre, uel marito col. 3. uers. nota etiã. ff. de quaest.

Ad statutum, de sapientibus dandis cap. 57. fol. 21. a fron. uolu. primo.

Inprimis aduerte, quia perperã agunt iudices nolẽtes cognoscere, an caussa sit committenda consilio sapientis. Quia statutum committit exequutionem, cũ dicat, teneatur ipse iusdicens, & c. ut per Paul. Castr. cons. 23. incip. uisis punctis, col. prima. & 29. unde exequutor, quanquam sciat Sententiam iniustam, tenetur eam exequi. Old. consi. 89. sub. tit. de off. ord. uiden. Ias. in. l. prima, col. 5. numero. 8. ff. Op. no. nunc. Hinc dicit Bald. in l. i. C. si quacunque praed. dignit. Quod facta petitione consilii sapientis, iudex habet manus ligatas.

Ad statutum, quod quaestio non committatur aduocato. capitulo 61. fol. 23. a

Qui sint iudices suspecti, & quae caussae inducant suspitionem, spec. in tit. de iud. deleg. §. superest.

Ad statutum, de nominatione testium, iurium. uel scripturarm existen. extra ducatum Mediolani. cap. 66. fol. 24 a tergo, uolu. primo.

Circa istud Statutum, inprimis uide, quid disponat ius commune. in. l. ii. C. in rem. act. ut scias in quo corrigatur, uel amplietur, limitetur, extendatur que Statutum praesens.

Adde, ꝙ si iudex dubitaret. Quod animo calumniandi, talis dilatio peteretur, potest mulctam imponere potenti, quod reputat in practica mirabile Alex. in. l. i. circa fi. prin. ff. si quis iusd. non obtemp.

Ad statutum, de re litigiosa non alienanda. cap. 68.
fol. 15. a fron. uolumi. primo.

Ad materiam huius Statuti, uide pract. pap. in fot. lib. in act. re. in glo. uetis, & legitimis, uers. Deniq; & seq. nume. 59.
Ibi, coram arbitratore, cōtrarium cauetur de iure communi, ut per Ias. in l ii. in penul. colu. nume. 19. C. de eden. & ibi, an perhempta instantia cesset uitium litigiosi.

Ad statutum, sub rubr. de inter rog. capitulo 66. & seq. fol. 17. a fron. uolumi. primo.

Ibi, teneatur quilibet producens &c. An interrogatus a procuratore, si uult uti instrumento, & casu quo responderit uelle uti, quod uult redarguire de falso, teneatur respondere, dic q non, quia sicut Procurator nō potest intercedere in caussa Criminali. l. seruum. §. publice. ff. de procur. cū concord. Ita etiam, non debet posse interuenire in præparatotis caussæ Criminalis, ita tenet spec. in tit. de procur. §. primo. uers. 12. num. 10. quod est summe notandū, quia multoties contingit in practica, & pauci aduertūt.
Ibi, quod assignetur terminus ad deliberandum, hæc assignatio termini hoc operatur, ut licet alias cōfessus possit in certis casibus, in iure expressis, reuocare confessionē, hoc tamen non potest, ubi statutus esset terminus ab deliberandum, Ferr. In sua pract. in fot. interrog. nu. 12. uersi. similiter.

Ad statutum, de positionibus capit. 83. fol. 19. a tergo, uolum. primo.

An procuratot possit respondere positionibus, aut habet mandatum, cum libera, & potest. cap. qui ad agendum, de Procur. in. 6. aut, non habet liberam, & non potest, Quia, ad respondendum positionibus, requiritur specialissimum mandatum. uidelicet, ad respondendum sic, in caussa, quam habeo cum tali, ut per nouis. in. l. ii. §. sinautem. C. de int. Cal. potest tamē iudex astringere personam principalem, tanquā melius informatam de ueritate ad respondendum positionibus, ut not. in l. fi. C. de procut. & c. primo de iud. in. vi.
Protestatio, quæ communiter solet fieri, q ubi non sit respondendum de iure, Responsio habeatur pro nō facta, operatur, ut responsio, pro non responsione habeatur, ubi de iure non debuisset fieri. Bal. consi. 176. uol. 2.

Ad statutum, quod per testes non possint probari bannum, emancipatio, inter dictum. &c. capitulo. 88. fol. 31. a fron. uolumi. primo.

An.ex præsumptionibus prædicta contenta in Statuto possint probari, uidetur q;,sic.Bal.in l.prima,numero.18.uers. quæro quid si statutum. C. de fideicommiss.Dec.in rub.numero.13.

Ad statutum,quod coloni,& inquilini possint compelli ad perhibendum testimonium. capit.91.fol.31. a tergo,uolum. primo.

An sit intelligendum,quod tale Statutum non extendatur ad caussam criminalem,uide per Aret.consi.119.incip.coegistis me subtilizare, Et declara,q; licet testes admittantur, tamen non dicuntur omni exceptione maiores,ut per Alex.consi.18.col.ii.& iii.

Ad statutum,de probatione liberationis contra publicum instrumentum. cap.95.fol.32.a fron. uolum. primo.

Nota singularem practicam contra istud Statutum.Si quis haberet,tantũ, duos testes,q; antequã creditor petat a debitore iterum solutũ, debitor præueniendo creditorem,offerrat libellum narrantem, quod ipse eidem creditori,talem peccuniam numerauit,pura decem,& q; ista pecunia est sine causa apud ipsum creditorem,& ideo petit eum condẽnari ad eius restitutionem,& condemnabitur creditor ipsam pecuniam restituere,& sic debitor aget condictione sine caussa,ut tot.tit.ff.& C. cond. sine ca. Nec hoc casu contradicit statuto, uel consuetudini, quia non probat, hoc casu,solutionem esse factam,ex caussa,de qua in instrumento debiti,quia tunc obstat Statutum,& ideo non dicat in libello se soluisse, ex aliqua caussa,ita dicit Alb.in ter.in l.si quis cõscriben.C.de Episc.& Cler. & Ias.in l.Iulianus.nume.18.ff.cond.indeb.

Et adde.q; licet non admittantur,circa principale. Probationes in contrarium nisi prout requirit statutum tamen circa liquidantia factum, admittuntur probationes communes Ang.cons.200.in Lucana ciuitate.col.ii. in fi.& seq.

Et intellige,q; prædicti statuti probationes requirantur,si pars opponat,alias non,ut not. Mod.in.l.certi condictio.§.quonia:n.ff.si cer.pet.

Ad statutum, de scriptis manu debitoris factis, uel subscriptis. capitulo.96.fol.32.a tergo uolum. primo.

tatutum loquens in scriptura,uerificetur in libro rationum, uel e Aret.consi.51. & quomodo intelligatur. Dec. consi.40. col.ii. liditate,Dec.consi.37.col.prima,& secunda.

AD STATVTVM, DE SACRAMENTO PRAESTANDO, VEL REFERENDO IN CIVILI CAVSSA. CAP. C. FOL. XXXIII. A FRON. VOL. PRIMO.

Stante hoc Statuto, declara, quandò dicatur Capitulum dependens, connexum &c. vt per Bart. in l. Aurelius. §. Idem quęsit. ff. de lib. leg. Bald. in l. secunda col. p^a. C. de Re Iud.

AD STATVTVM, DE SACRAMENTO FALSO, VEL NON VERO, CAP. CII. FO. XXXIIII. A TERGO VOL. PRIMO.

Intellige istud Statutum, vt per, Signor. Consi. 142. & 240. cum seq. 4. Consi. vbi vult istud Statutum intelligi, de tali periurio, quod de iure ciuili pœnam meretur. Et an habeat locum quandò à parte parti, & corām quo Magistratu, ibi, multa. Et, an requiratur dolus, vel culpa. Card. Consi. 94.

AD STATVTVM, QVOD DIES TERMINI NON COMPVTETVR ETC, CAP. CIII. FO. XXXV. A TERGO VOL. PRIMO.

Ibi, SI VLTIMA DIES &c,
An dispositio huius Statuti habeat locum in Die, vel Termino apposito à Cōtrahentibus, videtur q̄ non, cùm sit, sub Rub. de Iud. Communis sententia Residentium In Collegio fuit, vt generalitèr intelligatur, tàm de Termino Cōtractus, q̄ Iudicii, Et fac. verba illa, ibi, SOLVTIONIS FACIENDAE. qui est terminus generalis, & ità fuit Iudicatum.

AD STATVTVM, DE DIEBVS FESTIVIS. CAP. CX. FO. XXXVII. A FR. VOL. P^o.

Ibi, ARBITRATORE. De Iure Communi, secùs esset, vt per Bart. in l. Si de meis. §. Ex compromisso, & in l. Si feriatis ff. Arb.

AD STATVTVM, DE SCRIPTO MANV DEBITORIS PETENDO INFRA ANNOS DVODECIM. CAP. CXII. FO. XL. A FR. VOL. PRIMO.

Quià frequētèr disputatur supèr materia huius Statuti, ideo diligēter aduertēdū. Et primò quęritur, an habeat locum in Hęrede Creditoris. vt contrà eum currat Pręscriptio. xii. Annorum, vid. Ang. intèr Consi. Alex. 138. col. 2. & 3. vol. 2. & ibi. Nec huic Statuto renunciari potest, secundùm Bart. in l. prima in fi. ff. de vsucap.

Habet tamēn locū in Creditore forensi, qui contraxit cū Mediolanensi, quandò solutio est destinata Mediolani. Bart. In.l. Cunctos populos. col. vi. post med. C. de sum. Trin. vbi Ias. limitat, & dat modum, qualitèr restituetur in Integrum iste Forensis.

Nota tamēn, Quòd per Litis Contestationē Interrumpitur pręscriptio, & perpetuatur vsq; ad annos. 40. secundùm Imol. in.l.2.§. Si rem. col.2ª. ff. de vsucap. pro Emp. Ias. in § Pœnales, numero. 127. Inst. de Act.

An procedat contrà minorem, Cal. consi. 74. col. 13. 14.

Adde, Quòd si Debitor tutus pręscriptione istius Statuti solueret, nō tamēn repeteret. Ias. post Castr. in.l. Si pęnę. ff. Cond. Indeb.

AD STATVTVM, DE IIS, QVI POSSVNT COGI AD COMPROMITTENDVM, CAP. CXV. FOL. XLI. 'A FR. VOL. PRIMO.

Imprimis quęri, & dubitari posset, an Minores possint cogi ad se compromittendum, stante hoc Statuto, vid. Io. An. in Cons. 48. In add. Bolog. col.2. vers. Ommitto.

2° An stante hoc Statuto, si fiat Compromissum intèr compulsos, videatur factum voluntariè, & non ex Statuti necessitate? Ias. in.l. fin. C. de Iud. De hoc tamē vide in fi. huius Statuti, vbi Casus, Et ibi dicam aliquid.

Compromissum factum In Arbitrum, vel Arbitratorem, duraturum vno, vel duobus Mensibus, licèt sit data facultas Arbª prorogandi Terminum Compromissi totiès, quotiès voluerit, tamēn nè res tendat in infinitum, non poterit Arbiter prorogare, vltrà duas vices, aut tres, ad summùm, Ità Bal. in.c. Tua nos. ad fin. de Appell. cum multis còncord. allegatis per Ias. in.l. fi. nº. 17. & 18. C. de Sac. San. Eccl. Et ità in.d.l. fin. dicitur de pœna, q̄ totiès committatur, quotiès contrauenium, quià nisi semèl, aut bis, ad summùm committetur, vt ibi per eum. §. fin. Et vid. Infrà Cap. cxx.

In fin. Statuti, Ibi. ET INTELLIGANTVR COACTI AD FACIENDVM COMPROMISSVM &c. per hęc verba tolluntur ea, quę ponit Alex. pòst Saly. In.l. Si quis maior. pª col. C. de Trans.

AD STATVTVM, DE PRAECEPTIS. ET ARBITRIIS. QVAE DICI POSSVNT INIQVA. CAP. CXVII. FO. XLIII. 'A TERGO VOL. PRIMO.

Ibi. TENEANTVR INFR'A DECEM DIES. Quid si petita nō fuerit Reuisio, sed Arbitramenta sint notoriè iniqua? Dic, quód opposita exceptione non habebunt exequutionem. Panor. in.c. ii. vlt. col. de Arb.

Sequitur in tex. ibi. COR'AM IVDICE COMPETENTI. Quid si haberetur recursus ad Superiorem. vid. Alex. consi. 95. col. pen. & fin. vol. secundo.

AD STATVTVM, QVOD TEMPVS PRAECEPTORVM, ET ARBITRAMENTORVM, NON CVRRAT NISI SCIENTI. CAP. CXVIII. FO. XLIIII. A FRON. VOL. PRIMO.

Statutum hoc requirit scientiam, non simplicem, sed cum omnibus qualitatibus, adeò, quod omnia perfectè intelligantur. Alex. Consi. 114. primo. vol. In verb. Acced't, col. 2.

AD STATVTVM, QVOD ARBITRAMENTA, PRO QVIBVS PRONVNCIATVM FVERIT, MANDENTVR EXEQVVTIONI, CAP. CXIX. FOL. EO.

Intellige, ea mandari Exequutioni, quę sunt valida. Cum. Consi. 71. in fi. n°. 13. Itèm quę sint certa, & liquida. Cum. Consi. 137. Ias. latè in. l. p°. ff. de æden. n°. 31. Sed non placet multùm, quià Ias. ibi de aliis loquitur.

AD STATVTVM, DE TEMPORIBVS INSTANTIAE, CAP. CXX. FO. XLIIII. A TERGO. VOL. PRIMO.

Adde, quod data facultate prorogandi, Prorogatio nō debet esse maior, q̄ Primus terminus. Perus. pòst Cal. in. c. Tuà nobis. de App. Feli. clarè in. c. de Causis. in 2°. col. versi. 2°. limita. de offic. Deleg. Et quotiès possit prorogari. vide Alex. cōsi. 70. lib. 2°. Alex. in. l. Qui bona §. Huic stipulationi. ff. Dam: infec. Dec. in l. p°. C. de Sen. quę pro eo, quod inter. Et vide suprà Cap. cxv.

Adde Decis. ad communem practicam, quandò Compromissum potest prorogari parte absente, tamèn Prorogatio debet intimari parti. Felyn. In. c. Olim in. 8. col. versi. Nota tertiò de Re iud.

AD STATVTVM, A QVIBVS SENTENTIIS POTEST APPELLARI, ET INTRA QVANTVM TEMPVS, CAP. CXXXI. FO. XLVII. A FR. VOL. PRIMO.

Ad id, quod communitèr fieri solet, quandò admittatur App°. si, & in q̄tum de iure, quid erit. Card. clem. 2°. §. fin. in fin. de App.

Dubio emergente, an Caussa sit appellabilis, committitur Articulus. Dec. Consi. 49. in fin. Raph. in. l. Si Quis in conscribeñ. C. de pact. vbi loquitur in Compromisso, an Caussa sit compromissibilis, & ibi Ias. col. pen.

AD STATVTVM, A QVIBVS SENTENTIIS NON LICET APPELLARI, CAP. CXLI. FO. XLIX. A TERGO. VOLVMINE PRIMO.

Quid si, In casibus, in quibus nō erat admittenda App°. & Sententia transiuisset

In iudicatum, factus fuerit Processus, an teneat, vel retractari possit, quòd sic. Corn. Consi. 55. vol. 3.

Ibi, IN CAVSSIS MERCEDVM NON EXCEDENTIBVS SVMMAM LIBRARVM. L. Quid si essent plures summę, ex diuersis Caussis mercedũ, vel plures personę. Ful. Consi. 110. per totum, & Alex. Consi. 113. 2. col. vol. 5.

AD STATVTVM, QVOD VERVS CONTVMAX NON POSSIT APPELLARE, CAP. CXLII. FO. L. 'A FR. VOL. PRIMO.

In materia, vide Consi. 2. Gem. licet loquatur ibi in Procuratore, qui si est verus contumax, non auditur appellans, sed Dominus, eo casu, potest appellare.

AD STATVTVM, DE GRAVAMINE PRAECEPTI, ET INTERLOQVVTORIAE. CAP. CXLVIIII. FOL. LI. 'A FR. VOL. PRIMO.

Hoc Statutum non haberet locum, quandò esset Interloquutoria talis, quę haberet vim diffinitiuę Sententię, quià non esset, isto casu, à tali Sententia aggrauãdum, sed appellandum, quià talis Interloquutoria, quę sapit vim Diffinitiuę, non potest ab eodẽ Iudice reuocari, vt per Doct. in. l. Quod iussit ff. de Re Iud.

In fi. prędicti Statuti, vbi fit mentio de Salario, Quid si proptèr paupertatẽ deponere non potuit Salariũ Bal. in. l. 2. §. Si Quis in iudicio, in fi ff. Si Quis Caut. Grem. Sing. 121. Bal. in. l. Cõtinuus. §. Illud ff. de verb. obl. Mat. in Not. vlt°. Si. Sed an sufficiat oblatio, & quomodò intelligatur. Zab. Consi. 67.

AD STATVTVM 'A QVIBVS SENTENTIIS INTERLOQVVT. NON LICEAT APPELLARE. CAP. CL. FOL. LI. 'A T°. VOL. PRIMO.

Aduertatur, Quòd istud Statutum non habet locum in Caussis, de quibus in Statuto Incipiente. DOMINVS POTESTAS, Quià appellare, & non appellare ab Interloquutoria, est de ordine procedẽdi. Ita Soc. Consi. 195. col. 2. Et vide suprà in. d. Statuto DOMINVS POTESTAS. Cap. xlvii. fol. ie. à t°. vol. p°.

AD STATVTVM, DE PERSONIS, QVIBVS LICET APPELLARE PRO ALIO, SEV PRO ALIIS CAP. CLI. FOL. LI. 'A T°. VOL. PRIMO.

Nota, q̃ Procurator ad Caussas non potest ab Exequutione appellare, quià si appareret eum iniustè appellasse, faciet Dominum cadere in pœnam, Felin. in. c. Quò ad consultationem, numero. 21. de Re Iud. Ias. in. l. Iniuria. C. de Procur. & in. l. si Procurator. ff. de cond. Ind. & Soc. Consi. 120. numero. 6. p°. vol. & Rom. Consi. 241. numero. 11.

Ad statutum, quod non detur praeceptum intrandi in possessionem, nisi citato possessore. capit. 155. fol. 52. a tergo. uolum. primo.

An Statuta loquentia in possessore uerificentur, in eo, qui desiit possidere, Io. And. in reg. possessore, de reg. iur. in. vi.

Ad statutum, de praecepto concedendo ad exequutionem pactorum. cap. 156. fol. 53. a fron. uolumi. primo.

Nota in materia praecepti, quando praecepta fiunt post litem contestatam cum caussae cognitione, habent uim diffinitione ut, per Petrus in cap. per uenit de appell. ante fin.

Ad statutum de exequutione ultimarum uoluntatum, testamentorum, & donationum caussa mortis. capitu. 157. a tergo, uolumi. primo.

Ibi, donationes legitime confectas, uel confecta, quomodo dicantur legitime confecta, & qualiter debeant habere effectum Statuti. Ias. in l. fin. in iii. not. in prin. & iiii. not. C. de edic. di Adr. toll. & quod Statutum sit intel ligendum de testamentis ualidis, & simil. uide cum. in consi. 7. in fi. num. 13. & consi. 146. post princ.

An hoc Statutum haberet locum, quotiescunque legatarius, uel fideicommissarius, uellent agere contra tertium possessorem, uide Pich. in l. li. col. 4. C. de edic. Di. Adr. tol. ubi decidit. q. sic.

Ad statutum, qualiter creditor ad petitionem aliorum creditorum teneatur accipere in solutum. &c, capitulo. 164. fol. 55. a fron. uolum. primo.

Ibi, in fin. Stat. possit debitor, & eius haeres infra annum redimere. An istud ius redimendi possit cedi, uide Ang. in l. officium. C. communi diuid. ubi quod non uersi. ultimo, ista lex.

Ad statutum, quod pro debito priuato nemo personaliter capiatur, nisi in casibus infrascriptis. cap. 167. fol. 56. a fron. uolu. primo.

An, Statutum concedens capturam in suprascriptis casibus uideatur tollere beneficium cessionis. Soc. cosi. 204. col. prima. uol. ii.

Adde, & nota, q relaxatio e carceribus dicitur caussa pia. Bal. in l. quaonis. ff. sol. matr. Soc. consi. 120. num. 6. & seq. primo. uol. ubi etiam dicit, q ad carcerandum, requiritur speciale mandatum, sicuti ad relaxandum. Contra quod ultimum, q non requiratur mandatum speciale ad relaxandū, tenet Rom. consi. 241. col. pen. & fin.

Qualiter custos teneatur uersus partē, relexando debitorem captum, uide An. cōsi. 35. col. ult. Bal. 177. in fin. uol. ii. & consi. seq. circa fi. & 32. uol. iii.

Ibi, in si. Item illi debitores, quotā bona, an intelligatur, de omnibus bonis. Rom. consi. 510. num. 24. uersi. quo ad tertium.

Ad statutum, quod pro debito non liquido non possit iusdicens, nec aestimator dare in solutum. capitulo. 168. fol. 57. a fron. uolumi. primo.

Ibi, si contrafactum fuerit, dubitatum fuit, an, si contrafactum fuerit in parte an ualeret. Bart. & alii tenent, q non in l. si non sortem. §. si certum. ff. de cond. ind. Alex. in l. iuste possidet. num. 20. cum seq. ff. de acquit. poss.

Ad statutum, de salario aestimatorum. capitulo. 171. fol. 58. a fron. uolumi. primo.

Ad computatum soldorum decem, quid si sponte plus dederit. Bart. in l. In uitus. §. Quod cuique, cum glo. ff. de Reg. Iur. Mod. in. l. prima, colum. ii. C. de leg.

Ad statutum, de relationibus faciendis, & intra quae tempora. capitulo. 205. fol. 69. a fron. uolumi. primo.

Statut relationi seruitoris. spec. tit. de cit. §. sequitur uidere. uersi. Sed nunquid. Non tamen creditur relationi, ubi iusta caussa subsit non credendi ut per Alex. consi. 114. col. prima, & secunda, circa prin. uol. 4. & an relatio dicatur de actis, uel fieri debeat iudici, uel Notario actuario. Alex. in l. si finita. §. Iulianus, num. 35. col. ii. ff. de Damn. infec.

Ad statutum, de poena uetantium seruitori uolenti facere exequutionem. capitulo 226. fol. 77. a fron. uolum. primo.

Adde,in materia seruitorum pignorantium,ꝙ seruitoribus,seu Barrueris de robantibus maiora pignora,quã sit debitum,potest resisti de facto.Marſ. in reper.l.fin.de iurisd.omn.iud.num.46.secundum par.Imp.

Ad statutum,de licitis & concessis exequutionibus,
quæ fieri possunt ad petitionem domini,
cap.232.fol.79.a fron.uo-
lum.primo.

An,facultas iurandi contra massarium transeat ad hæredes,dic ꝙ sit,ut per glo.in.l.si alium.§.hoc iudicium,in uersi.Hæredibus,iuncto.§.meum, eiusdem l.ff.ne quis eum,ubi Bart.& Rom.consi.ccxc.nu.5.& de hoc iuramento.Alex.in simili Statuto,consi.129.col.ii.uersi.posset.uol.ii.

Ad statutum,quod acquisita per uxorem, &c.
cap.169.fol.90.a fron.uolum.primo.

Ad intelligentiam Statuti,uide Dec.consi.137.uolum.penul.& fin.Aret. consi.31.num.5.

Statutum ꝙ limitat Salic.in.l.cũ propria,in fi.C.si quis al.uel sibi,nõ habe re locũ,quando in instrumento diceretur de peccunia propria mulieris, uiro præsente,& cõsentiente.Alc.in tract.præsumpt.reg.iii.præsump.26.

Ad statutum, quod nullus beneficio inuentarii
possit esse hæres.capitulo 171.fol.91.
a tergo,uolum.primo.

Quid si nõ conficiatur inuentarium,dicendum est secundum Alex. quod remanemus in dispositione iuris ueteris,respectu creditoris, & fideicom missarii uniuersalis, licet respectu legatorum particularium aliud sit , ut per Alex.in.l.ita tamen.§.si ex trebelliano,col fin.ff.ad treb.cuius contra rium, quod etiam respectu legatorum , attendatur ius antiquum , uult Aret.consi.167,quem.uide,col.fin.

Ad statutum, qualiter masculi descendentes præferantur
fœminis in successionibus ascendentium utriuſ-
que sexus. capi.178.fol.92.a fron.
uolu. primo.

Frequẽter cõtingit dubitari,an legitimatus,uigore huius statuti,excludat fæ minas,uidẽda sũt quæ not.in apost.ad Bart.& ibi Iaſ.in l.cũ acutissimi.C.

de fideicom.Iaſ.in.l.unica numero.31.C.quando non peten. par. Alex. conſi.xciiii.uol.primo.Curt.ſen.conſi.56.Io.Ant.conſi.27.& ibi late Bolog.ubi uult non comprehendi,quando ſtatutum eſt correctorium,& loquitur per uerba naturalia,& cur.ſen. conſi.13. col.prima, & per totum ubi de legitimato per ſubſequens matrimonium.Adde Ang.in.§.2. nu. 8.in aut.quibus mo.nat.effic.leg.ubi etiam de adoptiuis Pich.in repet.l. Titia.ff.de leg.ſecundo Dec.conſ.258.275.284.

An,Statuta iſta comprehendant moniales Soc.conſi.5.libro primo.Melius & 230 col.fin.& 261.col.prima.& ſecunda lib.2.

Quæritur quid iuris,ſi filius moriatur ante hæreditatem aditam,an filia admittatur.Aret.conſi.16.quid ſi poſt aditam,an ſoror admittatur.Soc.cōſ. 5.col.prima.& 63.col.prima.lib.primo.Quid ſi ſtatim moriatur poſt mortem patris.Aret.coſi.50.

Ad ſtatutum,qualiter fœmina uiuente aſcendente ſuo, dotata,intelligatur eſſe dotata. cap.281. fol.85.a fron.uol.primo.

An filia dotata a patre excludatur,a ſucceſſione matris Corn.conſi.133.per totum in.ii.uol.

Et,an debeat habere dotem de iure inſtitutionis conſ.xlix.in fin.uol.primo.

Ad ſtatutum,qualiter frater in ſucceſſione præferatur ſorori,capitulo.282. fol.eo.

Intelligendum eſt ſtatutum ſentire de eo,qui poteſt naturaliter,uel accidentaliter conſeruare domum,ut per Ang.conſi.cclxxxiii.in fi.uerſ.& ſit,ubi ſit de Agnatis mentio.

Ad ſtatutum,qualiter mulier maritata intelligatur dotata. capitulo.cclxxxiii. fol.eo.

An Statutum iſtud loquens in maritata uerificetur in ſponſa,uide Soc.cōſilio.lxiii.col.iiii.num.ii.libro primo.

Ad ſtatutum, quod ille qui reputatur pro mortuo non admittatur &c.capitulo.cclxxxiiii. fol.eo.a tergo.

De iure cōmuni ad ſuccedendum non habetur pro mortua.l.deo nobis.de Epiſ.& Cler.Alex.coſi.139.uol.ſecundo.col.pri.& ſecunda.& ſeq.quia

uidetur intelligendum, si monasteriũ fuerit incapax, puta. Mendicantiũ.

Ad statutum, de muliere exclusa a successione ascendentia per masculum, qualiter iterum admittatur. cap. cclxxxvi. fol.eo.

Quomodo statutum in illis uerbis, decedente ascendente, intelligatur. uide Sig.consi.ioi.& sic.de sing. Statutis, ubi habentur eadem uerba.

Ad statutum, de successione collateralis, quod agnatus præferatur cognato. cap. cclxxxix. fol.xcvii. a front. uolum. primo.

Statuta præferentia agnatos cognatis, concordant cum leg.xii.tab.& media iuris prudentia, Bologn.consi.lxix.col.pen.

An, dictio, usq;, stet inclusiue, uel exclusiue, diuerse fuerunt doct. opiniones, tamen in Excellen. Senatu declaratum fuit, q; stabat exclusiue.

Ad statutum, de eodem, qualiter excludat sororem defuncti. cap. ccxc. fol.eo.

Ibi, agnatus masculus usque ad septimum gradum, quæritur quid si essent plures agnati eiusdem gradus, quomodo diuidatur, Corn.cosi.lxxv.primo uolumi.

Ibi, si defunctus habuerit sororem, an, si soror mortua fuerit, & reliquerit filium, an iste filius uti possit beneficio matris, & succedat sicut mater, uide in simil. Bal.in.l.in quibus.C.de secund.nup.Dec.consi.lxxxvii. maxime.col.fin. Curt.Iuni. consi.primo. col.ult.ubi ponit quando fœmina esset nupta uni de agnatis.

Ad statutum, qualiter mortuo marito, dos reddatur uxori, & quid lucretur uxor. cap.ccxci.fol.xcvii.a fron. uolum. primo.

Adde, q; licet ex forma huius Statuti lucretur eius causa parata, tamen ea reseruãtur filiis primi matrimonii. Aret.post Raph.in.l.ii.colum.antepen. in prin.ff.de leg.primo.

An localia.& alia ad ornatum, facta, præsumuntur in dominio uxoris, uel mariti dic q; mariti, ita doct.in.l.pen.§.primo.ff.sol.matr. Bar. in.l.ex animo.ff.de donat.inter.uir.& ux.Ex hoc sequitur, q; si Zoiæ sunt Alienatæ per uxorem, precium, siue bona empta ex precio, sunt acquisita

marito,& seu eius filiis, ex statuto supra posito, de fraudibus remouĕtis.
Et,an,si maritus donauerit huiusmodi preciosa. soluto matrimonio per mortem uiri. Mulier talia lucretur, uid.Iasi.in.l.certum est.Ibi in,add.magna de Reg.iur.

Ad statutum, quod maritus possit relinquere uxori usque ad quartam bonorum suorum. cap. 295. fol. 99. a fr. uol.p.

Notandum, an istud statutum sit fauorabile,&, an dicatur correctorium, an uero limitatiuum uoluntatis.Cur.iun.consi.6.
Sed, quid, si sit instituta uxor in quarta.& alii instituti nolint adire, uel non possint, an uxor per ius accrescendi succedat in tota hæreditate,Bal.in.l. p.c.med.C.de secun.nup.

Ad statutum, qualiter maritus lucretur dotem, præmortua uxore. cap. 298.fol.99.

In primis, est aduertendum, quod hoc statutum dicitur odiosum Ang. consi. 158. num.ii.
Limitatur hoc statutum, non habere locum, in Re feudali data in dotem, per Ias.in.l.prima.col.6.num.29.in fin.C.de sum.Trin.& fid.Cath.
An, Ducens uxorem quinquagenariam, uel maiorem, gaudeat beneficio huius statuti, uide Pich.allegantem Ias.tenentem q non, sed non sequĕrem eius opinionem.in.l.i.C.un,uir.& ux.col.iii.& seq.
Dubitatur de eo, quod solet frequenter accidere. Si mulier habeat dotem, & secundo nubit sine constitutione dotis, an maritus lucretur dotem, Com.consilio.iio.per totum.
An. intelligatur istud statutum, si decedat, conditio testamento. Cum. consilio.xlviii.
An. habeat locum in donatione propter nuptias, Ful.con.xcii.ad fin.
Perpetuo est notandum. Quod, si mulier relinquit aliquid Marito per legatum, uel a patre mulieris legetur, semper debet fieri computatio. Ias. in Aut.prætereca.col.x.circa med.& ibi Pic.col.xxv.in fi.C.un.uir.& ux.
An, statuta ista loquentia, de uiro, & uxore habeant locum in sponso & spōsa.sign.consi.cxliiii.per totum panor.c.si inter primo not.de spons.

Ad statutum, de quibus rebus liceat & non liceat uxori testari sine consensu mariti.cap.ccc.fol.ioo. a fron.uolu.primo.

An, istud statutū sit fauorabile, uide Soc.consi.xlviii.pri.col. & consi. cxvi

prima col.vol.1.vbi limitat non habere locum, quando legatur Piæ causæ.

AD STATVTVM, QVOD MVLIER NON SVCCEDAT DESCENDENTI, EXISTENTIBUS AGNATIS, CAP. CCCII. FOL. EOD. A TERGO.

De hac dictione, ab intestato, vid. Bal. cons. 452. vol.primo.

Sed, quid si est Pupillus, vel alias intestabilis, Alex. in l. Generaliter col. 2. C. de Inst. & Subst.

An, per istud Statutum prohibeatur Mater petere Legitimam, vide Ias. in Aut. Nouissima, col. antepen. in fi. vers. Postremo quæro, & col. seq. C. de Inoff. test. Et licet Statutum excludat a successione, non tamen excludit a Legitima. Ita Bal. cons. 452. & 453. Quod est cons. Salyc. vol. primo. Curt. sen. cons. 39. col.2. vide etiam Alex. cons. 3. vol.7. Habet locum tamen quando Mulier esset simpliciter exclusa, secus quando reseruatur vsusfructus, vt in hoc Statuto, vide tamen quæ not. infra cap. 310. in fin.

AD STATVTVM, QVOD ASCENDENTES NON POSSINT MELIORARE DESCENDENTES, QUIN STIRPES SINT ÆQUALES CAP. CCCV. FOL. CI. A FRON. VOL. PRIMO.

Negatiua præposita inducit necessitatem, & formam, Soc. Consi. 283. col. pri. & uide Barb. Consi. 8. col. 3. uol. 3. ubi dicit, Quod denotat omnimodã resistẽtiã.

Propter æqualitatem seruandum inter Filios limitatur, & ampliatur dispositio testatoris, Soc. cons. 98. ad fin. prima parte, & 243. in fin. secunda par.

AD STATVTVM, DE POENA MVLIERIS NVBENTIS CUM HÆREDITATE EXTRA IURISDICTIONEM COMMUNIS MEDIOLANI, CAP. CCCX. FOL. CII. A FRON. VOL. PRIMO.

An, hoc Statutum loquens in nubente comprehendat sponsam, Soc. cons. 30. num. 32. vers. nono, qualitas, & cons. 63. col. 4. num. 11. Et, an comprehendat, Ecclesiam, Sig. cons. 21.

Istud Statutum non uidetur habere locum in nupta post aditam, Soc. d. cons. 30. vbi supra. Corn. cons. 30. in 4. & 314. eo. vol. vbi in littera, L.

Et, q Statutum possit tollere Legitimam, videtur communis opinio, vt per Natã, in tract. de Stat. exclus. Fæm. in prima q. col. prima, ante fin. vid. tamen, quæ not. supra in cap. 30. in fin.

AD STATVTVM, DE VXORI DEFVNCTI ALIMENTANDA, CAP. CCCXII. FOL. CIII. A FRON. VOL. PRIMO.

Pro alimentis vxoris,an bona fint obligata, ex quo funt bona aſsignata generaliter,Bar. conſ. 211. Incip. Quidam ſibi filios tenet ꝙ ſic, licet in l. Lutius ff. de Alim.& Cib.leg. videatur uelle,ꝙ requiratur ſpecialis aſsignatio tamen idem operatur genus,l.Si duo,ff.de admin. tut.& facit tex. in l. Gallus §. Inſtituens, vbi Alex.& Iaſ.in ſecundo not.ff.de Lib.& Poſth.Fauor.n. alimentorum operatur hypotecam,glo.mag.in d.l.Lutius,ad fi. & in l. fi.§.fi. vbi Albe. & Salyc. ff.de contrah.Empt.Et ratio hæc fauoris,ita militat, quando bona ſunt generaliter deſignata,ſicuti quando ſunt ſpecialiter. Comprobatur quia niſi eſſent obligata,facile poſſet Mulier excludi per tranſlationem bonorum,quæ fieri cõtingeret in tertium, contra quem non militant verba Statuti. Comprobatur etiã,quia diſpoſitio huius Statuti videtur ſubrogata loco Aut.Præterea C. vn. vir.& vx.vt colligitur ex Statuto,ſupra cap.296.quod eſt fol.99. per quod diſponitur,ꝙ nulla Mulier admittatur ad quartam petendam de bonis Mariti, aliter,quam ſit diſpoſitum per Statuta Mediolani.

Si, Mulier poſt annum non interpellauerit Hæredes Mariti, ſibi præiudicat in alimentis,ſecundum glo.Et ibi Caſt.in l. Diuortio, numero 5.ff. fol. Matrim. Et ſequitur Alex.& Iaſ. in l. de Alimentis,prope fin. C. de Tranſact. Alex.conſ. 72.col. 3.num. 10.verſ.Quarto principali fundamento vol.5.

Et Mulier Incumbit onus probandi, quòd non habet de ſuo, vnde ſe alere poſsit, Alex.conſ.141.col.2.num.5.vol.5.

AD STATVTVM, DE ALIMENTIS PER MARItum conſtitutis vxori, cap. cccxv. fol.ciii.a terg.vol.primo.

Quid,ſit de bonis deſcendentis confiſcatis, an mulier tantum habeat alimenta, vel integrum vſumfructum.Curt.ſen.conſ. 14. vbi etiam,ad fin. dicit, in fratribus teſtatoris eſſe idem, Quod in filijs,& conſ.ſeq.

AD STATVTVM, DE SOLEMNITATIBVS IN DOnationibus obſeruandis, cap. cccxxiiii. fol. cv. a tergo, uol. primo.

Hoc Statutum poteſt allegari non habere locum in Donatione,quæ fieret ob cauſam, & reſeruato vſufructu, Quia non ſeruatis ſolemnitatibus hic expreſsis, nec etiam interueniente inſinuatione valet.Ita Alex.plen. conſ.21. vol. 3.

Mulier, & minor, qui non poſſent contrahere ſine conſenſu curatoris, vel Agnati,non poſſunt donare, ſiue inueniat conſenſus,ſiue non. Quia non ſubeſt cauſa propter quã detur conſenſus, ſiue autoritas. Ita Bal.in l.prima, C. Si aduer. Donat.Et ibi ſequitur Caſt.in l. 2.in fi. C. eo. tit. Quod eſt ſumme notandum, Quia ex forma Statuti Mediol.Cõſentiẽs tenetur iurare cedere in vtilitatẽ Mi-

noris,vel mulieris,& istud non pōt cedere,quia donatio,est dilapidatio,vt l.in tra iuris.§.si filius, vbi glo.ff.pac. & ita consuluit idem Cast. in cons.clxj.incip. non est dubium,in prin.vol.ij.& cons.cccxlij.nume.secundo,vol.primo, secundum nouam impress.

Quid,si Donatio talis fieret in vltima voluntate,Sign.consi.clxxj.

An,si fieret donatio causa dotis,Bal.Nouel.in tract.de dote, in vj.par. in xlvij. & seq.Priuil. Cur.sen.cons.xxvij,in iiij.&in ix.col.

Quid,si esset Donatio conditionalis,Alex.in l.vt liberis,circa fi. C-de coll.

AD STATVTVM DE SOLEMNITATIBVS IN alienationibus & obligationibus mulierum obseruandis. Cap. cccxxvij. fol.cvj. à tergo, volu. primo.

Nota, in primis hoc statutum non habere locum in repudiatione donationis non acceptatæ,quia hoc non est alienare, Paul. de Cast. cons. clxxj. incip. in casu præsenti,uisis omnibus,de quibus supra vol.ij. faciunt quæ habētur per Ias. in l.legatum,vsq; ad fin.ff.de leg. primo.

Secundo, est notatu dignum, istud statutum non habere locum in additione hæreditatis filij,licet dicatur quasi contrahere,ut per Sign. cons. clxv. per tot.

Aduerte, quod multotiens contingit, quòd mulier cum solemnitate constituit Procuratorem,an teneatur postea procurator contrahere cum illa solemnitate Soc.consi.cxij.vers.postremo,lib.primo.

An hoc statutum locum sibi vendicet in datione, seu prouisione, & seu constitutione dotis,Bal.Nouel.in tract.in vj.par.xlvij. & seq. priuil.

AD STATVTVM, DE ORDINE SERVANDO per Notarios tradentes instrumenta. Cap. cccxxx. fol. cvij. à fron. vol. primo, & alia seq.

Quia hic incipiunt statuta, circa Ordines spectantes notarijs, nonnulla præmittenda sunt,quæ faciunt ad propositum.

Primo præmitte,quod notarius semper præsumitur rogatus in instrumēto, vt apponat oēs clausulas consuetas, vt est tex.melior de iure in l.fin.in fi. & ibi glo. secundum Bal.C.de fideiuss. ad hoc l. Qui præsens. §. primo, cum ibi not.per Bar.ff.de acqui.plu.ar.& l.ex ea parte,in prin.secundum vnam lecturam, & ibi notatur per Bar.ff.de verb.oblig.

Secundo ipsemet notarius potest extendere imbreuiaturam suam secundum clausulas consuetas,vt not.Bal.in rub.C.de fide instr.num.xxij. & notatur in addit. d.l.Qui præsens.§.1. Ang.& alij,in l.Gallus. §.idē creden. ff. de lib. & posth.& spec.in tit.de instr.ædit.§.ostenso,vers.quid ergo, si in abbreuiatura.

Sed ad ista supra dicta est aduertendum,quod statutum Mediolani statuit, quod consuetudines non possint allegari.

Tertio,imbreuiatura Notarij defuncti,etiam sine subscriptione, & signo, est efficax,ut ex ea posit sumi instrumentum autenticum,per notariorum, cui commissæ sunt Rogationes Notarij defuncti,Cyn.in l.cōtractus,in fi.C.de fid.inst. Alex.consi.cliij.volu.2.

AD STATVTVM, DE TESTIBVS ADHIBENDIS in quolibet instrumento, cap. cccxxxij. fol.eod. à terg.

Nota,ibi restituere damnum,sciendum est, quod si Notarius aliquid omittit, tenetur parti ad interesse,ita Bar.in l.fin.col.vlt.ff.de tab.exhib.

AD STATVTVM DE CONTRACTIBVS recipiendis nomine alterius, Cap. cccxxxvij. fol. cix. à fron. vol. primo.

Quod saltem scientia,requiratur ut absenti acquiratur,tenet Bar.in l.quo enim.§. primo.ff.rem rat.hab.

In illis verbis,vt supra.volente,vel volentibus,adde quod stante tali statuto,si voluerit, intelligitur, si expresse suam voluntatem declarauerit, vt per Paul. de Cast.in l.p.ad fi.prin.ff.ad Trebel. & Alex.consi.lv. uolu.v.

In illis verbis ratum habente, quod requiratur ratificatio partis intra terminum, etiam quando contractus fuisset stipulatus per Notarium nomine absentis Deci.consi.226.col.fin.cuius contrarium tenet,& defendit rub.præceptor meus consi.cxvij.& vide Paul.de Cast.in consi.cxcv.lib.2.num.2.

AD STATVTVM, DE FORMA SERVANDA PER notarios in tradendo instrumenta denunciationum,quæ fient extra iudicium. Cap.ccclxxvj. fol.cxxij. à terg. volu.primo.

Denunciatio oretenus facta,extra iudicium,etiā ad domum habitationis denunciati,etiam præsentibus testibus,non tenet,nisi dimittatur copia in scriptis familiæ,quia denunciatus potest semper prætendere ignorantiā,dicendo, quod eius familia nihil ei accusauit,& consequenter,&c. Et hoc uisum fuit de facto obseruari in Iudicio contradictorio.

AD STATVTVM PENES QVEM REMANERE debent imbreuiaturæ defunctorum. Cap.ccclxxvij. fol.cxxiiij. à tergo,volum.primo.

In illis verbis,& intelligatur prouidisse,&c. Ista clausula stat declaratiue, & ampliatiue,non autem restrictiue, vt ita demum censeatur dispossuisse de eius Im-

breuiaturis, & Scripturis, si Hæredem Instituerit, adeo quòd si quis Notarius disposuerit de suis Imbreuiaturis Alicui, licet non Instituerit Hæredem in toto, nec in parte illum, tamen illa dispositio seruatur, Et licet ab aliquibus aliter interpretetur tamen ita seruatur, & stilatur.

AD STATVTVM, DE FIDEIVSSORE exonerando, cap. ccccxiii. fol. cxl, a tergo, vol. primo.

Nota hic ex Statuto differentiam, ut in istis terminis non decipiaris. Quòd aliud est promittere de exonerando aliquem, ab aliquo Debito, Quia in hoc casu tenetur soluere, ut in hoc Statuto, aut facere stare tacitum Creditorem, aut promittere de releuando Indemnem, & de eum defendendo, Quia, isto Casu, tenetur suscipere Iudicium, & tantum operantur ista verba, quantum promissio de Euictione. Alex. in l. Si Pater, C. de Coll.

Debitor tamen ad conseruationem Indemunitatis Fideiussoris, an teneatur caue re, quando Instrumentum talis Debiti haberet exequutionem paratam, puta ex forma Statuti, Alex. cons. lxxii. num. 6. cum ibi not. vol. 2.

In illis uerbis, non admittatur contra aliquem in ciuili ad petitionem sui iuris. Stante hoc Statuto, & non opponente, An processus erit nullus, & quid, si esset necessarius defensor, uide Alex. in l. p. §. primo, ad Trebell. Et Bal. late in c. Intellexemus, de Iud.

AD STATVTVM DE FILIOFAM. CAP. CCCCXVI. fol. cxlij. à fr. uol. primo.

Adde, q stante hoc Statuto, q tamen filiusfamilias obligatur pro dote, etiam sine Patris consensu, Ita Sign. in consi. 49. numero 2. uersi. Præterea Stat. Bal. nouel. 48. Priuil. par. vi. de dote. Et ita iudicatum fuisse per Clar. Doctorem D. Scipionem Barbauariam scriptum reperi, Et an in causa dotis poterit stare in iudicio sine licentia Patris, Ias. in Aut. Quod locum, C. de Coll. num. 21.

Quid autem, Si Pater, & Filius in eo Instrumento se obligarent, Ang. in l. Titius, in princ. ff. Quib. mo. pig. vel hyp. sol. Soc. sequitur consi. 200. col. 2. vol. 2.

An, hoc Statutũ habeat locũ, quando Filius sibi obliget, Corn. cons. 337. 1. vol.

An, si filius Mediolanensis contraheret extra territorium, Aret. consi. 73. ubi multa de hoc Statuto. Et respectu negotiationis, quia Pater obligatur, Quid si negociaretur extra territorium, Aret. cons. 92. & an ad connexa negotiationis extendatur, Aret. cons. 29. nu. 15.

AD STATVTVM DE RE PATERNA LVENDA, cap. ccccxvij. fol. eo. a tergo.

In prin. Ibi, uel rei paternæ uendiderit, Qualiter intelligatur illud uerbum uendiderit. Felin. in c. fin. de accus.

Et, An hoc Statutum verificetur in uenditione simulata, Paul. de Cast. cons. 74. Incip. In causa mota per d. Dototheam, lib. 2. ubi, & an habeat locum in Distractu.

Ad istud Stat. Nota, ꝙ Cep. in suis Caut. dicit ꝙ si sit lapsum tempus Statuti. Et emptor denunciat consanguineo. Si vult offerre precium rei venditę, si cōpareat, non poterit opponere, Quòd lapsa sint tempora, quia per hanc citationē videtur eius persona approbata, de quo tamen dubitauit Ias. in l. De Pupillo §. Seruo. num. 4. ff. de no. op. nunc.

Quid, Si bona essent data in dotem Sorori, vel Filiæ, an uigore huius Statuti possint iui, tanquam quòd bona exeant familiam, Bal. Alex. & alij in l. Voluntas, C. de Fideicom.

An, Dominus Directi præferatur Agnato Ang. & alij in l. Imperator, ff. de pact. Alex. cons. 27. col. 2. ad fin. vol. 6.

Item, quid si vellent isti tantum vnam Rem, vel duas recuperare, de in solutum datis, an possint, vid. Ias. in l. stipulationes non diuiduntur ff. de verb. obl. col. 15.

An, istud Statutum habeat locum permutatione, videtur, ꝙ non, quia Statuta sunt proprie intelligenda, & stricte, l. tertia §. Hæc verba ff. de Neg. ge. Nam licet verbum, alienare, comprehendat Permutationem, idest ex impropria, & latissima significatione, Alex. cons. 76. num. 8. in 2. col. num. 5. Ias. in l. prima, ff. de re. perm. Mod. in l. inter diuinum, C. de Sac. Eccl. Et quid in locatione, & pignoratione, uide late Rep. l. Dubium, C. de contrah. Empt. & vid. Fel. in d. c. fin. de Accus.

An, filius infans in potestate Patris existens possit redimere, seu retrahere Rem venditam per Patrem vigore præsentis Statuti, videtur dicēdum, quòd sic, per tex. c. Constitutis, de Rest. in Int. Qui tex. licet videatur, loqui in Filio emancipato, tamen secundum Doct. communiter habet in locum in Filio existēte in potestate, & hanc communem testatur Boer. Decis. 138. num. 3. prima par. vbi, sæpius secundum hanc sententiam, dicit esse iudicatum.

AD STATVTVM, DE CRIDA FACIENDA PRO lusoribus, cap. ccccxxviij. fol. cxlv. a terg. vol. primo

Perpetuo nota & caue ne tibi contingat, ꝙ pecunia mutuata Ludenti, tanquā mutua a consumpturo in malos vsus, non potest repeti, Bar. in l. Si quis, cum sciret, ff. de vsuc. pro Emp. Et Paul. in l. Legitima §. Prætor ait pactaq; ff. de Pact. iuncta ibi Appost.

AD STATVTVM, DE POENA ADVOCATI, VEL procuratoris, qui fecerit pactum de quota parte litis, cap. ccccxxix. fol. cxlvi. a fron. vol. primo.

Sed quid, si fiat Pactum de quota inualidum, Bart. in l. Bonorum §. Si qnis Filiū, ff. de Leg. præstan. Ias. in l. fin. num. 140. C. de Iur. Emphyt.

AD STATVTVM DE PRAEDIIS
Cap. ccccxxxiij. fol.cxlvj. à terg.vol.primo.

Statutum istud videtur potius limitatorium, quam correctorium, ideo ampliandum, vt per Ant. Rub. præceptorem meum, in consil.92. in simili stat. & circa hoc statutum vide Alex. pulchre consil. 32. lib.7. per totum.

In princ. stat. ibi pleno iure, de horum significatione, & interpretatione, vide late Ias. in l. huiusmodi. §. ædes in secũdo not. ff. de leg. 1. & quod. habens vtile dominium, non dicitur, habere pleno iure, sentit idem Ias. in l. fin. nume. 86. vers. iuxta hanc partem. C. de iur. emphi. Felin. in c. auditis, de præscrip. vbi late.

Et quando est prohibita alienatio, nõ dicitur pleno iure habere, secundum Rom. consi. 206. Felin. contra in d. cap. auditis intellige tamen, quoad essentiam dominij non quo ad vtilitatem, & æstimationes precij Rei, ita Aret. consil. 19.

AD STATVTVM DE HABENTE QVOTAM
volente eam alienare, Cap. ccccxxxiiij. fol. cxlvij. à terg. vol. 1.

An vendens cum pacto de retrouendendo, qui deinde incontinenti luat, cadat in pœnam huius statuti, vide Bar. in l. diem. ff. de plu. aq. arc. Ias. in l. fi. col. 136. C. de iur. emphy.

Et quid, si habeo domum contiguam meæ, & paries intermedius sit communis, an sumus in casu huius statuti, Corn. consi. 151. volu. 3.

Et quo tempore incipiat currere annus, quando adest pactum de retrouendendo an tempore contractus, an tempore quo finitur pactum de retrouendendo, vide repet. in l. dubium. C. de contrah. empt.

AD STATVTVM DE IVRIS CESSIONIBVS,
Cap. ccccxlv. fol. cl. à terg. volu. primo.

Hæc forma statuti videtur obseruanda, quando cum clerico fieret contractus. Alciat. in aut. cassa, in verbo sanctiones. C. de sac. eccle.

Cessio tamen præsumitur simulata, si fiat clerico, contra laicum, Spec. de ceſſ. act. §. primo, nume. 8. Panorm. c. fin. col. vlt. de alien. iud. mut. ca. Soci. consi. 264. col. 2. in prin. vers. quarto arguit. volu. 2.

AD STATVTVM DE DOTE FACIENDA,
Cap. ccccliiij. fol. cliij. à terg. volu. primo.

Pater, & filius, si recipiũt dotem, an pater solum possit obligari pro legitima filij, Bal. consi. cccxxxix. in 2. par. secundum no. impress.

Et quod pater, uel ascendens teneatur se obligare cum filio Doct. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solu. matri.

AD STATVTVM QVANDO BONA INTELLIGETVR in dotem data. Cap.cccclv.fol.eod.

Ad declarationem illorum verborum, nisi expresse constituerit, vel appareat, & legitime, Felin.in Rub.de probat. col.2.& 3.& in c.translato, post Bar.& Imol. de Const.

AD STATVTVM DE ORDINE SERVANDO circa modum procedendi in causis cridarum,&c. Cap.ccccclxiiij. fol.clvj.à fron.vol.primo.

Circa ordines prouisionum,inquantum excludunt anteriores,qui non contra dixerunt,vide Alex.consil.cvj.volu.v.

AD STATVTVM VLTIMVM Fol.clviij. à terg.vol.primo.

Circa istud statutum, vide Bald. aut. omnes peregrini. in vlti.col.C.communia success.

Et qualiter debeat intelligi istud statutum. Aret.consil.ciiij. col.vltim.

AD STATVTVM, DE PROBATIONIBVS faciendis de idoneitate fideiussorum.Fol.xxx.à terg. Cap.lxxxvij. volu.secundo.

Adde, ꝙ possessores prædiorum rusticorum dicuntur magis idonei, quam vrbanorum, quia vrbana subiacent maioribus periculis,vt incendij, & ruinæ. Bar. in l.fin.C.de debit.ciuit.lib.x.

AD STATVTVM, QVOD IVRA MVNICIPALIA seruentur ad litteram, Cap.clxxiij. fol. lv. à tergo, volum. secundo.

Nota,ꝙ stante hoc statuto,nunquam excluditur interpretatio, ratione euitandæ absurditatis,Soci.consi.lxxxiiij.nu.4. Alex.consil.80.col.3. & seq.vol.primo.

Et omnino vide Aret.consil.109.vbi ad propositum multa adducit.

Recipiunt tamen interpretationem,& distinctionem ab alio statuto Alex.consil. xxxij.nu.3.volu.7. & idem in d.consi.lxxx.supra allegato,col.3.nume.5.

Operatur tamen statutum,ꝙ ubi regula correlatiuorum haberet locum, ꝙ stante hoc statuto non procedat,vt per Brun.de Stat.excluden. fœm. q.3.col.prima, an. fin. & clar. iurecon. D.Cotta in suis memor.

AD STATVTVM QVOD IVRA MVNICIPALIA ſeruentur in terris ducatus,& iuriſdictione Mediolani. Cap. clxxiiij. fol. lvj. à fr. volu. ſecundo.

Ibi,non obſtantibus aliquibus exceptionibus,priuilegijs,&c. adde, ꝙ non intelligitur ſublatum priuilegiũ inſertum in corpore iuris, Item nec conſtitutio, nec pacta iuramento firmata, item nec ad pias cauſas ordinata, ita d. Vital. in tract. clauſ. in clauſula incip. non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis.

AD STATVTVM DECLARATIO CONSVETVDInum & obſeruantiarum, quæ de cætero obſeruari debent, vel non debent. Cap. clxxj. fol. eod.

Vide Deci. pro declaratione horum verborum, conſuetudines non allegentur, in conſil. 2. col. 6. ſeq. & viij. volu. primo.

AD STATVTVM DE IVRE REDDENDO non ſubdito iuriſdictioni,&c. Cap. clxxix. fol. lvij. à fron. vol. ſecundo.

Quis dicatur proprie ſubditus, vide gloſ. in Clem. p. in. §. eiſdem, in verbo, ſubditos, de foro compet. Bal. in l. oẽs. §. ſi vero apparitor, col. 2. C. de epiſ. & cler. appoſt. ad Bar. in l. aſſumptio. §. filius. in littera A. item in eo. ff. ad municipal.
Et quis dicatur forenſis Deci. conſ. 5 5 o. ad fin. & inter forenſem, & non ſubditum ponit differentiam Paul. Caſtr. conſ. lxxxix. col. fi. lib. ſecundo, & Alex. in conſ. alleg. per dec. vbi ſupra.
Et, ꝙ ſuppoſitus ſeu ſubditus iuriſdictioni non intelligatur de ratione originis paternæ, vel auitæ. Card. conſi. cxxxv. Felin. in cap. col. vlti. de ſponſ.

AD STATVTVM DE EXPEDITA RATIONE in certis caſibus reddenda,&c. Cap. clxxxj. Fol. lviij. à fron. volu. ſecundo.

Non habet locum hoc ſtatutum, in illo, qui ſemel tantum mercatus fuiſſet, ſecundum Bar. in l. legatis. ff. de leg. 3.

AD STATVTVM, QVOD FIDEIVBENS, vel obligatus ad fideiubendum teneatur ſe obligare in ſolidum, fol. lxj. à fron. volu. ſecundo.

Ibi,item,quod beneficium excusſionis,limita vt per Rom.in conſil.ccxli.col.2.

AD STATVTVM DE POENA NEGANTIS propriam ſcripturam. Cap.cxlv. fol.lxij. à fron. volu. ſecundo.

In fine præſentis ſtatuti, ibi ut habeatur pro confeſſo, quid ſignificet haberi pro confeſſo. vide Bar.in l.eius,qui delatorem.ff.de iur.fiſci, c. 2. de conf.lib.6.& circa talem confeſsionem intelligitur,ſi iudici videbitur,& ſic ſuper hoc inter loquendum. Ita not. Bal. in l. prima.C.

AD STATVTVM DE IIS QVI TENENTVR ſuſtinere onera pro facultatibus. Cap.ccxxix.fol.lxxxiiij. à fron. volum. ſecundo.

Materiam onerum habes per Iaſ.in l. placet.C.de ſac.eccl.ſed adde,quod quando fit æſtimum,emphyteota,debet taxari,& alibrari pro re emphyteota,deducto eo, quod ſoluit per canone, & ſic tantum debet ſoluere taleas reſpectu vtilis dominij. Pro æſtimatione vero directi debet ſoluere Dominus directi, ſecundum ſing.doct.And.de Iſer.in tit. quæ ſint reg. verſ.& plauſtrorum,col.2.poſt med. verſ.unde ſoluit emphyteota.

AD STATVTVM DE COLONO DEBITORE non recipiendo,&c. Cap.ccclxxix. fol. cxxix.à fr. vol.2.

In illis verbis, & ad prædicta, compelli poſsit,&c. adde, quod in caſu præſentis ſtatuti,vnus teſtis facit plenam probationem,vt concludit Math. ſuo not. primo,& ſecundo.

AD STATVTVM QVOD DOMINI NON poſsint petere contra colonum,niſi &cCap.ccclxxxviij. fol cxxxiijà fron. volu. ſecundo.

In tex. ibi, per decennium, nota, quod dictio, per,denotat perfectionem,& ſic oportet quod tempus ſit omnino præteritum, & qualiter debeat capitulare, qui ſe fundat in præſcriptione, vide Bar. in l. Celſus. col. vlt. ff. de vſucap. pract. Pap.in forlib.reſpon.Rei conuen.in glo.præſcriptionis, verſ.poſthec, & ſeq.volu.5.

AD STATVTVM QVOD DOMINVS præferatur alijs creditoribus,in certis caſibus. Cap. cccxc. fol. eod.

Intelligendum est, illa bona inuecta, & illata esse obligata, quæ illa sunt in domo, vt ibi permaneant, secus si apponerentur res vendibiles, vt est tex. in l. Si prædijs, §. fin. ff. in qui. ca. pig. tac. contr.

AD STATVTVM, DE RESTITVTIONE REI locatæ, cap. cccxcviii. fol. cxxxiiii. a tergo, vol. secundo.

An, hoc Statutum habeat locum in casu mixto, videlicet in conductione, cum pacto Francandi, Alex. consi. 28. 4. vol.

In illis uerbis, intelligatur reuocata, Nota quòd intelligitur de prima reconductione, secundum Iaſ. in l. Diuortio, §. Quod in anno col. fin. verſ. vltimo facit, ff. sol. Matrim. licet non firmet.

AD STATVTVM, DE MELIORAMENTO facto super fundo locato, in quem &c. cap. cccc. fol. cxxxvi. a terg. vol. 2.

Colonus, qui plantauit, an ipse, an Dominus, qui locauit, habebit, uide glo. mag. in l. certo, in prin. ff. de Ser. Rust. præd.

AD STATVTVM, DE ACQVISITIS PER FRATRES in communi domo vel habitatione viuentes, &c. cap. ccccclxxxiii. fol. clvii. a fron. vol. secundo.

In tex. ibi, simul uiuentes, qualiter intelligatur, simul viuere, Bar. in l. Si quis ita, ff. de Cond. & Demonstr. Et ibi, in Appost. citatur Alex. conſ. 20. vol. secundo, Amod. in tract. de Synd. in uerbo non retinuit familiam dicto tempore.

AD STATVTVM, DE ALIENATIONIBVS FIERI prohibitis in non subditos iurisdictioni potestatis Mediolani, cap. ccccclxxxviii. fol. clviii. a tergo, vol. secundo.

Limita, istud Statutum non procedere, si fieret Proclama, quòd quicunque caperet talem Bannitum, uel aliter, lucretur domum, quia tunc fauore publicæ vtilitatis, posset talis Forensis etiam non obstante tali Statuto acquirere, Iaſ. in l. prima, num 13. C. de Sacr. Eccl.

Et ad declarationem, & limitationem huius stat. vide Dec. conſ. 300.

AD STATVTVM DE COMMVNANTIIS PASCVIS vignalibus,&c. cap. ccccxc. fol.clix. a tergo uol. ſecundo.

Si contingat ſupplicari,ut poſsint alienari,debent bona ſpecificari in ſupplicatione,Dec. conſi. 142. col. fin. Et debent ſeruari ſolemnitates ſeruandæ in Alienatione rerum Eccleſiæ,& pupilli,cum æquiparentur,l. Remp. C. de iur. reip. lib.ij.Bal.conſi.204.in 3.par. ſecundum ult.impreſſ.

AD STATVTVM QVOD MVLIER POSSIT CONſentire alienationi bonorum,&c. cap. ccccxcix. fol. clxij. à tergo, uol. ſecundo.

Adde tamen,ꝙ Maritus poteſt alienare rem datam in dotem æſtimatam, tali ęſtimatione,quę facit uenditionem,ut eſt quando datur fundus pro centum,in dotem,pacto ꝙ æſtimatio reſtituatur,uel ꝙ reſtituatur fundus, uel æſtimatio ſimpliciter,ut bene declar. Paul.de caſt.in l. Si æſtimatis ff. ſolu.matrim.

Et de iure communi,marito alienante bona,quæ ſint ultimum pignus, nullo modo poteſt mulier conſentire,nec ualet eius conſenſus,l.iubemus, & ibi Bart. & Paul. de Caſt. iuncta Aut.ſi qua Mulier.C.ad Sen.uell.

Nota,quòd ubi in caſu præſentis Statuti. Agnati requiſiti, abſq; cauſa legitima, nollent conſentire,eo caſu,Mulier poteſt ſola conſentire,Ias.in l. prima,col.7. C. qui admit.

ERRORES TYPOGRAPHI.

IN PRIMO VOLUM.

Fo. 2. a lin. in appost. ista &c. ubi dicitur statuto isto, dic isti statuto.

Fo. 3. à terg. vers. quo in casu, lin. prima citandus, dic citandum.

F. 4. à fr. li. 3. reperitur dic reperiretur, & cap. 17. dic 7.

Fo. 5. à tergo, cap. x. dic xi.

Fo. 6. a fr. c. 11. dic 12. & ibi lin. 2. bãno eximatur, ante verbũ eximatur, ponatur, nõ cap. 12. dic 13. & ibi à ter. cap. 13. dic 14. cap. 14. dic 15.

Fo. 7. à fr. cap. 15. dic 16 cap. 16. dic 17 & à terg. cap. 17. dic 18. cap. 18. dic 19. cap. 19. dic 20.

Fo 8. a terg. ca. 22. lin. 5. cautelosæ dic cautelose.

Fo. 9. c. 23. lin. 2. declinatorie, dic declinatoriæ.

Fo. 10. à ter. li. 3. soquẽtes, dic sequẽtes.

F. 2. à ter. lin. 2. vel corã notario caussæ, ista verba bis sunt impressa.

Fo. 12. a ter. ver. & dictis, lin. 1. citandus dic citandis.

Fo. 14. à tergo, ca. xl. vers. quo casu. lin. 3. ante verbum, possit ponatur, &.

Fo. 18. lin. antepen. prouentione, dic præuentione.

Fo. 29 à terg. cap. 82. lin. 2. vel alio, dic vel in alio, & ibi in appost. prima matriculus dic matriculis.

Fo. 35. à terg. cap. 104. vers. idem ꝙ, dic idem quod.

Fo. 36. a fr. cap. 107. lin. 6. siue dic sint.

Fo. 40. a fr. in appost. ultima applicatur dic appelletur, & ibi fo. eo. à tergo vers. alioqui. lin. 1. quod dic quod.

F. 42. à fr. vers. & ita, lin. pen. expressione, dic expressione, & ibi vers. & in causis, lin. p. cõtinget, dic contingẽt.

F. 47. à fr. ĩ appost. p. appositiõe dic appellatione, & a terg. lin. 6. ante verbum, teneatur, ponatur et, Et ibi appost. iuramentum, &c. vbi cadebet, non fuit posita.

Fo. xlviij. à fr. lin. pri. ipso, dic ipsoq;.

Fo. 51. à fr. in appost. vltim. nullitatem, dic nullitate.

Fo. liiij. a terg. cap. clx. lin. 4. possidisse, dic possedisse.

F. lv. a fr. c. clxiiij. li. 8. credit, dic crediti

F. lix. a fr. in appost. ij. indici, dic induci

Fo. lx. a fr. cap. 176. dic 175. & d. cap. lin. xix. famula, dic famulo.

Fo. lxj. a fr. ca. 178. lin. 8. ante dictionẽ milliari, adde famulo, &.

Fo. lxx. a terg. cap. ccviij. lin. 1. &, dic vt.

Fo. lxxxij. cap. ccxxxix. lin. 8. cancelletur, dic cancellentur.

Fo. lxxxiiij. à fr. c. ccxlviij. lin. v. fiat, dic fiant. & lin. vj. duret, dic durent. & à ter. li. vj. denũciatio, dic denũtiato.

Fo. lxxxv. à fr. cap. cclj. etiam, dic &.

Fo. 86. a terg. lin. 4. in fi. con. abundat.

Fo. 88. a terg. in appost. assignda, dic. assignanda.

Fo. 89. à fron. lin. 1. tacere, dic facere.

F. 90. à fr. c. 267. lĩ. 5. in fi. ponatur, vel.

Fo. 91. à fr. lin. 2. in fi. nõ abũdat. & lin. 5. contractuum, dic contractum, & lin. 7. in fin. sumpte, dic sumptæ.

Fo. 95. a ter. in appo. ex testo. dic testamento.

Fo. 96. à fr. lin. 6. in fin. dotæ, dic dote.

Fo. 97. a terg. lin. 23. fuerint, dic fuerit. & ibi ĩ appost. vterimo, dic uterino.

F. 99. à ter. lin. ult. in princ. ponatur ex.

F. 100. à fr. c. 300. lin. 3. ĩ fi. ꝙ dic quod

F. 105. a ter. in appost. ult. donãdis, dic donandis.

Fo. 107. à fr. cap. 329. lin. pen. & dic ꝙ, & d. fo. à terg. cap. 32. dic 332.

F. 108. à fr. lin. 8. ante uerbũ, restitue-

re,ponatur,teneatur.
Fo.102.a terg.lin.6. etiam dic &.
Fo.116.a terg. verſ.& ſi lin.2. contractuum dic contractum.
Fo.119.à ter.lin.1.ī prin.addatur cum.
Fo.125.à fr.verſ.& ſi lin.9. imbreniaturæ dic.imbreuiaturæ.
F.132.a ter.ver.& ſi lī.3. infar dic.infra
F.134.a ter.appoſt. correctū &c. ponē da erat,ad uerſ.ꝑ una prorogatione.
Fo.135.à terg.uerſ.item quoniā, lin.2. diuerſimodo dic.diuerſimode.
Fo 137. à fr.uerſ.itē,quod expletis, lin. 3.arbitratorum, dic arbitramētorū.
Fo.147.a fron.lin.5.alitet,dic. alter.
Fo.clij. a fr.lin.8.Mediolanani dic Mediolani.
F.154.a fr.c.456.lin.12. cum dic. eum. & lin. 13.eius dic. cuius nam licet ſit cum & eius in antiquis tamen ex ſenſu colligitur dictionē illam, cum aptandā eſſe,in eum & eius,in cuius.
F.155.à ter.c.463.li.6.nuriū dic. nuruū.
Fo.158.a ter.c.ult.lin.16. in dic.incipit
Fo.159.a fr.lin.1.ducatu dic.ducatui.
Fo.160.à terg.uer.poſt li.6. literaruum dic. literarum.
Fo.161.à fr.lin.14.prçfactis dic. prætactis,& lin.23.quomodocunquæ dic quomodocunque,& ibi qualitercūquæ,dic. qualitetcunque.

IN SECVNDO VOL.

F. 1. in appoſt. ultima lin.pen.texti dic Textus.
Fo.4.ter.cap.12.lin. prima præponitur dic præponantur.
Fo.6.à ter.cap.19.lin.2.plænam, tu dic plenam
Fo.7.a fr.cap.20.lin.2.bonas dic bona.
Fo.8.a terg.numerus,cap.23.& cap.24 non eſt appoſitus.
F.9.à fr. in pen.lin.cap.24.ſiue exequutores dic ſint exequutores,& ibi eo. fo.c.25.li.2.in prin.quam dic quam
Fo.x.a fr.lin.3. tendentibus dic tenētibus,& ibi eo. fol. in ultima appoſt. mareria dic materia.
Fo.ij.a fr.lin.7.in prin.debuerit dic debuerint.
Fo.xij.a fr.cap.33.ver.poſsint.lin.4. in fi.cnntra cōgrue dic cōgrua cōgruis & eo.fo.a ter.c.34. verſ. & teneātur lin.7.reſtituere teneatur,tamen dic, reſtituere,teneatur tamē, & in verſ. ſeq.incip.& ſi lin.prima cupiam dic cuipiam.
Fo.14.a fr.cap.xl.lin.1.ſcienter,vel doloſe,dic,uel ſcienter,& doloſe.
Fo.xv.à fr.in appoſt. nec miſerabilium dic ac miſerabilium, & à tergo cap. 36.dic 46. & cap.38. dic 47.
Fo.16. à fr. cap.48. lin.vlt. punientur, dic puniantur.
Fo.17.a ter.in prima appoſt. de iuſdicē tiū dic iuſdicentibus,& in appoſt.2 ſe conſules,illa dictio,ſe,abundat.
Fo. 18. à fron. in prim. appoſt. ante dictionem,ſtaturum apponatur,per & vbi dicitur,in nouiſs. dicatur in nouis,& fo.eo.à ter.verſ. & quod quæſtionem,lin.2.nec audit, dic audiēt.
Fo.19.a fr.c.60.lin.5.cridata dic credita,& fol.eo.a ter. c. 63. lin.3. detur dic & dentur, & vbi,in eo cap.dicitur libras,dic libræ.
Fo.21.à fr.c.66.verſ. Item, & ſi lin.8. que poſthac,dic quod poſthac.
Fo.22.a fr.cap.68.lin.6. aliqua debito dic aliquo debito, & ibi, aliquo expenſa, dic aliqua expenſa.
Fo.24.cap.lxxij. & fol.eo.a tergo, ca. lxxij.dic lxxiij.
Fo.xxxvj.a ter.cap.ciij.ver.& qui cane parius.lin.2.& intrare,dic iurare.
Fo.xxxvij.à tergo,cap.117.dic 107.
Fo.xlj.à terg.cap.114.dic 119.

F.44.a ter.c.129. li.1. pręatā,dic,præfatā,
Fo.47. a ter. cap.141. lin.4. præcedendi, dic,præcedenti, & ibi cap. 142. lin. 7. medielas,dic,medietas.
Fo.50.a fron.cap.153.lin.9.intromittat, dic, intromittant.
Fo.51.a fr.cap.166.dic,156.
Fo.53.a ter. cap.164. in Rub. poſt dictionem,male cocto,deficit uel,
Fo.54.a fr.verſ.Et intelligatur,remitterere,dic,remittere,Et in Rub. cap.166.te netur,dic,tenentur.
F.55.a ter.c.173. diſponūt, dic,diſponāt,
Fo.56.a fr.numerus,cap.eſt erratus,& ſeq. & fol.eo.a terg.cap.176.lin.8. doctores,dic,doctoribus.
F.57.a ter.li.4.reddetur,dic,redderetur,& li.6.cōtrouerſialis,dic, cōtrouerſia, lis,
Fo.61.a ter.cap.190.lin.fi.illis,dic,illius.
Fo.67.a fron.lin.7.ibi,dic, ibit.
F.68.a fr.c.209.l.4.pęceptū,dic, ꝑceptū
F.70.a fr.cap.214.li.2.relationū, dic, relationes,& fo.eo.a tergo, uerſ. teneanturq;,lin.6.denunciati, dic.denunciāti,
Fo.71.a terg. lin.3. comorehendātur, dic, comprehendantur.
Fo.72.a terg.li.antepen.compareationis, dic,comparitionis.
Fo.76.a fr.lin.6.fraudar, dic,fraudari,
F.80.a fr.in Rub.ante verbū, correctiōes, addatur,&,Et,fo.eo.ver.Et,ſi inueſtitura,li.5.emphyteota,dic, emphyteotica
Fo.82.a fr.li.2.reperiātur, dic,reperiatur, & fo.eo.a tergo,cap.219.lin.3. cendēnatio,dic,condemnatio,
Fo.83.a fr.in Appoſt.diē,dic,dicit, & fol. eo.a ter.li.1.conſeruet,dic,conſeruent,
Fo.84.a fr.cap.278.dic,228.
Fo.85.a ter.lin.12.condomnetur,dic, cōdemnetur,
Fo.89.a fr.cap.241.lin.11.dęnā, dic, pœnam,& fo.eo.a tergo,cap.242.lin.2. ci tatas,dic,Zitatas,
Fo.98.a fr.lin.6.ſeruiatis,dic, ſeruatis,
Fo.104.a fr.cap.299.lin.7.quoginta,dic, quolibet,& lin.8.trilibet, dic, triginta, & c.300.li.1.quolibet,dic, quodlibet,
Fo.106.a fr. deficit numerus cap. 306.
Fo.110.a tergo,lin.5.ea, dic, eam.
Fo.111.a fr.li.antepen.taliler, dic,taliter
Fo.112.a fr.vbi dicitur cagiano, dic,gaza no,& fol. eo. a tergo, Ronecheto, dic, Roncheto.
Fo.113.a fr.lin.32.dicta, dic,de dicta
F.117.a t.ca.341.li.3.domini, dic,dominij
Fo.118.a fr.in Appoſt.2.tamen,dic,tantū fo.eo.a tergo,verſ.ita vt,lin.4. quæcūque,dic,& quæcunque.
Fo.120.cap.348.li.fi. ſupergrediatar,dic, ſupergrediatur.
Fo.124.a fr.ca.365.li.3.tenes, dic,tenens,
F.132.a fr.li.5.crudelitate,dic,credulitate
Fo.139.a tergo,lin.1.poſt verbum,exprimunt,addatur,de,
F.145.li.6.contrafecere, dic, cōtrafacere
Fo.146.a terg.cap.439.lin.2. impeditur, dic,impediretur.
F.148.a ter.ſępe ſępius,dic,ſępe, & ſępius
fo.161.a fr.lin.pen. ſenti. abundat.
fo.162.a tergo,Appoſt. incipiens. De ſolemn.cum ſeq. poſita, ad cap.498. reportanda eſt ad cap.499.

IN INDICE.

Contentorum,dic,contentarum,
Copactus,dic,compactus,
In dictione, Illegiptimus, dic, Illegitimus
In dictione, Peccunia, dic, Pecunia, & ſic vbicunq; reperies pecuniam, duplici, cc,ſcriptam.
Animaduerſos errores hic annotauimus, alios autem,ſi forte prætermiſſos inueneris,Lector, ne nos carpito, ſed benigne tu ipſe corrigito.

LVDOVICVS MARIA SFORTIA, Anglus, Dux Mediolani, &c. Papiæ, Angleriæq; Comes, ac Genuæ, & Cremonæ Dominus. Tulit hanc laudem apud maiores Ciuitas nostra Mediolanensis, quòd cum ad commode uiuendum, Vrbibus & locis, non satis naturæ, gentiumq; ac ciuili iure prospectum uideretur, sed ius propriũ suum, quod municipale, siue Statutarium appellatur singuli populi seorsum, ac particulatim sibi dicerent, ipsa huiusmodi leges, tanta prudentia, delegit, ac scripsit, ut permultæ in hac Cisalpina Gallia Vrbes dignam duxerint, quam in hoc iure deligendo, imitari deberent. Hoc a Mediolanensi populo, a primis initijs scriptum, postea pro temporum ratione aliquando mutationem aliquam, aut correctionem exegit, In qua re Maiores, qui ex gente nostra rerum potiti sunt, quotiens necessitas tulit, singulari studio, & cura operam suam impendisse monumenta, quæ reliquerunt, satis copiose testantur. Contingit autem nunc, vt a postrema correctione, tempora permulta fluxerint, quorum cursus sicuti multa tulit (vt in humanis rebus fieri solet) a superiorum temporum ratione diuersa. Ita etiam, in legibus huius Ciuitatis nostræ proprijs, mutationis alicuius desiderium reliquerunt, cum superflua aliqua uiderentur, quæ tollẽda erant, aliqua obscura, quę apertiores sensus poscerent, non nulla castiganda essent, vt temporum conditioni magis accomodarentur. Cum igitur, in tempora nostra huius emendationis necessitas inciderit, parum nobis fecisse videremur, populorum nostrorum, amicorumq; iniurias armis populsasse, & domi, ornandis vrbibus, & controuersijs sine vllo discrimine passim audiendis, quantopere omnes laute, æquo iure, ac tranquille viuere cupiamus, ostendisse, nisi hanc quoq; partem in bono principe, circa pacis munia, maxime necessariam curæ nobis fuisse testaremur. Quam ob rẽ ex vtroq; Senatu nostro præstantissimos Iureconsultos, atq; ex Iureconsultorum, ac Causidicorum Mediolanensium Collegijs, prudentia, & vsu insignes delegimus, quibus Decretorum nostrorum, & Statutorum Mediolanensis Vrbis inspectionem, emendationem, reformationemq, iniunximus, A quibus, re diu, & mature tractata, initio ab Statutis facto, præsens volumen conditum est, ea ratione habita, vt sublatis, quæ necessaria non erant, correctis, quæ præsentium temporum qualitas repudiabat, ac declaratis, quæ ambiguos, aut incognitos sensus habebant, omnia ad tuendam præsentium temporum bene uiuendi normam, accomodarentur, Receptum igitur a nobis volumen, sub immortalis Dei, eiusque Matris, & Tutelaris Ambrosij nominibus ædi, & seruari volumus, Et Vicario, Duodecimq; Viris Prouisionis huius nostræ Mediolañ. Vrbis imperamus, vt hanc emendationem, ac reformationem seruandam ædant, & proponant. In quo, si rerum, & temporum cursus exegerit, vt vel alia, sint per nos addenda, vel emendatio noua desideretur, cum Iusticiæ cultus, & æquabilis iuris, in populos nostros studium ante omnia nobis curæ sit, in posterum quoq; officium nostrum in eo impartiemur. Decernentes, vt hæc duntaxat, quæ hoc in uolumine, quoad Ciuilia Statuta, ac Ciuilium extraordinaria, & alia, quæ in eo continentur, pro Legibus, & Statutis Mediolanensibus obseruentur ab omnibus ac singulis, & quibuslibet Personis, Communi, Collegio, & Vniuersitate, Terris, & Locis quæ dispositione huiusmodi Statutorum comprehenduntur. Nam cætera Statuta Mediolaneñ. propediem recognoscentur, atq; ædentur. In quorum testimonium præsentes fieri, ac registrari, nostriq; Sigilli Impressione muniri iussimus, ac propria manu subscripsimus Datas Mediolani 20. Octobris 1498. Ludouicus Maria subscripsit, B. Calchus.

Statuta sunt Leges priuatorum Iudiciorum, secundùm Bal.in.L. 2°. in fi.C.qui Testa. facere pos. vbi.D. Ias. in pe.& vltima.col. declarat hęc verba, quæ, (vt dicit Brun.ps°.20.Requisit. col. 2°.) Ideò dicuntur priuatorum Iudiciorum, Quià facta sunt pro vsu illius Vrbis, quæ ea condidit, non autèm aliarum Ciuitatum.

Statuta non comprehendunt Bona Feudalia, nisi expresè dicatur. Ias.ps°.152.libro.4.

Quicquid dicant Leges, seruari debent Statuta, Teste Bal.in.L.p°.ad fi.C. de Arbit. Ias.ps°. 28. ad fi lib.3. quià Dispositio Statutorum, dicitur esse Iuris pręcisi, vt latè per Ias.ps°.188.ad fi. lib. 2. Recipiunt tamèn Interpretationem à Iure Communi, Alex.ps°.50. ad fi. lib.p°. & debent intelligi strictè, & strictissimè, vt minùs lędant Ius Commune, quantùm sit possibile, vt tradit Brun.ps.72.col. 2°.

1

RVBRICA GENERALIS DE CITATIONIBVS. ET ALIIS. ET CAETERA.

De Forma Citationis in Ciuilibus, et Ordine Citandi.

Cap. j.



IN PRIMIS STATVITVR, q Citationes, & Requestæ, posthàc, per Iusdicentem. Arbitros, & Arbitratores faciendæ, & portandæ (in Ciuilibus Caussis, Quęstionibus, & Controuersiis tantùm) per aliquem Seruitorem Communis Mediolani, debeant in se continere.

Intentionem, seu Caussam insertam, & scriptam, proptèr quã Citatus, seu Citandus in Ius vocatur,

Et Nomen Iudicis,

Et eius, ad cuius Petitionem fit Citatio,

Et ipsius Citati, seu Citandi,

Et Seruitoris,

Et eius, qui Citationem scripsit,

Et Coràm quo Iudice Citandus comparere debeat,

Ac Terminum Comparendi.

Et, q prædicta Nomina, & Cognomina, clarè, & distinctè scribantur, vt facillimè intelligi possint.

Et, q Citationes ipsę non possint ampliùs Cuiquam transmitti pro Actu aliquo faciendo, aut Sententia ferenda, vel comparendo eadem Die, nisi in TERTIIS transmittantur.—

Et Terminus Actum faciendi, aut Sententiæ proferendæ, ac Comparendi in VESPERIS eiusdem Diei, Statuatur,

Citationes Transmitti, & earum Relationes fieri possunt tẽpore feriato, vel suspenso, vt latè habetur in Nouis. cap. 214. AD TOLLENDAS, fol. 70. à frõte.

De Relationibus faciendis, & intrà quæ Tempora, & quid in eis Seruandum sit, Vide infrà, Cap. 205. QVILIBET, fol. 69. à fronte, & in Nouis, Cap. 192. RELATIONES, fol. 61. à tergo.

Adde, q etiã in eis Dies præcisa ponenda est, cum nomine Diei, & quoto Die Mẽsis, & Hora præcisa, in TERTIIS, vel in VESPERIS, sic Disponẽte Const. sub tit. de IVDICIIS. §. IN CITATIONIBVS, fol. 38. à tergo, in fin.

Hæc, & Sequentia nõ habent locum in Caussis Cridarum, vt dicetur in fine illius Capitis.

vel nisi in VESPERIS vnius Diei transmittantur, & Terminus Actum faciendi, & Sententię proferendæ, seu Comparendi in TERTIIS, vel VESPERIS alterius Diei immediatè sequentis, saltem statuatur,

Et hoc quidem, si Citandi, seu Vocandi in Vrbe Mediolani, vel extrà ipsam Vrbem, infrà tamen Corpora Sanctorum habitent,

Si verò extrà Vrbem ipsam, & Corpora sanctorum habitent, in Ducatu tamen vrbis ipsius, Citationes ipsæ fieri debeant cum Termino trium Dierum, computato, in eo Termino, Die comparendi ad prædicta.

Dimittanturq; Citationum ipsarum Copiæ ijs, Quibus trāsmittuntur, si personaliter inuenti fuerint, aut Domi eorum Habitationis, aut in Locis, ad quę transmittūtur, & vbi Citationes ipsæ fieri debuerint, si Personaliter inuenti nō fuerint, vt de Citationū ipsarum Caussis, Noticia haberi possit.

Nullitas ex defectu Citationis, p̄t sempèr deduci, non obstante Statuto, Dec. cons°. 38. circà primum, col. pe. Paris, in c°. Dilecto filio, in. 32. q. 13°. limit. de appellat. De forma Statuti, data Citationibus obseruanda, Alex. cons. 137. in Caussa, col. 4. libro. 2.

Et Citationes, hoc modo, factæ, valeāt, cum Sequutis exindè,

Et, si alitèr factæ fuerint, non valeant, nec Sequuta exinde.

Et Seruitor ipse, si prędicta sibi Incumbentia non seruauerit, incurrat, Ipso Facto, pęnam Solidorum quadraginta Imperialium, Quam pęnam Iudex teneatur, pro qualibet vice, qua, Seruitor in prædictis, vel aliquo prædictorum contrafecerit, vel neglexerit, absq; alia Cōdemnatione, & Processu, omnibus Iuris remedijs, applicare, pro Dimidia Cōmuni Mediolani, & pro alia Dimidia, Parti, in cuius pręiudicium Seruitor ipse, in prædictis contrafecerit, vel ea non obseruauerit.

Suprascriptaq;, in præsenti Statuto, ordinata, DE CITATIONIBVS, non habeant locum in Citationibus in Caussis Cridarum transmittēdis in vltimis quindecim Diebus Terminorum, ex Prouisionibus superindè æditis, præfixorum, ad dandum Iura in Scriptis, & Reliqua abindè dependentia facienda.

Adde etiàm, q̄ ad Contradictiones faciēdas, Citationes possunt transmitti pro qualibet hora, nulla in hoc seruata forma Constitutionum, vel Iuris municipalis, vt dicitur in Const. sub tit. de BON. AD CRIDPONEN. §. NE QVISPIAM, folio, 51, à fronte.

Quoniam,in huiusmodi Caussis, angustia,sæpe, temporis, longas Dilationes non patitur.

DE CITATIONE ABSENTIS, AC ETIAM ILLIVS, CVIUS PORTA REPERIATVR CLAVSA. CAP. ij.

QVOD, quilibet Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, qui se cũ Familia, vel maiori parte Familię, vel nõ relicta aliqua Familia, absentauerit à Ciuitate, & Ducatu Mediolani.

Possit, pro quolibet Debito publico, vel priuato, vel Actione merè Reali, vel Mixta, requiri.

Et Citari ad Domum, vbi habitabat, tempore Absentationis, si Habitationem habebat.

Et, si Habitationem non habebat, vbi consueuit habitare.

Et publicè in Contrata, in qua sit ipsa Domus.

Et vltra ad Scalas Palacij Communis Mediolani, Spacio octo dierum, ad minus, assignato.

Et dicta Citatio in ipsis tribus Locis, sic facta, habeatur pro legitima Citatione.

Et omnes Processus, contrà taliter Citatũ, facti, valeãt, & teneãt, & Exequutioni mandẽtur, ac si legitimè esset Citatus.

Talisq; Citationis Copia, eodẽ Die, quo facta fuerit, vt supra, Portetur.

Et Dimittatur per Seruitorem ad Officium Statutorum Communis Mediolani.

Et Gubernator ipsorum Statutorum teneatur talem Citationem recipere, & in Filo ponere, ac conseruare, absq; alia Solutione, sub pœna librarum octo Imperialium, Communi Mediolani applicanda.

Et, si, se non absentauerit à Ciuitate, & Ducatu Mediolani, sed Ianua, seu Porta Domus Habitationis ipsius Citati, à Seruitore clausa reperta fuerit, de cuius clausura credatur eiusdem Seruitoris Relationi.

De Citatione Absentis, vide Cõstitutiones. fo. 37. §. vbi contingat: Brun. d. 73°. 20. col°. 2. Et de illo, cuius porta inuenta fuit clausa, Socy. in Tract. de Citationibus in. 17. Actione, in. 6. col.

Statutum in Nouiss. fo. 65 à Tergo sub Rubrica de Reuocatione Statuti, & addidit post verba ista, Debito publico, vel priuato, VEL ACTIONE MERE REALI, VEL MIXTA. Ista verba addita sunt Statuto isto.

De Citato legitimè, qui postea se absentauerit, quod valeat Citatio de habitantibus in domo, vel posita in fixura, dummodò nõ sit perẽptoria, Prouisum fuit per Ordinationem Collegii Notariorum, vbi etiam disponitur circa illius absentationem, ad cuius Domum, electum fuit habitaculum.

Prima Citatio, seu primus Actus, Iudicialis.
Fieri possit.
Et debeat, hoc modo, videlicet, quòd Ipsa.
Prima Citatio, seu.
Primus Actus Iudicialis.
Fiat, seu intimetur.
Ad Domum ipsam, seu Portam.
Cum Termino trium dierum assignato Citato ad comparendum.
Debeatque etiam Seruitor ipse Citationis ipsius, vel alterius Actus Iudicialis.
Aliam Copiam portare. D. Parochiano Parochiæ Citati.
Et de omnibus.
Relationem facere.
Eadem die, vel sequenti Iuridica.
Et quæ Citatio, seu Intimatio sic facta.
Habeatur pro legitima Citatione, seu Intimatione ipsius sic Citati, vel cui facta fuerit Intimatio.

Aliter Sequestrum non valet, vt infra cap. 2 ; 2. Relationes, fol. 81. à Fronte.

DE EODEM.

CAP. iij.

ITEM, quòd quilibet Absens, qui conueniri possit in Ciuitate Mediolani, qui non habeat, nec habere consueuerit Habitationem in Ciuitate, nec Ducatu Mediolani, possit Citari, hoc modo, videlicet.
Quòd Citetur ad Scalas Palacij Communis Mediolani.
Et ad Arengheriam, seu Lobiam de Oxijs, positam in Broleto Mediolani.
Et ad Fores Ecclesiæ maioris Mediolani.
Sono Tubæ præmisso.
Hora Sextæ, aut Vesperarum, vel circa.
Dimissis Copijs Citationis in qualibet Parte suprascriptorum Locorum.

Istud Statutum nō comprehendit Forensem, vt in Terminis consuluit. Brun. cons. 20. vbi in 2ª. col. dicit quòd debet Citari personaliter, vel per Literas in Subsidium Iuris, vel quòd si Procuratorē dimisit, talis Procurator, Citari potest.

Quæ eodem Die, quo, facta fuerit, portari debeat ad Officium Statutorum Communis Mediolani.
Et per Gubernatorem Statutorũ insilciari, vt supradictũ est.
Citatoq; assignetur Terminus octo dierum ad comparendum coràm Iudice, ex cuius Parte citabitur.
Ad respondendum de Iure.
Et ad eligendum Habitaculum, vbi possit Citari, occasione Contentorum in dicta Citatione, & si non comparuerit in dicto Termino, vel si comparuerit, & Habitaculum non elegerit, possit, & debeat Iudex, cuius Parte fuerit Citatus, eligere Habitaculum, in quo, Talis absens Citari possit ad Quæcunq; expedientia, occasione Contentorum in dicta Citatione, & Quæ sequi possent ex ea.
Etiam vsq; ad Sententiam Diffinitiuam inclusiuè.
Peremptorium tamen transmittatur, si Citandus habitauerit in Dominio Illustrissimi Principis nostri in Lombardia, secundum formam Statuti, DE CITATIONE PEREMPTORIA.
Et quòd, facta dicta Citatione.
Et facta dicta Electione, possint omnia, circà prædicta expedientia, fieri, & expediri, sicuti posset, tali Citato præsente.

DE EODEM.

CAP. iiij.

SI de cætero cōtigerit per aliquē de Ciuitate, vel Ducatu Mediolani moueri aliquā Litem. Reliqua nō imprimūtur.

Vide Infra capit. 32. SI DE CAETERO CONTINGAT fol. 12. à Fronte.
Istud Statutū est reuocatū in Nouiss. fol. 65. à tergo, in Statuto quod incipit STATVTVM.
Circa istud Statutum, vide moderationē in Nouiss. fol. 61. à tergo.

DE CITATIONE, SEV PEREMPTORIO AD AVDIENDVM SENTENTIAM.

CAP. v.

LICET Lis sit contestata, seu habita pro contestata, tàm de Iure Communi, q̄ ex Forma Decretorum Ducaliū, seu etiam Statutorum Cōmunis Mediolani, cum Procuratore,

Quòd incipit STATVITVR VOLENS EMANARE, vbi cōceditur facultas Iurandi, q Actor ignorat vbi Citandus moram trahat.

Actore, Syndico, vel Defensore.

Relatio Perẽptorii potest fi. post Sententiam, intra quinq; Dies post Terminũ cõparendi, in Nouiss. fo. 61. à tergo in Statuto quod Incip. RELATIONES FACIENDAE.

Nihilominus ante tempus Sententiæ Diffinitiuę, seu Interlocutoriæ, habentis vim Diffinitiuæ, & non expectantis aliam Sententiam in eadem Caussa, post se, ab eodem Iudice ferendam.

Debeat fieri Citatio Peremptoria, ad audiendum Sententiã.

Presens presumit Citatus Bal. in. L. p°. col. 2°. de Sẽtent. Dec. cs°. 42 in. 6. lib.

Sufficit comparere ad vltimum Terminum, quãdo in Peremptorio adsunt plures Termini. Bal. in. L. Consentaneum in. §. nor C. Quomodo, & Quando Iud.

Præsentanda Principali Personæ, & Consulibus, vel Aliis, qui regunt Vniuersitatem, vel Alicui eorum Consulum, vel Aliorũ, qui regunt Vniuersitatem, vel alicuius eorum.

Et, q̃ Seruitor teneatur dimittere Peremptorium, siue Citationem Peremptoriam, in scriptis, Principali Personę, seu eius Familiæ, vbi habitat, vel Consulibus, vel aliis, qui regunt Vniuersitatem, vel Alicui eorum, vel Domui habitationis eorum, vel Alicuius eorum.

Est primum in hoc Volumine.

Et ea facere, quæ continentur in Statuto, incipiente.

IN PRIMIS STATVITVR, QVOD CITATIONES, ET REQVESTAE, ET CAETERA.

XXVII. casus, in quibus nõ requiritur Peremptorium, refert Socy in Fallenciis, Reg. 352.

Peremptorium ante Citationem ad allegandũ transmitti non debet, Paul. cs°. 50. in Caussa, quæ vertit, col. 3°. in Antiquis.

Et, q̃ peremptoria Citatio, fieri possit per quemlibet Seruitorem approbatum, & Consuetum in Ciuitate Mediolani, Et in ea apponi debeat.

Terminus ad audiendum Sententiam, vt in prædicto Statuto incipiente, STATVITVR, ET CAET. continetur.

Et prædicta Peremptoria Citatio, aliter facta, non valeat.

Et prędicta de Citatione Peremptoria, Locum habeant, pręterquàm, vbi Citandus Peremptoriè habitet extrà Iurisdictionem Ciuitatis Mediolani.

Sed tamen in Dominio prælibati Domini in Lombardia.

De Citando Subdito pro Ratione Rei sitæ extra Iurisdictionem habitãte, per Literas in Iuris subsidiũ, Socy. in c°. 3°. col. vlt. de Foro cõpet.

Quo in casu, Statuitur taliter Citandus, Citari debere per Literas in Subsidium Iuris, habentes inclusum Peremptorium, transmittẽdum per Iudicem Caussæ, ad Iudicem Loci Habitationis Citandi, cum Termino assignato ipsi Citando, comparendi coràm Iudice Caussæ, vnius Diei pro singulis, ad minus, viginti milliaribus.

Et quæ Citatio aliter facta, singula singulis congruè referēdo, non valeat.

Saluò, q̄ si taliter Peremptoriè Citandus reperitur personaliter in Ciuitate Mediolani, Isto casu.

Possit citari Peremptoriè, ijs Modo, & Forma, quibus proximè dictum est de Ciue Mediolani.

Item, & Saluò, q̄ in Citatione Peremptoria illius, cuius Porta reperiretur clausa.

Cuius Citatio valeat Peremptoriè facta, secundum Formā Citationis illius, cuius porta clausa reperta est, de qua, in Statuto præcedenti, dictum est.

IN QVIBVS PARTIBVS FIERI POSSINT DENVNCIATIONES, ET OBLATIONES.

CAP. vj.

DENVNCIATIONES, & Oblationes Extraiudiciales fieri possint, & debeant personaliter, & in Locis, vbi ex forma præsentium Statutorum fieri debent Citationes, & Intimationes.

De Forma Instrumenti, Denunciationis cap. 71. QVICVNQVE. fol. 123. à Tergo.
De Citationibus, supra fol. p°. à Tergo.
Circa Electionem habitaculi, circa hunc casum in Nouis. cap. 98 QVILIBET. fo. 63. à frōte.
Denūciatio Extraiudicialis requirit Diē certum. Alex. 23°. 90. in fi. lib. 5.

DE CITATO AD EVNDEM TERMINVM PRO DIVERSIS CAVSSIS, ET COMPARENTE.

CAP. xvij.

CITATVS ad eundem Terminum, pro diuersis Caussis, Si compareat, teneatur, qui citari fecit, super omnibus, vel illis ex Caussis, pro quibus ipsum Citari fecit, eodem contextu, & ipso Citato præsente.

Exprimere, & requirere, ac in Actis poni facere ea, quæ, & si quæ sua putat interesse.

Et, si ipse Citari Faciens nihil de omnibus, vel aliquibus ex ipsis Caussis dixerit, ipso contextu, & Citato præsente.

Q̄ reponi faciat, & appareat in Scriptis, Non reputetur Citatus Contumax, respectu illarū Caussarum, seu Caussę,

quæ tunc in Scriptis, & Actis expressæ non fuerint à Citari Faciente, licet in Citatione comprehensæ fuissent.

De Pœna Diuidentis Creditum suum in Nouis, capitulo. 98. QVOD NVLLVS, fol. 34. à Fronte.

Et quid si Caussa pendeat coram Arbitro Vide sub cap. 114. SI DE CAETERO, fol. 41. à Fronte. §. SI PETITO, à Tergo.

Ias. in. L. Pecuniam, quæ, col 4. ff. si cer. pet.

Vexans aliquē coràm diuersis Tribunalibus, an perdat Litem, Ang in, L. quamuis. ff. de Dam. inf. Guid. Pap. q. 421. & declarat Ias. ps° 9. el. 2°. col. p°. lib. 1. Lancel. m. L. vbi ceptum. ff. de Iud, Socy. ps°. 41. col. p°. &. 2°. lib. 1. vbi testatur de Cōmuni.

De exequutione expeñ. & earum Taxatione infra. capit. 56. SI QVIS, fol. 20. à Tergo.

Vide infra capit. 148, AB ALIQVIBVS, fol. 51. à Fronte.

DE POENA FACIENTIS ALIQVEM CITARI PRO EADEM RE, VEL NEGOCIO SVB DIVERSIS IVDICIBVS, VEL OFFICIALIBVS.

CAP. viij.

SI quis fecerit aliquem Citari, vel requiri, quouismodo, durante Instantia, pro eadem Re, vel Negocio, sub diuersis Iudicibus, vel Officialibus Communis Mediolani, condemnetur, qualibet vice, in libris octo Imperialium, applicandis. Ipso Iure, & Facto, absq; alia Condemnatione, vel Processu, pro dimidia Parte, Communi Mediolani, & pro altera dimidia, Citato.

Et Processus non valeat, nec teneat, nec Citato præiudicium generare debeat.

Et teneatur Contrafaciens expensas restituere, de quarum Summa stetur Iuramento talis Citati, Iudicis tamen taxatione præmissa.

A qua Taxatione non possit appellari.

QVOD CAVSSAE PROCESSVVM PENDENTIVM, NON POSSINT SVB ALIO IVDICE VENTILARI.

CAP. ix.

SI contingat aliquem, contrà quem sit impetrata aliqua Exequutio, Citari facere eum, qui impetrauerit Exequutionem, vt ipse Citatus compareat cum Actis, Bannis, Processibus, & Pignoribus, vel cum similibus.

Non possit illa Caussa ventilari, Parte, expresse contradicēte, nisi coràm illo Iusdicente, coràm quo fuerit impetrata Exequutio, vel cuius Præcepto facta fuerit Pignoratio.

vel alia Exequutio, vel sub quo Processus factus, vel Relatio facta fuerit.

Sub pœna librarum decem Imperialium, applicanda Parti, quæ contra formam præsentis Statuti, Citata fuerit, & quę pœna exigi possit de Facto, & omnis Processus exinde sequutus, sit, Ipso Iure, nullus.

RVBRICA GENERALIS DE IN IVS VOCANDO, ET CONTVMACIBVS.

QVOD PRAETERITVS IN BANNO, SEV CONTVMACIA NON AVDIATVR, NISI PRIVS RESTITVTIS EXPENSIS BANNI, SEV CONTVMACIAE.

CAP. X.

SI quis Bannitus, vel Contumax fuerit, de ipso Banno nõ cancelletur, nec audiatur contrà eum, ad cuius Petitionem fuerit Bannitus, vel in Contumacia constitutus, etiam si dicat se Paratum soluere Debitum, nisi prius restituerit Actori omnes Expensas Citationis, & alias sequentes, pro Relatione, Banno, vel Contumacia, & vsq; ad suam Comparitionem inclusiuè.

De quibus expensis stetur Iuramento Actoris, Iudicis tamen Taxatione præcedente, sine alio Processu, omni Appellatione, Reclamatione, & Nullitate, remotis.

Audiatur tamen, vt petere possit, Facta dicta Solutione expensarum exemplum, Banni, vel Contumaciæ, & Copiam Iuramenti Expensarum, & Taxationis Iudicis, & totius Processus, ac omnium, quæ asseruntur facta, occasione Citationis, & Relationis, Banni, & Contumaciæ, & Exhibitionis Pignorum, & Processuum Exequutionis.

Et, eo casu, quo purgauerit, vel per Actorem steterit, quominus possit purgare Reus suam Contumaciam, vel Bannũ, audiatur, & possit se facere cancellari de dicto Banno, vel Contumacia, & ad talem exhibitionem Banni, vel Cõtumaciæ, & Processuum; compellatur Aduersarius, etiam sine Libelli Oblatione, & non obstante Statuto DE SAPIENTIBUS DANDIS.

Vide infra capit. 56. IN QVALIBET CAVSSA, fol. 21, à Fronte.

Et disposita in præsenti Statuto, non habeant locum, vbi agatur per viam Libelli, Petitionis, seu Supplicationis summariè, vel ordinariè.

In quo Banno, vel Contumacia Citari Faciens Pariformiter constitui possit ad Petitionem Citati, ipso Faciente, non comparente in Termino, & Citatio ipsa habeatur pro circunducta, & non audiatur Citari Faciens, nisi prius per cũ solutis expensis, Modo, & Forma suprascriptis, DE EXPENSIS CITATI.

Bãnum Diuersimodè accipitur, vt declarat Brun. 98°. 95. Viso.

QVOD BANNVM, VEL CONTVMACIA DATA DIVERSIS PERSONIS SIMVLTANEE, ET PRO EADEM CAVSSA, REPVTETVR TANTVM PRO VNO BANNO, VEL CONTVMACIA.

CAP. X.

SI fuerit datum Bannum, vel Contumacia accusata diuersis Personis, pro vno Debito, vel Caussa Ciuili.

Quòd illud Bannum, seu illa Contumacia, pro vno Banno, vel vna Contumacia reputetur, quot, quot sint Banniti, vel Contumaces numero.

Idem seruetur, si datum fuerit Bannum, vel Contumacia Consulibus, Syndicis, Procuratoribus, vel singulatibus Personis alicuius Vniuersitatis simultaneè, vel alicui Cõmuni, vel Vniuersitati, vel pluribus Communibus, vel Vniuersitatibus, ex eadem Caussa ciuili.

Quòd illud Bannum, vel Contumacia, pro vno Banno, vel Contumacia, reputetur.

Qui Banniti, vel Contumaces non audiantur, nisi solutis Expensis, modo, & forma comprehensis in proximè præcedenti Statuto.

Et prædicta, dicta de Bannis, & Contumacijs, intelligantur de Ciuilibus.

QVÒD IN BANNO CIVILI NON APPONANTVR VERBA CONTINENTIA, DE QVO BANNO NON EXIMATVR, NISI IN CERTIS CASIBVS.

CAP. xj.

NON possit in Ciuili Caussa apponi alicui Banno, hæc Additio, DE QVO BANNO EXIMATVR, vel aliud Aequipollens, nisi sit Bannum, quod detur propter Præceptum Iudicis non seruatum,

Quod Præceptum contineat aliud, quàm, q̃ simpliciter cõpareat coràm Iusdicente.

QVÒD FIANT MEMORIALIA PER NOTARIOS IVSDICENTIVM DE CRIDATVRIS CONTVMACIARVM, ET CORROBORATIONVM.

CAP. xij.

AD Fraudes Amouendas, Notarij Iusdicentium teneantur, sine aliqua Remuneratione, facere Memoriam de omnibus Cridaturis Contumacijs, & Corroborationibus incontinenti cum cridatæ, seu factæ fuerint, scribendo ad cuius Petitionem, & contrà quem factæ fuerint, & hoc sub pœna librarum decem Imperialium, applicandarum pro Medietate Communi Mediolani, & pro altera Parti requirenti.

Idem seruari debet, etiam coràm Consulibus Iustiçiæ, vt habetur in Nouis. fo. 18. à Fronte. Consules, el. j°. in. j°. Et, q̃ curabunt.

Et non debeant subscribere postea aliquam scripturam ex prędictis, nec in libro ponere, nisi sedente Iudice, facta fuerit ipsa Memoria, sub pęna prædicta, applicanda, vt supra.

Et prædicta scribantur per vnum Notarium tantùm, ad Bancum ipsius Iudicis commorantem, vel eius Notarij Coadiutorem, ibidem Commorantem.

Et non recedat Iudex à Banco, donec Contumaciæ ipsæ per ipsum Notarium, vel Coadiutorem, vt supra, proximè cridatæ fuerint.

Quæ cridentur quando vult de Banco descendere.

Et hoc sub pęna librarum decem Imperialium, ab ipso Iudice auferenda, & Communi Mediolani in casu Inobseruationis, pro singula vice, applicanda.

INFRA QVOD TEMPVS POTEST DARI BANNVM, ET POSSESSIO.

CAP. xiij.

PRAETERITIS octo diebus, post Terminum comparendi assignatum, non possit dari Bannum, nec Possessio, quæ datur loco Bāni, occasione illius Citationis, siue Termini. Infra illos autem octo Dies, possit dari Bannum, siue Possessio Contumaci, ad Petitionem eius, qui comparuerit in Termino.

DE POSSESSIONIBVS TEDIALIBVS.

CAP. xiiij.

De Possessione Tediali, vt Reus compareat, est Tex. in C. Quoniam frequenter. §. si Reali, vt Lite non conte.
Vide infra capitulo. 152. NON DEBEAT. fol. 52. à Tergo.
Vide etiā in sequenti Statuto.

IN Possessionibus Tedialibus, quæ dantur contra Minores, Mentecaptos, Furiosos, vel Bona vacantia, vel contra Eos, quibus non datur Bannum, seruetur prout in Statuto posito sub Rubrica. QVOD PRAETERITVS IN BANNO, ET CAETERA. Incipiente. SI QVIS BANNITVS, VEL CONTVMAX FVERIT, & cætera, vt supra cap. viiij. fol. iiij. à Tergo.

De Banno super Termino, vel Praecepto dando, de Comparente in Termino, Iudice pro Tribunali sedente, et quod non detur Bannum, et Possessio ex Citatione, nisi Relatio Servitoris fuerit redacta in Actis.

Cap. xv.

ITA possit dari Bannum, seu Contumacia super Termino, vel Præcepto sicut super Citatione.

Et, si quis, Iudice pro Tribunali adhuc sedente, cōparuerit in Termino, & reperiatur ipsum esse, ea hora, in aliquo Bāno, seu Cōtumacia Cridatū, vel Scriptū fore, audiatur, ipsa Crida, vel Scriptura non obstante, Ipso tamen, Comparēte, Soluēte Denarios decem octo Imperialium Parti, ad cuius Instantiam, Bannum ipsum, seu Contumacia, data fuerit, modò tamen Denarij ipsi, Notario iam soluti, reperiantur.

Et, ꝙ nullus in Banno, nec Contumacia esse censeatur, prætextu Citationis, vel præcepti, nisi Relatio Seruitoris reperiatur prius esse redacta in Actis Iudicis.

Neq; Possessio Tedialis prætextu Citationis censeatur esse data contra Hæredem, nec Minorem, nec Aliam Personā, nec Vniuersitatē, Quibus non datur Bannū, nisi Relatio seruitoris reperiatur prius esse redacta in Actis Iudicis.

Nec aliter valeāt Bannū, Cōtumacia, nec Possessio Tedialis.

Quod certa Banna possint cassari, si placuerit Actori.

Cap. xvj.

BANNVM Ciuile, & Bannum Fideiussorium, & Bannum Fugæ, siue suspectæ Personæ, possint cassari, si placuerit Actori, vel suis Hæredibus.

Isti Banniti de Fideiussoria, non propterea sunt ꝓhibiti Testimoniū perhibere, vide in Statuto vl°. præsentis Rubrice, quod incipit BANNITI.

QVOD PRO EODEM DEBITO, PLVRA BANNA NON DENTVR.

CAP. xvij.

NVLLVS, qui decætero habebit Debitorem suum in Banno, in quo fuerit præteritus, donec in eo fuerit, faciat pro eodem Debito, aliud Bannum ei dari per Requisitionem, siue per Terminum collocatum.

Pro Condemnatione verò, quæ postea fiat per Iusdicentem, occasione illius debiti, possit, eidem vnum aliud Bannum tantùm dari facere per illam Condemnationem.

Et donec in eo fuerit, non possit aliud Bannum, ea occasione, dari facere.

Et qui contrafecerit, eum sine expensa de Banno eximi facere, teneatur.

Bānitus an debeat audiri sup accusatione, an Bānū cpta Bar. in. l. vtam? col. vi°. ff. de Fideiuss. vbi, Alex. in addit. post Ang. & latè Imo. in pe. col. vbi declarāt hoc Statutū, & Alber. in. 4 parte Statut. in. 3. q. Nell. in Tract. Bānitorū in p°. parte. 2. q. 59. Bānitus propter Cōtumaciam non dicitur Bannitus de Maleficio, vt cōprehendatur in Statuto de Bannitis. Bal. Alex. & alii in. L. si mora. ff. sol. Matr. Secus si esset Bannitus propter delictum, vt per Bart. in. L. Omne delictum. ff. de re mil. Bal. in. L. vlt. de Crimin. Stellionatus.

Sententia pro Bannito lata, an valeat Ias. ps°. 167. & seq. lib 2°.

Quòd nō Iuretur de Calumnia. infra cap. 66.

QVOD IN QVALIBET. fo. 25, à Frōte.

QVOD BANNITI DE MALEFICIO, NON ADMITTANTVR AD PETITIONEM SVI IVRIS, NEC AD TESTIMONIVM.

CAP. xviij.

BANNITI de Maleficio non admittantur ad Petitionem sui Iuris, nec ad aliquod Testimonium reddendum.

Banniti verò de Maleficio, & Fideiussoria, perhibere Testimonium possint, nisi aliàs prohibeantur à Iure.

RVBRICA GENERALIS DE IVDICIIS.

DE ORDINE PROCEDENDI IN CAVSSIS CIVILIBVS.

CAP. xix.

STATVITVR pro minori Litigātium Dispendio, & eorum Commodo, & ad Cautelas, & Fraudes Malignantium refrenandas, & vt vnicuiq; Iusticiæ Debitum ministretur,

Quòd Omnes, & singulæ Lites, Quæstiones, Caussæ, & Controuersiæ Ciuiles, seu, quæ Ciuilitèr agitentur, & de cætero moueri contigerint coram quocunque Iusdicente, Magistratu, vel Assessore sæculari, Ordinario, vel Delegato Ciuitatis, & totius Districtus Cōmunis Mediolani per. & intèr quascunque Personas sæculares, Communia, Collegia, Consortia, vel Vniuersitates, vel intèr aliquam singularem Personam, & Communitatem, vel Vniuersitatem, & vt suprà, quouis modo, & ex quauis Caussa, cognoscantur, decidantur, & fine debito, Terminentur, iuridicè, & seruatis Statutis Communis Mediolani, & reiectis Cauillationibus, & friuolis Exceptionibus quibuscunque, per illum Iusdicentem, Ordinarium, vel Delegatum, Magistratum, vel Assessorem, coram quo ipsa Lis, Quęstio, vel Caussa, vel Controuersia mota fuerit.

Et hoc infrà Terminos, supèr hoc inferiùs limitatos, & declaratos.

Intelligitur tamèn si Pars petat Caussam, expediri, vt per Ias. in L. properandum, in princ. in. 3ª. col C. de Iudic.

Sub pęna, Iusdicenti, Ordinario, vel Delegato, Magistratui, vel Assessori, coràm quo Lis, Quæstio, Caussa, vel Controuersia agitabitur, Omittenti ipsam Quæstionem, Litem, Caussam, seu Controuersiam TERMINARE infrà Terminos inferiùs limitatos, & similitèr cuilibet Commissario, & Consultori Omittenti DARE CONSILIVM suum in Scriptis infrà Terminos inferiùs Limitatos, Librarum centum sexaginta Imperialium, Ducali Cameræ applicandarum, & reficiendi Expensas Litis, vtriq; Parti.

Hæc pęna nùnc est centū Aureorum, vt in Const. sub titulo. DE IVDICIIS, §. SED OMNES. fol. 35. à tergo.

De eodem.

Cap. xxj.

An Instantia de qua in hoc Statuto, procedat in Caussis Fisci, Aret. cons. 109. ad fin.

TERMINI cognoscendi, & Terminandi ipsas Lites, Quæstiones, Caussas, Controuersias, & in eis procedendi hoc Ordine, Limitentur, & Limitari esse intelligantur.

Ad Disposita per ista Statuta, & sequentia, sub Rubrica de Iudiciis per totum, Vide omnino Cōst. sub. d. tit°. de IVDIC. vbi plurima dicuntur, sinè quibus hàc Materiā perfectè nunq̄ scire poteris.

Circà Computationem Dierum vtilium, Vide infrà, cap. 25. CAVSSAE, fol. 9. à tergo, ad fin. & in Nouiss. cap. 204 STATVTVM, folio. 65. à tergo.

Instantia Statutaria succedit loco Instantiæ Iuris Communis, & an possit prorogari, vel suspendi, Alex. cons. 42. In Caussa, col. pª. lib. 3º. & cons. 24. ad fi. lib. 4. Ias. in. L. properandum in fi. in. 4. col. C. de Iudic.

Videlicèt, quòd Instantia Caussæ Principalis ordinariæ, non duret, nec durare possit, nec debeat, vltrà Tempus, & Spacium quadraginta Dierum vtilium, à Die Litis inceptæ, computandorum.

Quæ incepta intelligatur, Petitione porrecta, & in Actis dimissa, & Parti legitimè notificata, vbi per viam Libelli, vel Petitionis proceditur,

Qui Libellus, vel Petitio qualiscunque sit, dummodò sit Tolerabilis, admittatur, & admissa esse intelligatur, Ipso Iure.

Et Tolerabilis esse intelligatur, si contineat Personam Actoris, & Rei, Quantitatem, Rem, seu Ius, quæ petuntur, & Caussam Petitionis.

Et, à Die Cõtradictionis, seu Comparitionis, Oppositionis, seu Querelæ notificatæ Parti, vbi per viam Contradictionis, Comparitionis, Oppositionis, seu Querelæ proceditur.

De eodem.

Cap. xxij.

TERMINI Deliberandi, & Respondendi Petitioni, & Probandi, & Reprobandi, & alia Faciendi in Litibus, Quæstionibus, Caussis, & Controuersiis antedictis, diuidantur, & Ordine congruo limitentur, vt infrà.

Et nè Productiones Iurium, & Probationes cautelosæ, & in fraudem, vsquè propè finem Litis differantur,

Statuitur, quod statim, Petitione porrecta, & in Actis dimissa, in Caussa Principali, & Parti notificata, vt suprà,

Statutus sit, & esse intelligatur, Ipso Iure, Terminus vnius Diei vtilis, immediatè sequentis, REO, deliberandi, & respondendi dictæ Petitioni.

Ista verba declarat, Alex. cons. 100. col. pª. & seq. lib. 5. & Stantibus istis verbis, non potest Libellus emendari, vt tradit Bal. Relat. per Fel. in cap. 20. col. 11. vers. fallit Nono, de libel. obl. Et dicit Paul. cons. 17. In Caussa, col. 3ª. vers. Nunc restat in Antiquis, quod stante isto Statuto, nulla Exceptio impedire potest Litis Contestationem, Et dictum Consilium habetur in Nouiss. cons. 257. in. 2ª. parte.

Quo Termino elapso, siuè Reus responderit, siuè non, habeatur Lis pro contestata.

Et elapso dicto Termino vnius Diei vtilis, vel Contradictione legitimè facta, vbi per viam Contradictionis, Comparitionis,

Comparitionis, vel Querelæ proceditur, statim Statutus sit, & esse intelligatur, vtriq; Parti, videlicet, Actori, & Reo, Terminus quindecim dierum vtilium excipiendi, opponendi, petendi, & probandi per omne genus Probationum, ac producendi, & ostendendi quicquid dictæ Partes, & quælibet earum voluerit in dicta Caussa.

Ipsoq; Termino elapso, statim, quæcunq; Agitata, Producta, & Ostensa in dicto Termino probatorio, intelligantur, & sint, Ipso Iure, publicata.

Ita, q. de eis fiat Copia, si fuerit Requisita.

QVOD EXCEPTIONES SINT SALVAE IN FINE LITIS.

CAP. xxiij.

STATVITVR quoq;, q. omnes Exceptiones, Replicationes, & Triplicationes Dilatoriæ, Declinatoriæ, Peremptoriæ, & cæteræ cuiuscunq; generis sint, de quibus non sit Cognitum, & Decisum inter Partes,

Sint Saluæ, vtriq; Parti, in Fine Litis, tempore Disputationis, ne ob hoc, Processus Caussæ, differatur.

Quę quidem Exceptiones Dilatorię, & Declinatoriæ, & similes, reiectæ intelligantur, Si de ipsis, in Sententia, vel Arbitrijs, vel Arbitramentis, vel in Pronunciatione ferenda, facta Mentio non fuerit.

Et intelligatur Cognitum, & Decisum per Sententiam, quæ in Rem transiuit Iudicatam, vel aliàs Emolegatam per Partes, vel per Arbitramenta, quæ in Rem transiuerint Iudicatam, vel alias per Partes Emolegata.

Et intelligātur Arbitramēta transiuisse in Rem Iudicatam, quando de eis de Iure, vel ex Forma præsentium Statutorum, peti non potest Reuisio, vel per Iuramentum delatum à Parte Parti, & pręstitum, vel habitum pro Relato, & exinde per Partem Iurato coràm Iudice, vel Arbitro, vel

Circa Istas Productiones Iu..um, quo tēpore fieri debeāt, Vide in Notulis. cap. 184. SI CONTINGAT. folio. 59. à Tergo.

De scripturis semel exhibitis, iterum exhibendis infra. cap. 35. QVAELIBET. fo. 12. à Tergo

Istud Statutum videtur concordare cum C. p°. de Litis Contestatione, lib. 6. & declarat Bar. in. L. cū querebatur in prin. ṽs. vl°. aduerte Iud. sol.

Et, q. Iudex debeat Exceptiones reseruare. Bar in. L. ille, à quo. §. p°. in fi. ff. ad Trebel. vbi Alex. col. p°. & Fel. in. c. cùm cōtingat, col. fi. de Off. Deleg.

Et quòd istud Statutū nō pcedat qñ opponit Exceptio Incōpetētię Iudicis. Abb. in Terminis. ꝯs. 14. lib. 1. post Bal. in. l. Exceptionē. col. fi. ṽs. sed pone Statu. C. de Probat. Aret. ꝯs°. 73. col. 5. ṽs. p°. quidē cum his, quæ latè tradit. Fel. in c. ex Parte. 2°. col. 6. In. 18. Limitatione de Off. Deleg.

Et an istud Statutum procedat quādo exceptio est notoria, vel quādo Exciptiēs offert se incōtinenti pbare Fel. in. c. ex parte. col. fi. in p°. & 2°. fal. de Testib. Ias. in. L. nā Et postea ad fi. prin. de Iu. Iu. post Aret. ꝯs°. 98. & Abb. ꝯs°. 44. col. vltim. lib. p°.

An hoc Statutū cōprehēdat Exceptiones, quę Litis Ingressum Impediūt, vt est Transactio, Fel. in. c. sicut, col. p°. de Re Iud.

Arbitratore, vel Cõsultore, vel per Transactionem iuratã.

DE EODEM.

CAP. xxiiij.

De Noua Iurium Productione, in Nouiss. cap. 184 SI CONTINGAT, fol. 59. à Tergo.

POST Terminum, Actori, & Reo Statutum, vt supra, immediatè, Statutus sit, & esse intelligatur, vtriq; Parti, Terminus decem Dierum Vtilium, reprobandi, & impugnandi quæcunq; Producta, Probata, & Ostensa in dicto Termino Probatorio.

Et, si Aliqua Partium, in ipso Termino Reprobatorio produxerit Articulos, vel Capitula tendentia ad reprobandũ Probata, vel Producta per alteram Partem in primo Termino Probatorio, tunc liceat illi Parti, contra quam Producti fuerint, & Cuilibet alteri, cuius intersit, coadiuuare, & corroborare per legitimas Probationes, Probata, & Producta in dicto primo Termino.

Quo termino Reprobatorio elapso, quæcunq; Agitata, Producta, & Ostẽsa in ipso Termino, intelligantur, & sint, Ipso Iure, & Facto, Publicata, & de eis, fiat Copia, vt supra.

Omissio Publicationis, nõ reddit Sentẽtiam nullã, Anch. cõs°. 53, Omissio.

Et totus Processus, vtriusq; partis, intelligatur, & sit publicatus.

Et prædicta omnia in præsenti Statuto de Iudicijs Comprehensa, habeant etiam Locum in Caussis Ordinarijs, quę per Literas Ducales fiunt summariæ.

Quãdo Instãcia currat in Caussis summariis, vbi Lis nõ contestatur, Statutum non disponit, sed. Quando incipiat Instãtia in Caussa literarum, vide in Nouiss. cap. 191. INSTANTIA. in fo. 61. à Tergo.

Item in Sũmariis, Testes publicati sunt, Ipso Iure, Lapsis tẽporibus Probationũ debitè referẽdo, & in Nouissi. cap. 194. TESTES. fo. 62. à Fronte.

DE EODEM.

CAP. xxv.

CAVSSAE autem, quæ de sui Natura, vel Forma Statutorum Communis Mediolani, vel Decretorum Ducalium, sunt summariæ, habeant, & habere intelligantur, Terminum, & Instantiam quadraginta Dierũ Vtilium, quorũ, Ipso Iure, & Facto, à die Litis contestatę, vel habitę, pro cõtestata, intelligantur Actori assignati decẽ Dies vtiles, ad

petendum, excipiendum, opponendum, & probandum per omne genus Probationum, Et ad Producendũ, & ad Ostẽdendum quicquid voluerit in dicta Caussa summaria.

Quo Termino elapso, intelligatur etiam, Ipso Iure, & Facto Statutus esse Reo Terminus aliorum similium decẽ Dierum Vtilium ad Probandum, & Impugnandum, & probatum habendum quicquid voluerit per omne genus Probationis, & prout in proximo Termino Actoris, dictum est, & Isto Termino elapso, intelligatur, Ipso Iure, & Facto esse vtriq; Parti Statutus Communis Terminus aliorum similium decem Dierum Vtilium ad reprobandum, & impugnandum, coadiuuandum quæcunq; producta, probata, & ostensa in dictis Terminis, vel Altero eorum per ipsas partes, vel Alteram ipsarum partium.

Et Omnes dies intelligantur Vtiles in prædictis Caussis summariis, quæ de sui Natura, vel Forma Statutorum Cõmunis Mediolani, vel Decretorum Ducalium sunt Summariæ, nisi sint Dies Feriati ex Forma præsentium Statutorum, in Honorem Dei, vel Sanctorum, vel sint Feriæ repentinæ.

Quæ intelligantur, si de Mandato Principis fiant.

Tradit Ias. post alios in. L. properandum in p'in. in. 6. not. C. de Iudic. Socy. ?s°. 55. col. 2°. lib. p°. vbi attestatur de cõmmuni.

Sententia lata extra tempus, de quo in hoc Statuto, nõ valet, vt in Terminis Statuti, Consuluit, Abb. ?s. 16. col. pe. lib. 2.

Omnes dies intelligantur Vtiles, vide in Nouiss. Cap. 202. IN CAVSSIS. fol. 65. à Fronte, & §. ITEM LICET. à Tergo.

Declaratio huius Statuti, Quę habetur in Nouiss. cap. 204. STATVTVM. fol. 65. à Tergo. Videlicet.

Statuitur, quòd quando semel tantũm in Die Ius redditur, Duo Dies Vtiles, cõputentur pro vno Die Vtili, exceptis Caussis comprehensis in Statuto, quod incipit, Dominus Potestas, & quilibet exercẽs Iurisdictionem, &c. infra, cap. 49. fol. 18. à Tergo.

Et Caussis Cridarũ, Quæ fiunt pro Bonis Immobilibus Vendendis, & Caussis Cõpromissorũ, in quibus, Quęlibet Dies, habeatur pro Die Vtili Integra, Exceptis Feriis Introducti in Honorem Dei, & Sanctorum.

DE EODEM.

CAP. XXVI.

POSSIT tamen Iudex in Caussis summariis, vt supra, inspecta qualitate Personarum, & Caussę, dictos Terminos, & Dilationes, abbreuiare, à qua Abbreuiatione, per aliquam ipsarum Partiũ, appellari, querelari, grauari, nec de Nullitate dici, neq; Consiliũ Sapientis peti, aliquo modo, possit.

DE EODEM.

CAP. XXVII.

DEINDE Iusdicens Magistratus, vel Assessor Ordi-

narius, vel etiam Delegatus, Coràm quo, Caussa, Lis, Questio, vel Controuersia vertetur, teneatur, & debeat.

Petita Commissione, nõ currunt Tempora, Vide in Nouiis. cap. 99. IN CASIBVS, fol. 34. à Tergo.

Infra duos Dies Vtiles immediatè sequentes ipsa Tempora Probatoria, & Reprobatoria, ad requisitionem dictarum Partium, vel alterius earum,

Circa Commissiones faciendas Partium Confidenti, Vide in Cõstitut. folio. 36. à Tergo. IIS PERACTIS.

Committere ipsam Litem, Questionem, Caussam, seu Controuersiam vni Iurisperito, de Confidentibus vtriusq; Partis, eligendo, vel vnius Partis, in Contumaciam alterius.

Quid si post istos Duos Dies Partes litigant spõtè coràm Ordinario? an videtur renunciasse Cons°. Sapiẽt. Ang. ps°. 12. col. 4. vi. 2°. est obiectum, Ampl. etiam hoc procedit in Illis Caussis, in quibus ex forma Statuti proceditur Summariè Secund. Alex. ps°. 175. pspectis, col. fi. circa medium, lib. 5. & tunc põt fieri omnia coràm Consultore, Quę possunt fieri coràm Ordinario, vt infra, cap. 56. IN QVALIBET CAVSSA SVB, RVBRICA DE SAPIENTIBVS DANDIS. fol. 21. à Fronte, Et in principio folii,

Possit tamen Consentientibus Partibus, Commissio fieri, Durantibus dictis Terminis.

Et, q deinceps, dentur solummodò Confidentes, & non suspecti, in qualibet Caussa, residentes in Ciuitate, & in Collegio Dominorum Iurisperitorum Mediolani.

Et petito ipso Consilio Sapientis, Iusdicens, Magistratus, vel Assessor, non possit sine ipso Consilio Sapientis Sententiam Diffinitiuam proferre in Caussa Principali, Aliter Sententia, Ipso Iure, fit nulla.

Et, q Statut. requirens Cons. Sapient. censeatur pro Forma. Fel. in. c. cũ Dilecta, col. 9. de rescriptis.

Quo verò ad Consilium Sapientis, circa Interlocutorias, & modum procedendi, seruetur Statutum de Sapientibus Dandis, exceptis Caussis, in quibus sublatum est Consilium Sapientis per Statuta Communis Mediolani, vel Decreta Ducalia,

DE EODEM.

CAP. xxviij.

QVI Commissarius ipsam Commissionem, omnibus Iuris remediis, statim acceptare, cogatur.

Vt Commissarius Iuret, Vide Constitut. fol. 36. à Terg. §. QVI COMMISSARIVS.

Nec possit assumi vltrà dictum Commissarium, nec sibi dari debeat aliquis alius Socius ad examinãdum dictam Questionem, nec Consulendum super ea, nisi fuerit de ambarũ Partium voluntate, ne Partes, vltrà Debitum, vexentur laboribus, & expensis.

De eodem.

Cap. xxix.

POSTEA verò, dictæ Partes, Statim cōpareant coram dicto Commissario, & sibi deferant, seu deferri faciant Processus, & omnia Acta agitata, & producta in Lite, & Caussa prædicta, intra Dies quatuor, post factam Commissionē. Quibus visis, & diligenter examinatis, per dictum Commissarium, & auditis Allegationibus, quæ corā eo fieri voluerint per Partes, & earum Aduocatos, quæ non excedant duas pro singula Parte, teneatur, & debeat dictus Commissarius præsentare, vel præsentari facere Consilium suū in scriptis, eius manu propria subscriptum, super Quęstione sibi cōmissa, ad Banchum dicti Iusdicētis, Magistratus, vel Assessoris, vt supra, coram quo, Quęstio prædicta vertetur, ante finem dicti Termini quadraginta Dierū Vtiliū, De qua Pręsentatione, fiat subscriptio in dicto Cōsilio, manu Notarij Caussę, per Quē, & qua Die, pręsentatū fuerit. Ita, quòd dictus Iusdicens, Magistratus, vel Assessor iuxtà formam dicti Consilij, possit, teneatur, ac debeat suam Diffinitiuam Sententiam, proferre, & publicare, super Quęstione prædicta, intrà Terminum prædictum,

Quę Pronunciatio, & Publicatio, facta esse intelligatur, Ipso Iure, si Iudex Caussæ omisserit, vel neglexerit proferre, & publicare, vt supra, & intelligatur omisisse, vel neglexisse, præsentato dicto Consilio, si Sententia lata non fuerit, ea hora, qua præsentatum fuerit Consilium.

Intra decem Dies deferēdę sunt Scripturę, Vide Cōstitut. folio. 36. §. HVIC CONFIDENTI.

Est magna Præposteratio Trāsmittere Perēptionum ante Citationem ad Allegandum. P. 78°. 30. col. 3. in Antiquis.

Vide Infra, capitulo. 137. ITEM, QVOD OMNES, folio. 49. à Fronte.

Sententię, & Consilia proferantur, & dentur Clarè, Vide Constitut. fo. 37. OMNES IVS DICENTES.

Quid seruandum in examinādis Test. extra Territorium, Vide ibi, ET QVIA.

De eodem.

Cap. xxx.

ET prædicta, etiam habeant locum, & obseruentur in quibuscunq; Caussis Delegatis, & in Caussis Compromissorum, in quibus electus fuerit Consultor Confidens Partium, vel vnius in Contumaciam alterius.

Quo in casu, præsentato Consilio Consultoris, ipsi Delegato, vel ipsis Arbitris, vel coràm Notario Caussę, vel coram Notario Caussæ, vel coràm Ordinario, Citatis tamen ipsis Delegatis, vel Arbitris, vel Arbitratoribus, Sententia, & Arbitramenta habeantur pro pronunciatis, & factis, modo, & forma, vt suprà, debitè referendo.

Declara. vt per Statutũ in Nouis. capite. 204. §. ITEM AD CLARIOREM, folio. 66. à Tergo.

Et Notarius ipsius Ordinarii non possit pro tali Præsentatione, & Expletione ipsius Præsentationis accipere, vltrà Soldos decem Imperialium, pro singula vice.

DE EODEM.

CAP. XXXI.

POSSIT tamen dictus Iusdicens, Magistratus, vel Assessor dictam Quęstionem cognoscere, decidere, & terminare intrà dictũ Terminũ, per se tantũ, & absq; aliquo Cõmissario eligendo, si fuerit de Partium voluntate expressa.

Vide infra, LATA SENTENTIA, cap. 129. fol. 47. à Fronte.

Et, q̃ dictus Iusdicens nullum possit, nec debeat recipere Salarium, seu Emolumentum, sub pœna quadrupli, de qua possit, & debeat Syndicari, etiam durante Officio.

Vide Constitut. fo°. 37. §. POSSINT.

Quæ pœna applicetur pro medietate Parti, & altera Cameræ Ducali.

QVOD ORDINES PRAEDICTI, POSITI SVB RVBRICA PRAESENTI GENERALI DE IVDICIIS, NON HABEANT LOCVM IN INFRASCRIPTIS CAVSSIS, ET CASIBVS.

CAP. XXXII.

ORDINES positi in præsenti Rubrica generali de Iudicijs, & disposita in eis, nisi fuerint de Partium voluntate, non vendicent sibi locum in Quæstionibus Datiorum, sed in eis pacta Datiorum, & Ordines Ducales, necnon Statuta super ipsis ædita, obseruentur.

Ex isto Statuto, an videantur Forenses excludi ab Istis Ordinibus, Vide Brun. 29°. 20. col. 2.

De Instantia Literarum Ducaliũ, Vide in Nouis, capite. 91. INSTANTIA CAVSSAE, fol. 51. à Tergo.

Nec etiam in Caussis, Quęstionibus, seu Controuersiis motis, vel mouendis, occasione Exclamationum, quę fiãt pro Bonis vendendis ad Cridas, vel accipiendis in Solutum, sed in ipsis seruentur Prouisiones super iis specialiter ędite, & Termini Statuti in eis.

Nec etiam in Caussis Mercatorum, quæ vertuntur coràm Consulibus Mercatorum inter Mercatores, & ex Caussa Mercantiæ, sed in ipsis seruentur Statuta ipsorum Mercatorum.

Nec etiam in Compromissis factis per Partes, vel ex forma præsentium Statutorum.

Nec etiam in Caussis agitandis coràm Magistris Ducalium intratarum ordinariarum, vel extraordinariarum.

Nec etiam coràm Senatoribus Ducalibus Secreti, vel Iusticiæ.

Nec aliquibus ex eis Senatoribus, ipsis Senatoribus Commissis, vel committendis per Illustrissimum Principem nostrum, Immo ipsę Caussæ nullam habeant Instantiam.

In quibus Instãtia Durat. Diebus. 20. Vtilibus, vt in Statuto Mercat. q incipit, ITEM QVIA DECRETVM.
Item in Nouis. Constitut. fo. 104. à Fronte. §. CAVSSAE, de Offic. Abb. & Cons. Merca. Medio. sub capite. 68. ABBATVM.
Vide Infra, Capi. 113. SI DE CAETERO. folio. 41. vs. 9. ET FACTO COMPROMISSO, qui cadit in fol. 42. a Tergo.

QVANDO MOVETVR LIS, VEL CAVSSA CONTRA ABSENTEM.

CAP. xxxiij.

SI de cætero contingat aliquam Litem, Quæstionem, Caussam, seu Controuersiam moueri contra Absentem, extrà Territoriũ Ciuitatis Mediolani, Iusdicẽs teneatur dare, & assignare tali Absenti, vt suprà, Citato, vel Citando, facta prius fide summatim, prout Iusdicẽti videbitur de tali Absentia Terminum competentem ad Comparendum, per se, vel legitimũ Procuratorem, videlicet, ad Computum vnius Diei, pro singulis viginti Miliaribus, pro eundo, & totidem redeundo, & vltra Arbitrio Iudicis, dummodò ipsum Arbitrium non excedat Terminũ vnius mensis continui.

Quo Termino elapso, & nõ ante, incipiãt currere tpa p̃dicta

Forensis an possit Citari hoc modo, Brun. ps°. 20. col. 1. & 2.

Vide Constitut. folio. 39. VBI CONTINGAT. à Frõte sub cap. 24. NE LITES.

Vide Constitut. no. fol. 34. & 35. à Frõte, & a tergo sub cap. 23. ET SI IVRE.

De Curatore dando ad litem.

Cap. xxxiiij.

Officium hoc, An sit Voluntarium, Aret. ꝯs°. 29. Col. 3. ꝟs. his Tamen.
An Detur Bonis, An Liti, quando Debitor est Absens, Fulg. ꝯs. 114. & Sequent.
Ad Dationē Cur. Furiosi, quæ requirantur De Iure Communi, Alex. ꝯs°. 66. per totum, lib. 2. Anch. ꝯs°. 314. Vbi habes cur⁹ authoritate dec. Impuberi, etiam de Iure, Cōm. An detur Cur. Iste etiam ad Cōtract. Alex. 122. Videtur, per totum. lib. p°.
An Aequiparētur hę omnes Personæ, Prodigis? Et quibus Bonis est interdictum. l. si Cur. Habens, Vbi gl. declarat c. de in Integr. restit. Bar. in .L. Imper. de Re Iud.
Bona huius Cur. an Sint Tacitè obligata Minori, Sicut Bona Tut. & Cur. General. Ias. in. l. Properan. §. fi. In. 4. no. per illū Tex. c. de Iud.

SI deinceps contingat vllam Litem, Quæstionem, Caussam, seu Controuersiam moueri alicui Pupillo, vel Minori, Furioso, vel Mentecapto, aut simili Personæ, Tutore, vel Curatore Carēti, ne talis Persona remaneat Indefensa, nec Ius suum pereat propter Carentiam legitimi Defensoris, teneatur, & debeat agere Volens contra Aliquē ex prædictis, Prius Citari, & moneri facere aliquos ex Proximioribus eius Agnatis, vel Attinētibus, & qui erunt præsentes. Et, si non adessent aliqui ex Proximioribus, aliquos ex Amicis, & Vicinis eiusdem, & vna cum eis, vel saltim, eis pręsentibus, aut legitimè Citatis, Instare, & Requirere corā Iudice cōpetente, ꝙ ei cōtrà quem ipsam Litē mouere voluerit, detur, & decernatur per dictum Iudicem Curator idoneus, secundum Condictionem Personæ, cui decernēdus erit specialis ad Litem prædictam, cum quo possit Iudicium inchoari, & qui Iura illius, cui dabitur, defendere debeat.

Qui Iudex teneatur intrà Dies decem continuos, à die Requisitionis sibi factæ, computandos, prouidere eidem, vt suprà, de idoneo Curatore, vt suprà.

Et dictis, vt suprà, Citandus, Recusantibus, vel negligentibus Curam specialem acceptare, Iusdicens ipse possit curam ipsam specialem, ex Officio suo, decernere Extraneo, prout sibi videbitur.

Quo autem ad Tutelam, vel Curam generalem, seruentur disposita ex forma Decreti Ducalis, ęditi anno. M. cccc. Lv. die. xxiiij. Mensis Nouembris.

De Instrumentis, et Scripturis semel productis, iterum exhibendis.

Cap. xxxv.

De exib. Instrumentis, & aliis, vide infra capite, 78. ET TRIBVS Seq. fol. 28, à frōte, & à terg.

QVAELIBET Partium, quæ in Iudicio produxerit

aliqua Instrumenta, Acta, vel Scripturas, teneatur, & debeat, non obstante Productione semel facta, quandocunq; ad Instantiam Partis, & cuius intersit, ea, vel eas reprobare volentis, & Iurantis per se, vel Procuratorem suum specialem, vel generalem, se non Dolo, nec Calumniȩ Caussa hæc petere, ipsa Instrumenta, Acta, vel Scripturas, quibus aliàs vsa fuerit, iterum, & Denuò, ostendere, vel exhibere, & Copiam offerre cum effectu, & ad hoc cogatur, & cogi possit per quemcunq; Iusdicentem omnibus Iuris remediis, etiam per Personalem Detentionem, etiam non obstante Statuto de Sapientibus dandis.

An Aduersarius pos. Vti Instrumentis productis, etiam in Parte, Vide infra Capi. 519. SI INSTRVMENTVM, fol. 20. à Fronte.

Vide, Lud. ps°. 51. Vbi, allegat, Caussa. l. fi. de fid. Instr,

Vide Constitut. fo. 39. §. SI QVIS. à frōte sub cap. 24. NE LITES.

Potest Iudex Eam cogere Captis Pignoribus, & Mulcta Indicta, etiam p Personæ Detentionem, Secundū, Bal. in. l. Vnica. col. 2. in. 5. q. C. de lit. Contest. Inno. & Alij relati, per Ias. in. l. 1. §. fi. in p°. no. ff. de ęden. Vide Inno. in. cap. 61. Perpetuus, ad fi. de fi. Instr. & hoc vidi praticari.

Vide Statut. de Relationibus, Cap. 203. QVILIBET, fol. 69. à Fronte.

DE ACTIS PORTANDIS EXTENSIS.

CAP. XXXVJ.

FACTA coràm Iusdicente, tàm Ordinario, q̄ Delegato, vel alio Iudice, seu Arbitro, vel Arbitratore, aut Consultore, Memoria alicuius Contradictionis, Petitionis, Replicationis, Productionis, seu cuiuslibet alterius Actus in Ciuili, possit ille, ad cuius Instantiā facta fuerit, vel Procuratoris sui, dictam Memoriam extensam portare coràm eo Iusdicente, vt supra, quandocunq; voluerit, durante Instantia Caussæ in qua facta fuerit memoria, nisi prius fuerit sibi Statutus Terminus per Iudicem in Actis, ad ipsum Actum portandum extensum, & sequuta fuerit Contumacia, vel nisi emanata fuerit Citatio illi, qui Actum ipsum per Memoriam fecerit, ad ipsum portandum extensum, cuius Citationis Terminus non sit minor duobus Diebus vtilibus, & accusata fuerit Contumacia in Termino dictę Citationis contrà talem non Portantem ipsum Actum extensum.

Quibus casibus, vel altero eorum non possit postea amplius talis Memoria portari extensa.

Et, si portata fuerit, non valeat. Notarii autem teneantur scribere apud Memorias, tempus, quo Acta portabuntur extensa, sine alia Solutione.

QVOD ACTA CAVSSAE HABEANTVR PRO PRODVCTIS.

CAP. xxxvij.

Vide Infra Capite. 131. POSTQVAM STATIM, folio. 47. à Tergo.

ACTA verò cuiuslibet Caussæ habeantur, Ipso Iure, pro productis in illa Caussa, in qua fuerint agitata, & quod etiam Acta facta in Caussa principali, etiam Sententia, intelligatur producta, Ipso Iure, in Caussa Appellationis, & eodem modo, in Caussa querelæ, Nullitatis, & cuiuslibet Grauaminis, & etiam Acta, & Actitata in Caussa principali, & primæ Appellationis, Ipso Iure, pro productis habeantur in illa Appellatione, & eodem modo in Caussa cuiuslibet legitimę Appellationis.

Iud. pręsumitur vidisse nō tantùm Iura Partium, sed etiam earum exceptiones, Perus. In. c. ex parte. M. col. pen. de Appell. An. Quilibet teneatur respondere, cui Foro immediatè sit subiectus, & eligere Domicilium, Vide infra, cap. 77. QVILIBET. fol. 27. à terg. Et, capite. 171. NON CONCEDATVR fol. 58. à Tergo.

Et Acta facta in Caussa cuiuslibet Compromissi, Ipso Iure, habeantur pro productis in Caussa Reuisionis, & eodem modo, Acta facta in Caussa cuiuslibet Reuisionis, & etiam Arbitramēta, vna cum Actitatis in prima Caussa Compromissi, Ipso Iure, habeantur pro productis in Caussa cuiuslibet Appellationis succedaneæ.

DE ELECTIONE HABITACVLI FACIENDA PER ILLOS, QVI HABITANT EXTRÀ CORPORA SANCTORVM MEDIOLANI.

CAP. xxxviij.

Denunciantes, & faciētes Oblatio, tenētur eligere Habitaculum, Vide in Nouis, cap. 158. QVILIBET NON HABITANS, folio 63. à Fronte.
Vide infra, cap. 77. QVILIBET IN IVDICIO, fol. 27. à Tergo, Et capite. 171. NON CONCEDATVR fol. 58. à Tergo.

OMNES, & singuli Habitantes, & qui per tempora habitabunt extrà Corpora Sanctorū Mediolani, Volentes Caussari in Mediolano, vel aliqua Præcepta Exequutiua, vel Sequestra impetrare ab aliqbus Iusdicētibus Mediolani, teneant' prius in Actis Iudicis, vel Magistrat', sub quo Caussari voluerint, vel Sequestra, vel Pręcepta impetrare,

eligere Habitaculum in presenti Ciuitate Mediolani, vel intrà Redefossa eiusdem, vbi possint, & valeant Citari, & requiri, ad Instantiam Aduersarii, vel Aduersariorum suorum.

De qua electione, fiat mentio in Petitione, vel ipsis Praeceptis, aut Citationibus primitus transmittendis.

Aliter Processus non valeat.

Alex. cons. 64. Et si Celeberrimè, in princip. lib. 3.

Idem habeat locum in Habitantibus extrà Terras, Oppida, vel Loca Ducatus Ciuitatis Mediolani volentibus Caussari, vt suprà contrà inibi Habitantes, vel Suppositos ipsi Iurisdictioni, vel Praecepta impetrare, vt suprà, a Iusdicentibus suis.

Idem habeat locum In Reo Comparente ad contradicendũ, opponendum, vel reconueniendum.

Idem etiam in Tertio comparente, ratione sui Iuris, vt supra.

Saluò, si Reus ipse, vel Tertius, per Procuratorem Habitãtem in Ciuitate, vel Loco, vbi Iudicium agitari contingat, comparere voluerit, & dederit Mandatum solemne, tunc non teneatur eligere Habitaculum, vt suprà.

De hoc est Tex. In Auth. Si tamen, in Medio. c. de Temp. Appella. gl. in c. ex ratione de Appel. Alex. cons. 72. col. 3. lib. 3. vide etiã Bar. cons. 67. in 2a. parte Clementiss. Dei Patris.

QVOD DVRANTE INSTANTIA COMPROMISSI NON CVRRAT TEMPVS INSTANTIAE CAVSSAE PRINCIPALIS, NEC ALTERIVS CAVSSAE.

CAP. XXXIX.

QVOD, facto Compromisso, per Partes, tam voluntario, quàm necessario, vel per Iusdicentem, secundum Formam praesentium Statutorum, & durantibus eius Prorogationibus, non currat Tempus alicuius Instantiae Caussę Principalis, aut Appellationis, Nullitatis, Querelae, Supplicationis, nec alicuius alterius Instantiae, vel Dilationis indultę, siue à quouis Iure, siue ab homine sit, & siue Caussa sit Ciuilis, siue Criminalis, Ciuiliter mota.

Qui possint cogi, Vide infra capite. 114. SI DE CAETERO. fol. 41. à Fronte.

Vide infra capite. 58. IN QVIBVSCVNQVE. fol. 22. in fine, & à Tergo.

QVÒD TEMPVS INSTANTIAE NON CVRRAT IN INFRAscriptis CASIBVS.

CAP. XL.

FACTA Commissione cuiuslibet Caussę, siue per viam Assumptionis Consilij Sapientis, siue per viam cuiuslibet Commissionis, siue per viam Delegationis, siue per viam Compromissi, tàm in Caussa principali, quàm in Caussa cuiuslibet Appellationis, vel Nullitatis, seu Querelę, vel Grauaminis, vel Reuisionis Arbitramentorum, siue cuiuslibet alterius caussæ,

La. Declarat. Dec. In.c. ex Ratione, col. 3. & 4. de Appel. vbi in Penul. col. Tracti. An diligẽtia Appellantis constare debet. Et Tradit Bart. in. l. qui Commeat. ff. de Re mil. De Protogatione, & suspens. Vide in Nouiss. cap. 193. SI CONTINGAT. fol. 59. à Fronte.

Non currat Tempus aliquod, alicuius Instantiæ, nec Terminorum probatoriorum, & reprobatoriorum, nec cucurrisse intelligatur pro eo tempore, quo ille, cui dicta Quęstio fuerit Commissa, vt supra, steterit impeditus, Caussa, vel Facto Illustrissimi Domini Domini nostri Ducis Mediolani, vel Reipublicę, vel steterit infirmus. Saluò, si illud tẽpus impedimenti excederet, vltra Dies triginta cõtinuos. Quo casu, Commissio illa, respectu Partium ipsius Commissarij, sit in fine, nisi fuerit de expresso Partium consensu, possit, & debeat Loco ipsius, alius subrogari, & de tempore impedimenti, & infirmitatis, stetur Iuramẽto ipsius Commissarij, de eius Credulitate, vel vt supra, remota omni Appellatione, Querela, & Reclamatione.

Et in Nouiss. Constitut. in Titul. de Iud. §. ET QVIA SAEPISS. An Statut. c°. modũ procedendi, extendatur ad modum Iudican. Dec. in. l. Et si Pretor. In p°. no. ff. de Off. eius.

Et prædicta non habeant locum in Impedimentis, nec Infirmitatibus Iusdicentium Ordinariorum.

Quòd Caussa, Appell. quindecim Dierum Valium, decidatur super Actitatis tantũ. vide infra cap. 151. SI CONTINGAT, fo. 52. à Fronte.

QVÒD COMMISSIO INTERLOCVTORIA, ELICIATVR EX ACTITATIS, PER PARTES.

CAP. XLI.

COMMISSIO Interlocutoria, eliciatur ex Actitatis per Partes, & nullum extraneũ interferatur in Cõmissione

Interlocutoriæ Quæstionis, & quod Succumbens in totum, in ipsa Interlocutoria, condemnetur in duplicatis Expensis.

De Exequutione Instrumenti, et scripti manu Debitoris facti, vel subscripti.

Cap. xlij.

Si quis, prima Facie, apparuerit aliquid habere debere per Chartam, vel per Scripturam, propria manu Debitoris factam, vel Subscriptam, & verificatam.

Et volens, via præsentis Statuti vti, & eius virtute postulauerit exequutionem Debiti fieri contrà Debitorem, vel Fideiussorem, vel eorum, vel alicuius eorum Hæredem, facta fide summatim, quod sit Hæres, teneatur, & debeat Iusdicens per se, vel alium de eius Mandato, ei, seu eis, in Iudicio, vel extrà cōstitutis, præcipere, vt infrà Dies quindecim Vtiles soluant, & soluisse debeant Creditum, aut probent quicquid velint, per omne genus probationum, quare soluere non teneantur.

Qui Terminus non currat, nisi facta Productione de Instrumento, vel scriptura, de quibus in Præcepto fiet mentio, cum Oblatione Copiæ facta in Actis.

Quo Termino elapso, si Debitor, vel eius Hæres, Testes, vel alia Iura non produxerit, compellatur, omnibus Iuris Remediis, omni Exceptione remota, soluere, & satisfacere Creditori, & Exequutio fiat, sine aliqua Censura, nec Oppositione, nec Statuto de Sapientibus dandis.

Si verò Debitor, vel eius Hæres, Testes, vel aliqua Iura, in dicto Termino produxerit, tali casu, liceat etiā Creditori, infrà decē Dies Vtiles, tunc proximè, & immediatè sequētes, probare, & coadiuuare eius Intentionē, & deducta in Præcepto suo, nec non impugnare contrà eum Producta, vel

De Cōmissione Articuli, vide infrà, capit. 58. IN QVIBVSCVNQVE, fol. 22. à Tergo, & in principio.

Vide infra cap. 96. OMNES, fol. 32. à Tergo.

Et capit. 110. QVOLIBET. fol. 40. à Fronte.

In Caussa Exequutiua, vel sequestr. non Datur Cōsil. Sap. vel Compromissum, Vide capit. 201. STATVITVR. fol. 64. à Fronte, quādo nihil probatum est.

Vide Constitut. folio. 19. à tergo, SI PER APPARENTEM.

Quādo dicatur prima facie, apparere debeē, Socy. cons°. 89. col. 2. in Nouis, vol. 3. & Paul. cons°. 301. col. p°. in Antiquis.

An Requiratur Partis Citatio. Ang. in .l. si Sic. in Princ. de leg. p°. Alex. post Bal. in. l. 53. Si hac. §. Liberos in fine de in Ius vocando.

Quid si appell. à tali Præcepto, Capitulo. 152. SI CONTINGAT. fol. 52. à Fronte.

Et an possit ab Interpretatione appell. Fel. in Cap°. Super q°nīī in prin. col. de Off. deleg.

Quando dicatur probatum, Socy. cons°. 114. col. 3. lib. 2. post Bal. in. L. admonēdi. col. 4. vl. Quomodo quando, de Iur. Iur.

Terminus legis, & Statuti, est Peremptorius, Ita, quod vlterius nil proponi potest. Ita sing. Innocentii In. c. Cūm in Accus. pñt. & pro Sing. Citat. Lanfred. in Rep. c. qm contrà Fals. col. 70. vs. Quæro, vlterius de Prob.

An tamen poterit Partium consensu prorogari, vel suspendi. Alex. in. cons°. 24. ad finem, lib. 4.

Potest Iuramentum deferri à Parte Parti post lapsum quindecim Dierum Vtilium, in Nouiss. sub capit. 201. STATVITVR, folio. 64. à tergo, & in fine. §. Ita tamen.

Et ab eius Sententia appellatur, & cognoscitur, super actitatus, Cap. 152. SI CONTINGAT, fol. 52. à Fronte.

probata per Debitorem, vel eius Hæredem, in quo etiam Termino decem Dierum, possit quoque ipse Debitor, vel eius Hæres per eum Probata, coadiuuare.

Et per Creditorem contrà eum probata, impugnare.

Et super prædictis, & in Caussa ipsa, possit per vtranque, vel alteram Partem, Consilium Sapientis peti, & petitum, Iudex teneatur assumere.

Et, si per Creditorem steterit quominus, is, qui petit Copiam, habeat de Diebus prędictis, non computetur illud tempus Debitori, in prædictis diebus quindecim Vtilibus, quibus steterit per ipsum Creditorem, quominus, ipsa Copia, fiat.

Saluò, q. si quis velit probare per Testes, quos dicat esse extrà Ducatum Mediolani, tunc seruetur, prout in præsentibus Statutis de Testibus, & Iuribus existentibus extra Ducatum, Loquentibus, continetur.

Si verò alter ipsorum Creditoris, vel Debitoris in caussis suprascriptis, vel altera earum Compromissum petierit, seu denunciauerit inter compulsos, ex forma Statutorum Cōmunis Mediolani, illud infra Dies quatuor Vtiles immediatè sequuturos post Productionē Instrumenti, vel Scripturæ, petere, & denunciare teneatur, & eis elapsis, amplius ad Compromissi Petitionem, vel Denunciationem, non admittatur.

Compromissum habetur pro acceptato ex forma Statuti Incipien. COMPROMISSA, vt infra cap. 119. fol. 44. à terg. Et in Nouiss. cap. 204. §. ITEM PRO. fo. 66. à Fronte.

De Iure Communi an videatur acceptare si est pn̄sens, quādo eligitur, vel si est Absens, & quàm primum sciuit se electū, non contradixit, Spec. in prima Parte Tit. de Arb. & Arbitr. §. sequitur. vers. 53. Nunquid Arbitr. sequitur Alex. cons. 81. col. 1. circa med. lib. 5. vel si Aliquam Petitionem admisit, Anch. cons. 261. c°. prin. Alex. cons. 84. c°. fi. vol. 5.

Et facto dicto Compromisso, & per Arbitrum, vel Arbitratorem, seu Arbitros, vel Arbitratores, acceptato, quod acceptari debeat infra quatuor Dies continuos, post factum Compromissum.

Et vbi in dicto Termino non fuerit per ipsos Arbitros, & vt supra, acceptatum, q. tunc, & eo casu, dictum Compromissum pro non facto habeatur, & amplius peti non possit.

Et, si acceptatum fuerit per alterum ex ipsis Arbitratoribus tantum, q. in eum solum, esse intelligatur, per omnes

Partes, Compromissum factum, & Partes ipsæ, nec altera earum, aliud tempus non habeant ad probandum, nec producendum in Caussa ipsius Compromissi, nisi illud, quod, Tempore Petitionis, seu Denunciationis dicti Compromissi, supererat ex dictis diebus vtilibus dictorum Terminorum, saluò, vt supra.

Et, si intra dictum Terminum quindecim Dierum Vtilium, nihil fuerit Productum, vel Probatum, vt supra, fiat Exequutio per Ordinarium, non obstante dicto Comptomisso, nec pendentia eiusdem.

Et, si contingat Sententiam ferri, vel Arbitramenta proferri super dicto Præcepto quindecim Dierum Vtilium, & ab ea appellari, vel ab ipsis Arbitramentis, quòd Pars cōtra quam emanatum fuerit dictum Præceptum quindecim Dierum Vtilium, nihil possit de nouo Probare, nec Producere contrà dictum Præceptum, & contenta in eo.

Vide in Nouiss. cap. 182. SVPER STATVTO. folio 58. à Fronte.

Hoc addito, q per hoc Statutum non excludantur, nec aliqualiter immutentur ea remedia, quibus, ex aliqua lege Municipali, vel aliter celerius Creditoribus, vel quibusuis, spectat, consultum sit, vel consuli possit.

Si verò, satisfacto Creditore, infra triginta Dies Vtiles, à die Solutionis connumerandos, indebite exactam, à se pecuniam, Debitor, seu Indebitum, soluisse probauerit.

Quæ tamen Probatio, breui Termino, nequaquàm obstante, admissa, Ipso Iure censeatur, ad duplum computata sorte de eius, quod indebitè exactum constiterit, Debitori restituendum, Creditor ipse irremissibiliter compellatur, si in eius personam Creditum, aut alium pro eo, causatum sit.

Aliter, ad exactum indebitè, dumtaxat retrodandum, nisi appareat ipsum sciuisse Debitum fuisse solutum,

Quo casu, ad duplum retrodandum teneatur, vt supra, sorte computata.

Hoc etiam intellecto, quòd si infra illud tempus quindecim Dierum Vtilium repertum fuerit Creditum fuisse minoris Quantitatis, pro ea minori Quantitate valeat Praeceptum, & fiat Exequutio, vt supra.

Vbi autem contingat transmitti Citationem pro eligendo Tertio Arbitratore, non currat Tempus ipsorum quindecim Dierum Vtilium, donec fuerit assumptus.

DE DAMNO, ET INTERESSE.

CAP. XLIIJ.

Vide infra Statutum, de Sacramento super Expensis, ac Damnis. cap. 51. SI DEBITOR, fol. 19. à Tergo.
Item Statutũ Iuris. cap. SI QVIS, folio. à Tergo.
Ad declarationem. Vide omnino Comẽs. ps. 139. P. Laicus. Vbi quid contra Clericos, agẽtes coram Iudicibus sęcularib⁹, & col. 1. dicit. An semper in Cõtractibus bonę Fidei Seruetur.
Qui sint, Vide Gl. & Abb. in. C. Conquęstus, ante finem, extra de Vsur.
An possit probari contrarium, Fel. in. C. 4. col. 2. de Probat. & qd si Stat. Diceret pro plenissima. Alex. ps. 114. col. 3. lib. 4.
Procurator factus Dominus Litis An possit Iurare. Vide infra Statutũ quod incipit, PER LEGITIMAM. cap. 120. fol. 45. à Fronte.
Nota q̃ Ista Materia non est extẽdenda Corn. ps°. 71. Col. 3. lib. 4.

IN casibus, in quibus de Iure Canonico potest peti Interesse, Sacramentum Petentis factum coràm Iusdicente, seu Arbitro, vel Arbitratore, Parte praesente, vel per Contumaciam Absente, habeatur pro plena Probatione Interesse, vsq; ad denarios sexdecim in anno, pro libra.

Et hoc, quando Creditor, & Debitor, qui ipsum Creditum, & Debitum conttaxerunt, tempore pręstiti huiusmodi Iuramenti, viuant.

Si autem ante pręstitum dictum Iuramẽtum moriatur Creditor, superstite dicto Debitore, q̃ Hęres Creditoris possit Iurare ipsum Interesse, pro tempore ipsius Haeredis, ad Computum, vt supra.

Si verò Debitor moriatur, superstite Creditore, qui Creditum contraxit, possit ipse Creditor contra Haeredem Iurare de Interesse, pro eo tempore, quo Debitor, qui Debitum contraxerat, vixit, ad Computum, vt supra.

Sed post eius Mortem, non possit contra Haeredem Debitoris, nec Extraneum Possessorem Iurare, vt supra, nisi à tempore Scientię ipsius Hęredis, vel Extranei Possessoris, vel Interpellationis eorundem, congruè referendo.

Vbi verò moriatur vterq;, Creditor, & Debitor ante pręstitum dictum Iuramẽtum, possit Hęres dicti Creditoris Iurare contra Hęredem Debitoris, & Extraneũ Possessorem

pro

pro tempore ipsius Hæredis, & modo, quo suprà, & pro tẽpore ipsius Hæredis Debitoris, vel Extranei Possessoris, solùm a tempore Scientiæ, vel Interpellationis eiusdem, congruè referendo.

Et disposita in præsenti Statuto habeant locum etiam in Caussa Depositi pecuniæ realiter, & actualiter Facti, & Reali, & Actuali mutuò, post contractam moram.

In Credito verò Dotis, & Iurium Dotalium, Mulier nõ possit habere, nec Iurare Interesse ipsius Dotis, nec Iurium suorum Dotalium pro eo tempore, pro quo, ipsa Mulier, alimentata fuerit à Debitore Dotis, vel aliter ex Bonis ipsius Debitoris, siue Alimenta, sibi debeantur, ex Testamento, siue ab Intestato.

Et præsens Statutum non comprehendat Caussam Cambii pecuniæ.

Realiter quando dicatur, Socy. ꝯs°. 19. col. 1. lib. 2.

Augumentum regulatur secũdum Naturam Dotis. l. etiã. in fi. C. de Iur. dot. Iux. Dispositionem Stat. primi Indicti de Alimentis.

An autem computentur fructus in Sortem. Alex. in. l. si constante, col. antepe. ꝟſ. Item in quantũ, Sol. ma. & ꝯs. 141. col. 2. lib. 5.

DE SATISDATIONE PRAESTANDA PER NON SVPPOSITVM.

CAP. XLIIII.

SI quis nõ Suppositus de Iure, Iurisdictioni Domini Potestatis, & Communis Mediolani, cõuenerit aliquem Suppositum Iurisdictioni Domini Potestatis, & Communis Mediolani, teneatur, idoneè satisdare de expensis restituẽdis, si succubuerit in Caussa, & de omni pœna soluenda, in quam incurreret, occasione Cõtumaciæ, seu Inobedientiæ, & de non declinando Forum, ratione præmissarum expensatum, & pœnarum, & si recõueniatur, Dato prius Libello, & præstito Sacramẽto per Reconuenientem, ꝙ nõ calumniandi animo sit Reconuentio, teneatur taliter Reconuẽtus satisdare, vt supra, de Iudicio sisti, & de Iudicato soluendo. Alioquí taliter non Suppositus ab agendo repellatur.

An liget Clericos, Alex. ꝯs°. 93. col. 1. & 2. lib. 2. Com. ꝯs°. 139. Sal. in Auct. Generaliter, col. 1. C. de Ep̃is, & Cler. Socy. in. c. ꝙ Clericus, col. pen. de fo. compet.

Vide infra, Capite. 122. NON CONCEDATVR, folio. 58. à Tergo.

Vide etiam Capite 64. MVLIER QVAE, à Fronte.

Vide In Nouiss. cap. 129. IN OMNIBVS PRAEPARATORIIS, fol. 57. à Frõte.

Vide In Nouiss. Cap. 488. QVILIBET CIVITATIS, folio. 58. à Tergo.

Vide etiam circà satisdationem præst. Constit. sub Tit°. de foro Competenti, fol. 41. à Tergo.
Vide supra. Cap. 32. Ordines positi, fol. 11. à Terg.
Idonea Cautio, est arb. Iudici, Barth. Sing. in. l. vniuersa, C. de precibus Imperat. Off. col. fi.

An Processus tamen factꝰ valeat, Alex. in term. huius Stat. cs. 37. col. p°. vsl. Cùm g°. lib. 2.
Et quid si fuit oblata verbaliter, & non præstita Alex. cs. 21. col. fi. vsl. nûc. viden. lib. p°.
Vide etiam Alex. cs°. 64. ad finem lib. 4. Et la. declarat Dec. cs°. 275. col. 2
Et, quod peti debeat, Socy. cs. 19. lib. 3.
Vide suprà sub Titulo de Electione habitaculi, capite. 18. OMNES ET SINGVLI, folio. 14. à Fronte.

Idem fit in eo non Supposito, vt suprà. qui comparuerit, ratione sui Iuris, & Interesse, vel alio modo, ad contradicendum, vel suscipiendum Defensionem alicuius Rei. Et idem etiam habeat locum in quolibet nō Supposito, vt suprà, Petente Exequutionem fieri contrà Suppositum, vt supra, coràm quocunque Iusdicente, Officiali, vel Exequutore. Et prædicta habeant etiam locum in quibuscunque Terris Ducatus Mediolani separatam, vel limitatam Iurisdictionem habentibus, singulariter referendo.

De satisdatione facienda per Foresterium, qui conveniatur.

Cap. xlv.

Vide Statutū præcedens.
Vide infra sub Tit°. de satisdatione non substinen. capite. 63. IN CASIBVS, fol 20. à Fronte.
Vide infra sub Tit° de scriptis manu deb. capite. 96. OMNES SCRIPTVRAE, folio. 32. à Tergo.

SI quis suppositus Iurisdictioni Cōmunis Mediolani cōuenerit, vel conuenire voluerit aliquem Foresterium in Ciuitate Mediolani, in casibus à iure concessis, Iusdicens, sub quo vocatus fuerit dictus Foresterius, statim teneatur, & debeat cogere Foresterium ad satisdandum, de Iudicio sisti, & Iudicato soluendo, omnibus Iuris Remedijs, quibus melius poterit.

Et hoc habeat locum, si Instrumentum Debiti appareat, vel Scriptura scripta, vel subscripta manu Debitoris, & verificata, vel aliter liquida.

Quis erit Iudex? Barth. in, l. Societatem. §. Arbitrorum, col. 3. ad fi. & Col. seq. pro socio.

De libellis exhibitoriis, seu praeventoriis.

Cap. xlvj.

AMPLIATIO.
Vt in Nouis. sub Tit°. Additio Statuti, capite. 206. STATVITVR, fol. 67. à Tergo.
Statuitur, quod Disposita in hoc Statuto, habeant etiam locum in quocunque Actu Iudiciali, vel Impedimento, qui, vel quod fieret ante Exequutionem Impetratam.

QVOD nullus, Iusdicens Libellum aliquem exhibitorium ex quacunque Caussa, deinceps porrigendum, admittat, nec eius occasione Exequutionem differat, vel omittat, nisi priùs, si, id quod in ipso Libello deducitur, fuerit à libris centum Imperialium infrà, pars ipsa eiusmodi

Libellum porrigens deposuerit penes Campsorem idoneum, per eum coràm quo talis Libellus porrigetur, eligendum, libras decem Imperialium. Et, si fuerit à libris cétum, vsq; ad ducentum, libras sexdecim Imperialium.

À libris verò ducentis, vsq; in quingentas, libras viginti-quinq; Imperialium.

À libris quingentis suprà, vsq; ad omnem aliam Summam libras quadraginta Imperialium, quę Denariorum quantitates, Lucro cedant Parti, contrà quam Libellus ipse productus fuerit, & in Caussa obtinuerit, & vltrà Summam depositam, ille, qui talē Libellum produxerit, & in Caussa succubuerit, cōdemnetur in expensis integraliter, ad quarum expensarum Solutionem, compellatur, vltrà summam depositam, omnibus Iuris Remediis, omni Exceptione, Reclamatione, & Appellatione, remotis.

Et, q; præsens Statutum, seu Productio Libelli exhibitorij, nō habeat locum in Casibus, vbi exhiberetur Libellus super eo, de quo appareret Sententia, quæ in Rem transiuisset Iudicatam, & quæ de Iure mereretur Exequutionem, vel Transactio iurata, vel Arbitramenta, quæ in Rem trāsiuerint Iudicatam, vel per Partes emologata.

Etiam intelligantur Arbitramenta transiuisse in Rem iudicatam, quando de eis, ex forma præsentium Statutorum, peti non potest Reuisio, vel per Iuramentum delatum à Parte Parti, & præstitum, vel habitum pro Relato, & exindè per Partem Iurato coràm Iudice, Arbitro, vel Arbitratore, vel Consultore.

Et, q; Instantia ipsius Libelli exhibitorij, non possit durare vltrà Dies quindecim vtiles, In quorum Tempore, & Termino, si non fuerit per Agētem probatum, quod erat Fundamentum Petitionis suæ, pro eis, Exhibitione, seu Prouētione, Talis Exhibitio Libelli, seu Præuentio, Habeatur, Ipso Iure, & Facto, pro non Facta, & non Exhibita, & in

Quid si Depositum non fuerit per Partem Petitum. P. de. C°. in. l. pen. §. fi. in fi. ff. de leg. 2.

No. Cautelam, quam ad propositum ponit Ang. In. l. 4. §. ait prætor. ff. de Re iud.

Vide Constitut. folio. 39. à Tergo NON ADMITTERE DEBENT IVDICES sub Tit°. DE IVDICIIS.

tali casu fiat Exequutio eius, super quo facta erat Exhibitio, seu Præuentio, perindè, ac si ipsa Exhibitio, & Præuentio, facta non fuisset, & amplius, ad talem Exhibitionem, seu præuentionem, non admittatur, & Depositum relaxetur Reo, omni Exceptione remota.

De Svmmaria Ratione facienda in certis Casibvs.

Cap. xlvij.

DOMINVS Potestas, & quilibet Exercens Iurisdictionem possit, & debeat summariè, Simpliciter, & de Plano, & sine Strepitu, & Figura Iudicij, & omni Solemnitate Iuris, & Statutorum respiciente Ordinem procedendi tantùm, Omissa, audire, examinare, cognoscere, & diffinire de Omnibus, & singulis, Quæstionibus, Caussis, & Litibus Alimentorum præsentium, & futurorum, & Legatorum factorum ad Pias Caussas.

Et etiam Exequutiones de prædictis, & quolibet eorum, facere, & omni Die, Feriato, & non Feriato, exceptis Ferijs introductis in Honorem Dei, vel Sanctorum, non obstantibus aliquibus Statutis, Prouisionibus, & Ordinamentis Communis Mediolani, vel alijs Iuribus in Contrarium, factis, vel quæ fierent.

Et in hoc Casu, etiam non Subditi Iurisdictioni Potestatis Mediolani, gaudeant Beneficio Statutorum Communis Mediolani, dummodò satisdent secundum Formam horum Statutorum.

Idem, habeat locum in omnibus, & per omnia, in Caussis, & Litibus, & Quæstionibus Pupillorum, Viduarum, Orphanorum, Minorum annis viginti, & Miserabilium Personarum.

Vide infrà de Exequutione Vltimarum Voluntatũ, cap. 155. NVLLVS MAGISTRATVS, fol. 53. à Tergo.

Vide suprà de Instantia, & Termino Caussarum, quæ summariè expediri debent, Cap. 25. CAVSSAE, fol. 8. à Terg.

Vide in Nouis. cap. 202. IN CAVSSIS, fol. 65. à fronte, & à Tergo.

Caussę summarię, an habeant Instantiã, Socy. cõs. 95. col. 2. lib. p°.

An Caussa Appellationis etiam sit Sũmaria. Dec. in cap. cùm Te, in p°. no. de Off. Deleg.

Et an Statutum Vigens in Caussa principali, vigeat etiam in Caussa Apellationis, Alex. cõs°. 96. lib. 2.

Quomodò Intelligatur, Vide infra. Capite. 123. QVIA SAEPE, fol. 45. à Tergo.

Et Alex. cõs°. 66. col. fi. vs. nec obst. lib. p°.

Hoc Statutum correctum est, vt In Nouis, cap. 204. STATVTVM. §. STATVITVR, fol. 66. à Fronte.

An Videatur Priuilegium datum Personis, aut Caussis. L. Tempus, de Re Iud. L. ex Pluribus, de Ad. Tut. Et An Transeat ad quæcunq. L. in omnibus, la. 3. de Reg. Iur. Bal. cõs°. 485. lib. p°.

Ita tamen, q̃ non intelligatur, per hoc, derogatum Statuto de Sapientibus dandis, nec Ordinibus de Compromissis faciendis, vbi Caussa excedat Summam, seu Valorem librarum centum Imperialium.

QVOD QVILIBET EXERCENS IVRISDICTIONEM POSSIT SVMMARIE COGNOSCERE IN CERTIS CASIBVS.

CAP. LXVIII.

QVILIBET Exercens Iurisdictionem in Ciuitate, & Ducatu Mediolani possit cognoscere, & diffinire summariè, & de Facto, & prout sibi videbitur pro meliori, de Caussis Mercedum, non excedentibus Quantitatem, seu Valorem librarum quinquaginta Imperialium, & de alijs Caussis non excedentibus quantitatem, seu valorem librarum decem Imperialium.

In Caussis verò non excedentibus Quantitatem, seu Valorem librarum vigintiquinq; Imperialium procedatur summariè, sine strepitu, & figura Iudicij.

De Instantia Caussarum Summariarum, Vide suprà, Capite. 25. CAVSSAE, fol. 8. à Tergo.

Non Appelletur, Vide infrà, Cap. 147. Appellari non possit, folio. 49. à Tergo.

Quid si plures Summę librarum coacerueutur, an Appelletur, Alex. cõs°. 112. col. p°. lib. 5°.

DE CAPITVLIS, ET ARTICVLIS INTENTIONVM ADMITTENDIS.

CAP. XLIX.

CAPITVLA, seu Articuli Intentionum admittantur, & admissa sint, Ipso Iure, & super eis Testes recipiantur, saluo Iure Impertinentium, & non admittendorum, & opponendi contrà Personas, & dicta Testium, Tempore Disputationis diffinitiuæ Sententiæ.

Non obstante Statuto, de Sapientibus dandis, dumtamen, Capitula, seu Articuli Intentionum producantur tempore congruo

De Capitulis dandis ante Receptionem Testium, Vide infrà, Cap. 85. Testes. fol. 34. à Tergo.

Quo Tempore produci debeant, Vide in Nouiss. Cap. 164. SI CONTINGAT, folio. 59. à Tergo.

In Dubio sunt admittenda cũ ista reseruatione. Gl. in. c. cum contingat in gl. prim. de off. Deleg. Bal. cõs°. 143. circà fin. in 2°. lib.

Quod dicatur, Butr. In. c. cũ in Vet. col. 2. vſ. quoniã, donec, de plect. Bart. La. in. l. nõ solũ §. Morte col. pen. vs. Nunc vid. de operis, no. nunciat.

Quę seruanda sint in Capitulis producen. ad probandum Confessionem, vel Protestationem. Vide Cõstitutiones, sub Tit°. de Probationibus. §. ET, QVIA PLERVNQVE, &. §. seq. fol. 43. à Terg.

De Sacramento praestando per Creditorem, non obstante Renvntiacione apposita in Instrvmento.

Cap. L.

SI quis confessus fuerit se pecuniam, vel aliam Rem accepisse, renunciando Exceptioni non numeratæ pecuniæ, vel non habitæ alterius Rei, quæ ferè semper in Instrumentis inseritur, & eo, qui confessus fuerit, vt suprà, negante pecuniam, seu aliam Rem, habuisse, cogatur ille, qui debuit, dedisse pecuniam, vel Rem, Iurare se pecuniam, vel Rem dedisse, vel illi, qui Confessus fuerit referre, & Hoc infrà Biennium tantùm.

Saluò, quod Iurare Debens, vt suprà, possit Iurare Caussam esse mutatam, illam declarando, & super dependentibus, & connexis, secundum Formam Statuti de Iureiurando.

De Sacramento svper Expensis, et Damnis promissis in Instrvmento.

Pactū de stādo Sacramēto alicuiꝰ, vel eiꝰ simplici verbo super expensis, & Interesse, an valeat, Alb. in. l. si quis In conscrib. col. pen. vers. & prædicta etiam. C. de Episcopis, & Cle. vbi. Attestatur de Communi, & limitat, nisi immoderatè Iuraret, & Ia. Bart. in. l. si. ff. de. pr&t. stip. Alex. cōs°. 67. col. fi. in prin. lib. 2. & cōs°. 113. col. 2. lib. 4.
Vide suprà, cap. 43. IN CASIBVS, sub Tit°. de Damno, & Interesse, fol. 16. à Tergo.

Cap. Lj.

SI Debitor promittat in Instrumento omnes Expensas, ac Damna se Daturum, absque Sacramento Creditoris, non tamen cogatur prædicta soluere, etiam, si Creditor habeat Fundatam Intentionem suam super Expensis, & Damnis promissis in Instrumento, nisi Creditor iurauerit.

Quod Iuramentum tamen possit moderari per Iudicem, si sibi videbitur.

Non intelligatur tamèn sublata facultas rouocandi ipsam Promissionem, eàtenus, quàtenus de Iure fieri possit.

De Instrvmento, vel Scriptvra prodvctis per vnam ex Partibvs, qvod possit vti per eivs adversarivm.

Cap. Lij.

SI Instrumentum, vel Scriptura, seu productum, vel producta, vel exhibitum, vel exhibita, per aliquam ex Partibus, in totum, vel pro Parte, possit Aduersarius, etiam illo Instrumento, seu Scriptura, in toto, vel in parte, vti, per se, ac si per eum foret productum, vel producta, si dicat se velle vti eo Instrumento, vel ea Scriptura, in toto, vel in parte.

De Exib. Instrumentorũ Vide infrà, capit. 79. SI IN ALIQVA PARTE, fol. 28. à Tergo. Clausula in Parte, & Partibus, qd operetur, Ja. Fel. in. c. Cùm Venerabilis, col. 6. & 7. de Except. & Jas. In. l. 1. ff. editiones, col. fi. de eden.

De satisdatione non Svstinentis, vel non Svppositi Domino Potestati Mediolani.

Cap. Liij.

IN casibus, in quibus, non Sustinens, vel non Suppositus Domino Potestati Mediolani, satisdat in Caussa Ciuili, vel Criminali, teneatur dare idoneum Fideiussorem Suppositum Domino Potestati, qui de toto, & primo loco, principaliter, & Insolidùm conueniri possit, etiam nulla facta Conuentione, vel Excussione, contrà Principalem, nec eius Bona.

Et, si contigerit non Sustinentem, vel non Suppositum petere Restitutionem in Integrum, aliquo Iure, aduersùs, vel contrà aliquam Sententiam Interloquutoriam, in qua succumberet, nihilominùs compelli possit, & compellatur dictus Fideiussor ad expensas, quas fecerit Sustinens, vel Suppositus, occasione illius Sententiæ, non obstante Pendentia Litis illius Restitutionis, & non obstante, q̃ ille non Sustinens, seu non Suppositus, non fuerit primò conuentus, nec eius Bona fuerint excussa.

Vide suprà Statutum de Satisda. faci. Cap. 45. SI QVIS, Sub. Tit. de Satisdatione facien. fol. 17. à Tergo.
Vide suprà capite. 44. SI QVIS, sub. Tit°. de Satisdation. præstan. per nõ suppos. fol. 17. à Fronte.
Vide infrà Capite. 172. NON CONCEDATVR, sub Tit°. qualiter Præceptum exequutiuum non debet cõcedi, fol. 58. à Tergo.

De Pęnis, quæ accrescũt Negantibus, Vide in.l. contrà, q propriam. C. de non numerata pecunia, Et Alex. In.l. Hęreditatum. §. 1. ad.l.Falc. Vide in Nouis.capite.195. SI QVIS. Sub Tit°. De Pęna negantis propriam Scripturã. fol.62, à Fronte.

Quomodò probetur, quãdo propè, vel quando de Longinquo dicitur, euenisse, Vide Bart. In. l. Si quidē omnes.c. Sol. ma. & Ia,Corn.cs.10.in lib.p°

DE POENA NEGANTIS ALIQVEM ESSE MORTVVM.

CAP. LIIIJ.

SI quis negauerit aliquem esse mortuum, Et probatum fuerit, q erat mortuus, Ipso Iure, sit Condemnatus in libris decem Imperialium, & in Expensis, quæ omnia applicentur Parti Aduersę, nec audiatur taliter Negans, facta probatione, donec soluerit prædicta.

Et intelligatur negasse, etiam, qui per se, vel per Procuratorem generalem, vel Specialem, vel aliam legitimam Personam, respondit non credere.

Quid operet, Vide Math. no.8 2. post Ang.in.l.nõ solũ, ad fi. de Rei Vend. Alex.cs°.34. ad fi. lib.3.

In Interloquutoria Sũccumbens condemnatur in duplicatis expensis, vt supra, Cap. 41. COMMISSIO. folio. 14. à tergo, & in fine.

Ad hoc Statutum, Vide Constitut. Sub Tit°. de Iudic. §. OMNES, fo.37. a frõte. Et §. VBI VERO.

Alex. & Ias.in.l. properã. §. Sin autem, in. 2. &.3. col. C. de Iud.

QVOD VICTVS, VICTORI CONDEMNETVR IN EXPENSIS.

CAP. LV.

IN omnibus Caussis, Victus, Victori condemnetur in expensis, secundum Determinationem Iuris Communis. Et, si Iudex, vel Consultor, vel Delegatus, in Sententia sua absoluerit Victum, propter iustam Caussam litigandi, hoc facere possit, si Iudex, vel Consultor, vel Delegatus Iurauerit in tali Absolutione, ad Sancta Dei Euangelia, manibus corporaliter tactis scripturis, sibi videri dictum Victum habuisse iustam Caussam litigandi.

Et hoc, sub pęna librarum quinquaginta Imperialium, quam pęnam, Ipso Iure, & facto, ipse talis Iudex, seu Consultor, & Delegatus, incurrat, quarum Medietas, perueniat in Commune Mediolani, & altera Medietas, in Victorem.

DE EXEQVVTIONE EXPENSARVM, ET EARVM TAXATIONE.

CAP. LVJ.

SI quis Condemnatus fuerit in Expensis Litis, expressa earum quantitate, vel nulla expressa earum quantitate, aut

reseruata earum Taxatione in Sententia, vel Arbitramentis, Iudices ordinarij, teneantur summariè, absque aliquo strepitu, & figura Iudicij, per omnia Iuris remedia, etiam per Capturam personæ, cogere illum Condemnatum ad dandum, & soluendum Victori prædictas Expensas Taxatas.

Expensę an probentur Iuramĕto, pręuia Taxatione Iudicis. Mod. in. l. fi. §. in Cõputat. C. de Iur. delib. Et an si Iudex, qui reseruauit sibi Taxationem Expensarum, & postea Taxauit, possit Taxationẽ reuocare, Inno. & Bal. quos refert, Ias. in. l. 1. col. 1. in fi. C. de Iud.

Ad solutionem verò Expensarum non Taxatarum, vel reseruatarum, cogant, vt suprà, postquàm Taxatæ fuerint per Notarium Partium Confidentem, vel vnius in Contumaciam alterius, eligendum per Dominum Potestatem Mediolani, vel alium Iusdicentem, infrà triduùm pòst Requisitionem.

Qui Notarius, infrà decem dies, pòst factam sibi Commissionem, Sacramento suo, de Credulitate, faciat ipsam Taxationem.

Et hoc, vbi Victor asserat quantitatem Expensarum, excedere quantitatem librarum quinq; Imperialium.

Quando verò asserat eas non excedere dictam summam, stetur Sacramento ipsius Victoris.

Si verò contingeret aliquem in eius Sententia, vel Arbitramento, reseruare Ius petendi Expensas, ea in Caussa factas, pro eis experiri possit, coràm Ordinario, & in prædictis summariè procedatur.

Et prædicta habeāt locum, tàm in Ciuili, quàm in Criminali.

De Sapientibus dandis.

Cap. Lvij.

Vide Cõstitut. sub. Tit°. de Iudic. §. POSSVNT TAMEN, folio, 37. à Fronte.

An detur de Iur. Cõm. Signor. cõs°. 56. ad finem.

An teneatur sequi, Consilium Sapientis. Ant. de Butr. Sign. in. c. Cùm olim, de Arbitr. col. fi. Et An possit retractari per Cons. alterius magis periti, Ant. de Butr. in. c. proposuisti, c°. fi. de Prob.

In qualibet Caussa Ordinaria, vel Summaria, vertente, & quæ verti contigerit, coràm quocunq; Iusdicente, si petitū fuerit Consiliū Sapiētis, per aliquàm Partiū, teneatur ipse Iusdicens, etiā si fuerit Delegatus, Caussam ipsam cōmittere Partiū Cōfidenti, vel vnius in Cōtumaciā alterius

Vt suprà, Capite. 25. CAVSAE, fol. 9. à Terg.

Si tamen Coràm Ordinario posteà, an vid. renúciasse Petitioni. Ang. ɔs°. 112. col. 4. vs. 2. est obiectum.

De Iur. Secus. l. ex illo tépore, vbi Bart. C. de Appell. & in. l. 1. §. 1. in p°. op. ff. eo.

An possit confirmari Ia. Alex. ɔs. 59. lib. 2. & in terminis huius Stat. ɔs°. 59. lib. 4. aliter tamé, ɔs. 122. ad fi. lib. 2°.

Simile Stat. habes suprà, capite. 27. DE INDE, fol. 10. à Fronte.

Et an Consensu Partium possit omitti, Ias. in. l. pen. col. 6. C. de Pactis.

de Collegio Iudicum Mediolani, elapsis temporibus probationum, Saluò, si de Partium consensu, contigerit, petito ipso Consilio Sapientis, fieri Commissionem Partium Confidenti, vt supra, antequàm lapsa sint tépora probationum, tùnc possint, coràm ipso Consultore, Probationes, & alia, fieri, & expediri, quę fieri potuissent coràm Iudice Ordinario, etiam si fuerit Delegatus.

Et, si post lapsa tempora probationum, Iusdicens, etiam Delegatus, vt supra, denegauerit, vel non dederit ipsum Consilium Sapientis, Sententia diffinitiua exindè lata, non valeat, nec teneat, & sit, Ipso Iure, nulla, & vlteriùs, ipse Iusdicens, & vt suprà, Ipso Iure, & facto, incurrat pęnam librarum quinquaginta Imperialium, applicandarum pro medietate Communi Mediolani, & pro altera Parti, quæ petierit ipsum Consilium.

Quam pęnam teneatur quilibet Iusdicens, qui requisitus fuerit præcisè exigere, alioqui perdat de suo Salario libras quinquaginta Imperialium, pro qualibet vice, qua neglexerit dictam pęnam exigere.

Et possit, de prędictis, ipse Iusdicens, & vt suprà, Syndicari, etiam durante Officio.

Et Notarius, qui indè fuerit Requisitus, teneatur de prædictis conficere Instrumétum, vel Actum, sub pęna librarum decem Imperialium, pro qualibet vice, applicandarum, vt suprà.

Et hoc Statutum sit pręcisum, & præcisè obseruetur.

Quid operétur ista verba, Tradit. Fel. in. c. 2. col. 10. de reicrip. & lat. Ias. in. l. Omnes pop. col. pen. & fi. de Iust. & Iu. Alex. qui Decl.. ɔs°. 8. col. 2. ad fi. & seq. lib. p°.

Et prædicta non habeant locum in Caussis Ciuilibus, vbi Consilium Sapientis sit sublatum per Statuta Communis Mediolani, vel Decreta Ducalia, Nec in Caussis Criminalibus, nec in Caussis Mercatorum, nec in Delegationibus, quæ fient alicui, vel aliquibus de Collegio Dominorum Iurisperitorum Mediolani.

De eodem.

Cap. LVIIII.

IN quibuscunque Caussis Ordinarijs, vel Extraordinarijs etiam summariè, motis, seu mouendis in Ciuitate, seu Ducatu Mediolani coràm quocunque Iusdicente, etiam, si fuerit Delegatus, in quibus petitum fuerit Consilium Sapientis super aliquo Articulo emergenti, incidenti, dependenti, connexo, vel Orienti, aut Dubio, ac etiam in Grauaminibus, quæ interponi contingant, non teneatur, nec debeat, Iusdicens ipsum Consilium dare, nisi Processerit de voluntate vtriusque Partis, vel, nisi Pars altera tantùm petens, deponat apud Campsorem idoneum, eligendum per Iudicem, Salarium Sapientis Requisiti, Arbitrio Iudicis, coràm quo petitum sit, Taxandum ea die, qua petitum fuerit ipsum Consilium, vel die sequenti Iuridica, inspecta qualitate facti, & Personarum, & ea die, vel sequenti, vt suprà, deponendum, à qua Taxatione, non possit appellari, Querelari, Aggrauari, nec Officium Iudicis implorari, nec de Nullitate dici, nec alio, quouismodo, excipi.

An in Emergentibus Detur Instantia, Ias. in. l. properan. in princ. in. 6. no. C. de Iud.

Quãdo Appellatur, à mera Interloquutoria, quid sit seruandum, & de eius Instantia, Vide in Nouiss, cap. 196. APPELLANS, fol. 62. à terg.

De Grauamine Precepti & Interloquutoriæ, Vide Infrà, Capite. 149. SI QVIS, fol. 51. à Frõte.

Et vltrà hoc, deponere teneatur, vt suprà, libras sex Imperialium dandas Aduersario, contrà quem petitum fuerit Consilium Sapientis, si succubuerit in eo, super quo, petitum fuerit Consilium.

Vlteriùs, idem Petens dictum Consilium, & Succumbens, vt suprà, condemnetur in Expensis, ea Occasione, factis, omni exceptione remota.

Et, si ipsum Consilium denegatum fuerit, vel non concessum per Iusdicentem, & vt supra, pro eo, quod Petens Consilium, prædictis non satisfecerit, nihilominùs Processus posteà factus, valeat, & teneat, & Iusdicens, vt suprà, Denegans, vel non Concedens, nullam pęnam incurrat.

Si verò de voluntate vtriusq; Partis petitum fuerit, ipsum Consilium, vel altera Partium Petens Consilium, prædicta obseruauerit, teneatur Iusdicens committere Articulum, vel Grauamen alicui de Collegio Iudicum Mediolani, Partium Confidenti, vel vnius tantum in Contumaciam alterius, ad sibi consulendum in Caussa ipsius Articuli, vel Grauaminis, infrà dies quindecim immediate sequuturos diem factæ Commissionis.

Qui Sapiens nullum Socium petere possit, seu adiunctum, sed ipse solus consulere debeat Articulum sibi Commissum, & durante tali Commissione, Instantia principalis Caussæ stet in suspenso, nec aliqualiter currat tempus ipsius Instantiæ, nec Probationum faciendarum.

Procedit etiam in Caussis foriens. Vide in Nouis. Ca. 176. VBI CONTINGAT, Sub Tit°. de Cõmiss. faciẽd. fol. 56. à Tergo.

Ad hoc Statutum etiam Videantur Constit. sub Tit°. de iudic. §. his peractis. fol. 36. à Tergo.

Vbi inter alia disponitur, q; Caussæ nõ possint cõmitti officialibus habentibus Salariũ de publico.

DE QVAESTIONIBVS EXTRA COLLEGIVM IVDICVM MEDIOLANI, NON COMMITTENDIS.

CAP. LIX.

DOMINVS Potestas, & quilibet alius Iusdicens in Ciuitate, & Ducatu Mediolani, non debeant, nec possint cõmittere, nec delegare aliquam Quæstionem Ciuilem consulendam, nec decidendam alicui, nisi sit Residens de Collegio Iudicum Mediolani, nec etiam Assumere, nec eligere aliàs quoquò modo sibi in Consultorem, nec Consiliarium, nec Socium.

Et, si contrafactum fuerit, Sententia, de Consilio alterius, q̃ de Collegio, vt suprà, vel per alium, q̃ de Collegio, vt suprà, non valeat.

Et vltrà, Committens condemnetur in libris quinquaginta Imperialium de suo Salario, ad quas compellatur per quẽlibet Iusdicentem, sine aliqua Condemnatione.

Saluò, q; hoc Statutum nõ habeat locum in Caussis Mercatorum vertẽtibus coràm Abbatibus, seu Consulibus eorũ.

Nec in Caussis Datiarijs, in quibus seruentur Ordines sui.
Et saluò, quòd Quæstio, & Quæstiones Taxationis expensarū, possint, & debeant committi Notario, seu Notarijs, vt in præcedentibus Statutis continetur.
Et, quòd quælibet Quæstio, quæ verteretur, quoquomodo, occasione Aquarum, & Aquęductuum, Põtium, Stratarum, & quarumcunq; aliarum seruitutum, tàm vrbanarum, quàm rusticarū, & omnes aliæ Quęstiones dependentes ab eisdē, vel aliqua ipsarū, & occasione Diuisionis, & Mēsurationis quorumcunq; Bonorū immobiliū, possint cōmitti, inspecta qualitate Personarū, & facti, etiam alijs, & alijs in similibus expertis, licet non sint de dicto Collegio per quēlibet Iusdicentē, corā quo fuerit Quæstio de prædictis, vel aliqua ipsarū, & ipsa talis Cōmissio, & Sententia indè lata, perindè valeat, ac si Commissa esset alicui de Collegio Iudicum.

DE EODEM.

CAP. LX.

IDEM habeat locum in Delegationibus, Assumptionibus, Electionibus, Associationibus, & quòd nullus Aduocatus de dicto Collegio audeat, nec præsumat aduocare, nec allegare coràm illo, vel illis, cui, vel quibus, fuerit facta illa Delegatio, vel Commissio, vel de quo facta fuerit Electio, & Assumptio, seu Associatio, contrà prædicta.
Et, si quis Aduocatus contrafecerit, prima vice, sit priuatus Beneficio, & Priuilegio dicti Collegij Mediolani, per Mēsem vnum, & si perseuerauerit, per annum sit priuatus, saluò, si in præsentibus Statutis reperiatur aliter dispositum.

DE QVAESTIONE NON COMMITTENDA ADVOCATO.

CAP. LXI.

ALICVI, qui fuerit Aduocatus alicuius Quęstionis

Hoc etiam intellecto, quòd si infra illud tempus quindecim Dierum Vtilium repertum fuerit Creditum fuisse minoris Quantitatis, pro ea minori Quantitate valeat Praeceptum, & fiat Exequutio, vt supra.

Vbi autem contingat transmitti Citationem pro eligendo Tertio Arbitratore, non currat Tempus ipsorum quindecim Dierum Vtilium, donec fuerit assumptus.

DE DAMNO, ET INTERESSE.

CAP. xliij.

Vide infra Statutum, de Sacramento super Expensis, ac Damnis. cap. 51. SI DEBITOR, fol. 19. à Tergo.
Item Statutū Iuris. cap. SI QVIS, folio, à Tergo.
Ad declarationem, Vide omnino Comēs. ꝯs. 139. P. Laicus. Vbi quid contra Clericos, agētes coràm Iudicibus sęcularibꝰ, & col. 1. dicit. An semper in Cōtractibus bonę Fidei Seruetur.

IN casibus, in quibus de Iure Canonico potest peti Interesse, Sacramentum Petentis factum coràm Iusdicente, seu Arbitro, vel Arbitratore, Parte praesente, vel per Contumaciam Absente, habeatur pro plena Probatione Interesse, vsq; ad denarios sexdecim in anno, pro libra.

Et hoc, quando Creditor, & Debitor, qui ipsum Creditum, & Debitum contraxerunt, tempore pręstiti huiusmodi Iuramenti, viuant.

Qui sint, Vide Gl. & Abb. in. C. Conquaestus, ante finem, extrà de Vsur.
An possit probari contrarium, Fel. in. C. 4. col. 2. de Probat. & qd si Stat. Diceret pro plenissima. Alex. ꝯs. 114. col. 3. lib. 4.
Procurator factus Dominus Litis An possit Iurare. Vide infra Statutū quod incipit, PER LEGITIMAM. cap. 120. fol. 45. à Fronte.

Si autem ante pręstitum dictum Iuramētum moriatur Creditor, superstite dicto Debitore, q; Hęres Creditoris possit Iurare ipsum Interesse, pro tempore ipsius Haeredis, ad Computum, vt supra.

Si verò Debitor moriatur, superstite Creditore, qui Creditum contraxit, possit ipse Creditor contra Haeredem Iurare de Interesse, pro eo tempore, quo Debitor, qui Debitum contraxerat, vixit, ad Computum, vt supra.

Sed post eius Mortem, non possit contra Haeredem Debitoris, nec Extraneum Possessorem Iurare, vt supra, nisi à tempore Scientię ipsius Hęredis, vel Extranei Possessoris, vel Interpellationis eorundem, congruè referendo.

Nota q; Ista Materia non est extēdenda Com. ꝯs°. 71. Col. 3. lib. 4.

Vbi verò moriatur vterq;, Creditor, & Debitor ante pręstitum dictum Iuramētum, possit Hęres dicti Creditoris Iurare contra Hęredem Debitoris, & Extraneū Possessorem

pro

pro tempore ipsius Hæredis, & modo, quo suprà, & pro tẽpore ipsius Hæredis Debitoris, vel Extranei Possessoris, solùm a tempore Scientiæ, vel Interpellationis eiusdem, congruè referendo.

Et disposita in præsenti Statuto habeant locum etiam in Caussa Depositi pecuniæ realiter, & actualiter Facti, & Reali, & Actuali mutuò, post contractam moram.

In Credito verò Dotis, & Iurium Dotalium, Mulier nõ possit habere, nec Iurare Interesse ipsius Dotis, nec Iurium suorum Dotalium pro eo tempore, pro quo, ipsa Mulier, alimentata fuerit, à Debitore Dotis, vel aliter ex Bonis ipsius Debitoris, siue Alimenta, sibi debeantur, ex Testamento, siue ab Intestato.

Et præsens Statutum non comprehendat Caussam Cambii pecuniæ.

Realiter quando dicatur, Socy. ɔs°. 19. col. 1. lib. 2.

Augumentum regulatur secũdum Naturam Dotis. l. etiã. in fi. C. de Iur. dot. Iux. Dispositionem Stat. primi Indicti de Alimentis.

An autem computentur fructus in Sortem. Alex. in. l. si constante, col. antepe. ɔs. Item in quantũ, Sol. ma. & ɔs. 141. col. 2. lib. 5.

An liget Clericos, Alex. ɔs°. 93. col. 1. & 2. lib. 2. Com. ɔs°. 139. Sal. in Auct. Generaliter, col. 1. C. de Epis, & Cler. Socy. in. c. ꝗ Clericis, col. pen. de fo. compet.

De Satisdatione Praestanda per non Suppositum.

Cap. xliiij.

SI quis nõ Suppositus de Iure, Iurisdictioni Domini Potestatis, & Communis Mediolani, cõuenerit aliquem Suppositum Iurisdictioni Domini Potestatis, & Communis Mediolani, teneatur, idonee satisdare de expensis restituẽdis, si succubuerit in Caussa, & de omni pœna soluenda, in quam incurreret, occasione Cõtumaciç, seu Inobedientiç, & de non declinando Forum, ratione præmissarum expensarum, & pçnarum, & si recõueniatur, Dato prius Libello, & præstito Sacramẽto per Reconuenientem, ꝙ nõ calumniandi animo sit Reconuentio, teneatur taliter Reconuẽtus satisdare, vt supra, de Iudicio sisti, & de Iudicato soluendo, Alioqui taliter non Suppositus ab agendo repellatur.

Vide infra, Capite. 122. NON CONCEDATVR, folio. 58. à Tergo.

Vide etiam Capite 64. MVLIER QVAE, à Fronte.

Vide in Nouiss. cap. 129. IN OMNIBVS PRAEPARATORIIS, fol. 57. à Frõte.

Vide in Nouiss. Cap. 488. QVILIBET CIVITATIS, folio. 58. à Tergo.

Vide etiam circà satisdationem præst. Constit. sub Tit°. de foro Competenti, fol. 41. à Tergo.
Vide supra. Cap. 32. Ordinis positi, fol. 11. à Terg.
Idonea Cautio, est arb. Iudici, Barth. Sing. in l. vniuersa, C. de precibus Imperat. Off. col. fi.

An Processus tamen factus valeat, Alex. in term. huius Stat. cons. 37. col. p°. vol. Cūm g°. lib. 2.
Et quid si fuit oblata verbaliter, & non præstita Alex. cons. 21. col. fi. vol. nūc. viden. lib. p°.
Vide etiam Alex. cons°. 64. ad finem lib. 4. Et la. declarat Dec. cons°. 275. col. 2
Et, q̄ peti debeat, Socy. cons. 19. lib. 3.
Vide suprà sub Titulo de Electione habitaculi, capite. 18. OMNES ET SINGVLI, folio. 14. à Fronte.

Idem fit in eo non Supposito, vt suprà, qui comparuerit, ratione sui Iuris, & Interesse, vel alio modo, ad contradicendum, vel suscipiendum Defensionem alicuius Rei. Et idem etiam habeat locum in quolibet nō Supposito, vt suprà, Petente Exequutionem fieri contrà Suppositum, vt supra, coràm quocunq; Iusdicente, Officiali, vel Exequutore. Et prædicta habeant etiam locum in quibuscunq; Terris Ducatus Mediolani separatam, vel limitatam Iurisdictionem habentibus, singulariter referendo.

De satisdatione facienda per Foresterium, qui conveniatur.

Cap. xlv.

Vide Statutū præcedens.
Vide infra sub Tit°. de satisdatione non substinen. capite. 63. IN CASIBVS, fol 20. à Fronte.
Vide infra sub Tit° de scriptis manu deb. capite. 96. OMNES SCRIPTVRAE, folio. 32. à Tergo.

SI quis suppositus Iurisdictioni Cōmunis Mediolani cōuenerit, vel conuenire voluerit aliquem Foresterium in Ciuitate Mediolani, in casibus à iure concessis, Iusdicens, sub quo vocatus fuerit dictus Foresterius, statim teneatur, & debeat cogere Foresterium ad satisdandum, de Iudicio sisti, & Iudicato soluendo, omnibus Iuris Remedijs, quibus melius poterit.

Et hoc habeat locum, si Instrumentum Debiti appareat, vel Scriptura scripta, vel subscripta manu Debitoris, & verificata, vel aliter liquida.

Quis erit Iudex? Barth. in l. Societatem. §. Arbitrorum, col. 3. ad fi. & Col. seq. pro socio.

De libellis exhibitoriis, seu praeventoriis.

Cap. xlvj.

AMPLIATIO.
Vt in Nouis. sub Tit°. Additio Statuti, capite. 206. STATVITVR, fol. 67. à Tergo.
Statuitur, q̄ Disposita in hoc Statuto, habeant etiam locum in quocunq; Actu Iudiciali, vel Impedimento, qui, vel quod fieret ante Exequutionem Impetratam.

QVOD nullus, Iusdicens Libellum aliquem exhibitorium ex quacunq; Caussa, deinceps porrigendum, admittat, nec eius occasione Exequutionem differat, vel omittat, nisi priùs, si, id quod in ipso Libello deducitur, fuerit à libris centum Imperialium infrà, pars ipsa eiusmodi

Libellum porrigens deposuerit penes Campsorem idoneum, per eum coràm quo talis Libellus porrigetur, eligendum, libras decem Imperialium. Et, si fuerit à libris cẽtum, vsq; ad ducentum, libras sexdecim Imperialium.

À libris verò ducentis, vsq; in quingentas, libras viginti quinq; Imperialium.

À libris quingentis suprà, vsq; ad omnem aliam Summam libras quadraginta Imperialium, quę Denariorum quantitates, Lucro cedant Parti, contrà quam Libellus ipse productus fuerit, & in Caussa obtinuerit, & vltrà Summam depositam, ille, qui talẽ Libellum produxerit, & in Caussa succubuerit, cõdemnetur in expensis integraliter, ad quarum expensarum Solutionem, compellatur, vltrà summam depositam, omnibus Iuris Remediis, omni Exceptione, Reclamatione, & Appellatione, remotis.

Et, q; præsens Statutum, seu Productio Libelli exhibitorij, nõ habeat locum in Casibus, vbi exhiberetur Libellus super eo, de quo appareret Sententia, quæ in Rem transiuisset Iudicatam, & quæ de Iure mereretur Exequutionem, vel Transactio iurata, vel Arbitramenta, quæ in Rem trãsiuerint Iudicatam, vel per Partes emologata.

Etiam intelligantur Arbitramenta transiuisse in Rem iudicatam, quando de eis, ex forma præsentium Statutorum, peti non potest Reuisio, vel per Iuramentum delatum à Parte Parti, & præstitum, vel habitum pro Relato, & exindè per Partem Iurato coràm Iudice, Arbitro, vel Arbitratore, vel Consultore.

Et, q; Instantia ipsius Libelli exhibitorij, non possit durare vltrà Dies quindecim vtiles, In quorum Tempore, & Termino, si non fuerit per Agẽtem probatum, quod erat Fundamentum Petitionis suæ, pro eis, Exhibitione, seu Prouẽtione, Talis Exhibitio Libelli, seu Præuentio, Habeatur, Ipso Iure, & Facto, pro non Facta, & non Exhibita, & in

Quid si Depositum non fuerit per Partem Petitum. P. de. C°. in. l pen. §. fi. in fi. ff. de leg. 2.

No. Cautelam, quam ad propositum ponit Ang. In. l. 4. §. ait prætor. ff. de Re iud.

Vide Constitut. folio. 39. à Tergo NON ADMITTERE DEBENT IVDICES sub Tit°. DE IVDICIIS.

tali casu fiat Exequutio eius, super quo facta erat Exhibitio, seu Præuentio, perindè, ac si ipsa Exhibitio, & Præuentio, facta non fuisset, & amplius, ad talem Exhibitionem, seu præuentionem, non admittatur, & Depositum relaxetur Reo, omni Exceptione remota.

De Summaria Ratione facienda in certis Casibus.

Cap. xlvij.

DOMINVS Potestas, & quilibet Exercens Iurisdictionem possit, & debeat summariè, Simpliciter, & de Plano, & sine Strepitu, & Figura Iudicij, & omni Solemnitate Iuris, & Statutorum respiciente Ordinem procedendi tantùm, Omissa, audire, examinare, cognoscere, & diffinire de Omnibus, & singulis, Quæstionibus, Caussis, & Litibus Alimentorum præsentium, & futurorum, & Legatorum factorum ad Pias Caussas.

Et etiam Exequutiones de prædictis, & quolibet eorum, facere, & omni Die, Feriato, & non Feriato, exceptis Ferijs introductis in Honorem Dei, vel Sanctorum, non obstantibus aliquibus Statutis, Prouisionibus, & Ordinamentis Communis Mediolani, vel alijs Iuribus in Contrarium, factis, vel quæ fierent.

Et in hoc Casu, etiam non Subditi Iurisdictioni Potestatis Mediolani, gaudeant Beneficio Statutorum Communis Mediolani, dummodò satisdent secundum Formam horum Statutorum.

Idem, habeat locum in omnibus, & per omnia, in Caussis, & Litibus, & Quæstionibus Pupillorum, Viduarum, Orphanorum, Minorum annis viginti, & Miserabilium Personarum.

Vide infrà de Exequutione Vltimarum Voluntatũ, cap. 155. NVLLVS MAGISTRATVS, fol. 53 à Tergo.
Vide suprà de Instantia, & Termino Caussarum, quæ summariè expediri debent, Cap. 25. CAVSSAE, fol. 8. à Terg.
Vide in Nouis, cap. 202. IN CAVSSIS, fol. 65. à Fronte, & à Tergo.
Caussę summarię, an habeant Instantiã, Socy. cõs. 95. col 2. lib. p°.
An Caussa Appellationis etiam sit Sũmaria, Dec. in cap. cùm Te, in p°. no. de Off. Deleg.
Et an Statutum Vigens in Caussa principali, vigeat etiam in Caussa Appellationis, Alex. cõs°. 96. lib. 2.
Quomodò Intelligatur, Vide infra, Capite. 121. QVIA SAEPE. fol. 45. à Tergo.
Et Alex. cõs°. 66. col. fi. vs. nec obst. lib. p°.
Hoc Statutum correctum est, vt In Nouis, cap. 204. STATVTVM. §. STATVITVR, fol. 66. à Fronte.
An Videatur Priuilegium datum Personis, aut Caussis. L. Tempus, de Re Iud. L. ex Pluribus, de Ad. Tut. Et An Transeat ad quæcunq. L. in omnibus, la. j. de Reg. Iur, Bal. cõs°. 485. lib. p°.

Ita tamen, q̄ non intelligatur, per hoc, derogatum Statuto de Sapientibus dandis, nec Ordinibus de Compromissis faciendis, vbi Caussa excedat Summam, seu Valorem librarum centum Imperialium.

QVOD QVILIBET EXERCENS IVRISDICTIONEM POSSIT SVMMARIE COGNOSCERE IN CERTIS CASIBVS.

CAP. LXVIIJ.

De Instantia Caussarum Summariarum, Vide suprà, Capite. 25. CAVSSAE, fol. 8. à Tergo.

Non Appelletur, Vide infrà, Cap. 147. Appellari non possit, folio. 49. à Tergo.

Quid si plures Summę libr. coaceruentur, an Appelletur, Alex. cs°. 112. col. p°. lib. 5°.

QVILIBET Exercens Iurisdictionem in Ciuitate, & Ducatu Mediolani possit cognoscere, & diffinire summariè, & de Facto, & prout sibi videbitur pro meliori, de Caussis Mercedum, non excedentibus Quantitatem, seu Valorem librarum quinquaginta Imperialium, & de alijs Caussis non excedentibus quantitatem, seu valorem librarum decem Imperialium.

In Caussis verò non excedentibus Quantitatem, seu Valorem librarum vigintiquinq; Imperialium procedatur summariè, sine strepitu, & figura Iudicij.

De Capitulis dandis ante Receptionem Testium, Vide infrà, Cap. 85. Testes. fol. 34. à Tergo.

DE CAPITVLIS, ET ARTICVLIS INTENTIONVM ADMITTENDIS.

CAP. XLIX.

Quo Tempore produci debeant, Vide in Nouiss. Cap. 184. SI CONTINGAT, folio. 59. à Tergo.

In Dubio sunt admittenda cū ista reseruatione. Gl. in. c. cum contingat in gl. prin. de off. Deleg. Bal. cs°. 143. circà fin. in 2°. lib.

Quod dicatur, Butr. In. c. cū in Vet. col. 2. vs. quoniā, donec, de plect. Bart. La. in. l. nō solū §. Morte col. pen. vs. Nunc vid. de operis, no. nunciat.

CAPITVLA, seu Articuli Intentionum admittantur, & admissa sint, Ipso Iure, & super eis Testes recipiantur, saluo Iure Impertinentium, & non admittendorum, & opponendi contrà Personas, & dicta Testium, Tempore Disputationis diffinitiuæ Sententiæ.

Non obstante Statuto, de Sapientibus dandis, dumtamen, Capitula, seu Articuli Intentionum producantur tempore congruo

Quę seruanda sint in Capitulis producen. ad probandum Confessionem, vel Protestationem. Vide Cōstitutiones, sub Tit°. de Probationibus. §. ET, QVIA PLERVNQVE, &. §. seq. fol. 43. à Terg.

De Sacramento praestando per Creditorem, non obstante Renuntiacione apposita in Instrumento.

Cap. L.

SI quis confessus fuerit se pecuniam, vel aliam Rem accepisse, renunciando Exceptioni non numeratæ pecuniæ, vel non habitæ alterius Rei, quæ ferè semper in Instrumentis inseritur, & eò, qui confessus fuerit, vt suprà, negante pecuniam, seu aliam Rem, habuisse, cogatur ille, qui debuit, dedisse pecuniam, vel Rem, Iurare se pecuniam, vel Rem dedisse, vel illi, qui Confessus fuerit referre, & Hoc infrà Biennium tantùm.

Saluò, quod Iurare Debens, vt suprà, possit Iurare Caussam esse mutatam, illam declarando, & super dependentibus, & connexis, secundum Formam Statuti de Iureiurando.

De Sacramento super Expensis, et Damnis promissis in Instrumento.

Pactū de stādo Sacramēto alicuiꝰ, vel eiꝰ simplici verbo super expensis, & Interesse, an valeat, Alb. in. l. si quis in conscrib. col. pen. vs. & prædicta etiam. C. de Episcopis, & Cle. vbi. Attestatur de Communi, & limitat, nisi immoderatè Iuraret, & Ia. Bart. in. l. si. ff. de. pręt. stip. Alex. cōs°. 67. col. fi. in prin. lib. 2. & cōs°. 113. col. 2. lib. 4.
Vide suprà, cap. 43. IN CASIBVS, sub Tit°. de Damno, & Interesse, fol. 16. à Tergo.

Cap. Lj.

SI Debitor promittat in Instrumento omnes Expensas, ac Damna se Daturum, absque Sacramento Creditoris, non tamen cogatur prædicta soluere, etiam, si Creditor habeat Fundatam Intentionem suam super Expensis, & Damnis promissis in Instrumento, nisi Creditor iurauerit.

Quod Iuramentum tamen possit moderari per Iudicem, si sibi videbitur.

Non intelligatur tamèn sublata facultas rouocandi ipsam Promissionem, eàtenus, quàtenus de Iure fieri possit.

De Instrumento, vel Scriptura productis per unam ex Partibus, quod possit uti per eius adversarium.

Cap. LII.

SI Instrumentum, vel Scriptura, seu productum, vel producta, vel exhibitum, vel exhibita, per aliquam ex Partibus, in totum, vel pro Parte, possit Aduersarius, etiam illo Instrumento, seu Scriptura, in toto, vel in parte, vti, per se, ac si per eum foret productum, vel producta, si dicat se velle vti eo Instrumento, vel ea Scriptura, in toto, vel in parte.

De Exib. Instrumentorũ Vide infrà, capit. 79. SI IN ALIQVA PARTE, fol. 28. à Tergo. Clausula in Parte, & Partibus, qd operetur, Ia. Fel. In. c. Cùm Venerabilis, col. 6. & 7. de Except. & Ias. In. l. 1. §. ęditiones, col. fi. de ędendo.

De satisdatione non Sustinentis, vel non Suppositi Domino Potestati Mediolani.

Cap. LIII.

IN casibus, in quibus, non Sustinens, vel non Suppositus Domino Potestati Mediolani, satisdat in Caussa Ciuili, vel Criminali, teneatur dare idoneum Fideiussorem Suppositum Domino Potestati, qui de toto, & primo loco, principaliter, & Insolidùm conueniri possit, etiam nulla facta Conuentione, vel Excussione, contrà Principalem, nec eius Bona.

Et, si contigerit non Sustinentem, vel non Suppositum petere Restitutionem in Integrum, aliquo Iure, aduersùs, vel contrà aliquam Sententiam Interloquutoriam, in qua succumberet, nihilominùs compelli possit, & compellatur dictus Fideiussor ad expensas, quas fecerit Sustinens, vel Suppositus, occasione illius Sententiæ, non obstante Pendentia Litis illius Restitutionis, & non obstante, q̃ ille non Sustinens, seu non Suppositus, non fuerit primò conuentus, nec eius Bona fuerint excussa.

Vide suprà Statutum de Satisda. faci. Cap. 45. SI QVIS, Sub. Tit. de Satisdatione facien. fol. 17. à Tergo.
Vide suprà capite. 44. SI QVIS, sub. Tit°. de Satisdation. pręstan. per nõ suppos. fol. 17. à Fronte.
Vide infrà Capite. 172. NON CONCEDATVR, sub Tit°. qualiter Præceptum exequutiuum non debet cõcedi, fol. 58. à Tergo.

De Pęnis, quæ accrescũt Negantibus, Vide in.l. contrà, q propriam. C. de non numerata pecunia, Et Alex. In.l. Hęreditatum. §. 1. ad.l.Falc. Vide in Nouis.capite.195. SI QVIS. Sub Tit°. De Pęna negantis propriam Scripturã. fol.62. à Fronte.

Quomodò probetur, quãdo propè, vel quando de Longinquo dicitur, euenisse, Vide Bart. In. l. Si quidẽ omnes.c. Sol. ma. & Ia.Corn.cs.10.in lib.p°

De poena Negantis aliquem esse mortuum.

Cap. Liiij.

SI quis negauerit aliquem esse mortuum, Et probatum fuerit, q erat mortuus, Ipso Iure, sit Condemnatus in libris decem Imperialium, & in Expensis, quæ omnia applicentur Parti Aduersę, nec audiatur taliter Negans, facta probatione, donec soluerit prædicta.

Et intelligatur negasse, etiam, qui per se, vel per Procuratorem generalem, vel Specialem, vel aliam legitimam Personam, respondit non credere.

Quid operet, Vide Math. no.8 2. post Ang. in.l.nõ solũ, ad fi. de Rei Vend. Alex.cs°.34. ad fi. lib. 3.

In Interloquutoria Sũccumbens condemnatur in duplicatis expensis, vt suprà, Cap. 41. COMMISSIO. folio. 14. à tergo, & in fine.

Ad hoc Statutum, Vide Constitut. Sub Tit°. de Iudic. §. OMNES, fol.37. a frõte. Et §. VBI VERO.

Alex. & Ias. in. l. properã. §. sin autem, in. 2. & 3. col, C. de Iud.

Quod Victus, Victori condemnetur in Expensis.

Cap. Lv.

IN omnibus Caussis, Victus, Victori condemnetur in expensis, secundum Determinationem Iuris Communis.

Et, si Iudex, vel Consultor, vel Delegatus, in Sententia sua absoluerit Victum, propter iustam Caussam litigandi, hoc facere possit, si Iudex, vel Consultor, vel Delegatus Iurauerit in tali Absolutione, ad Sancta Dei Euangelia, manibus corporaliter tactis scripturis, sibi videri dictum Victum habuisse iustam Caussam litigandi.

Et hoc, sub pęna librarum quinquaginta Imperialium, quam pęnam, Ipso Iure, & facto, ipse talis Iudex, seu Consultor, & Delegatus, incurrat, quarum Medietas, perueniat in Commune Mediolani, & altera Medietas, in Victorem.

De Exequutione Expensarum, et earum Taxatione.

Cap. Lvj.

SI quis Condemnatus fuerit in Expensis Litis, expressa earum quantitate, vel nulla expressa earum quantitate, aut

reſeruata earum Taxatione in Sententia, vel Arbitramentis, Iudices ordinarij, teneantur ſummariè, abſque aliquo ſtrepitu, & figura Iudicij, per omnia Iuris remedia, etiam per Capturam perſonæ, cogere illum Condemnatum ad dandum, & ſoluendum Victori prædictas Expenſas Taxatas.

Expenſę an probentur Iuramēto, p̄ęuia Taxatione Iudicis. Mod. in. l. fi. §. in Cōputat. C. de Iur. delib. Et an ſi Iudex, qui reſeruauit ſibi Taxationem Expenſarum, & poſteà Taxauit, poſſit Taxationē reuocare, Inno. & Bal. quos refert, Iaſ. in. l. 1. col. 1. in fi. C. de Iud.

Ad ſolutionem verò Expenſarum non Taxatarum, vel reſeruatarum, cogant, vt ſuprà, poſtquàm Taxatæ fuerint per Notarium Partium Confidentem, vel vnius in Contumaciam alterius, eligendum per Dominum Poteſtatem Mediolani, vel alium Iuſdicentem, infrà triduùm pòſt Requiſitionem.

Qui Notarius, infrà decem dies, pòſt factam ſibi Commiſſionem, Sacramento ſuo, de Credulitate, faciat ipſam Taxationem.

Et hoc, vbi Victor aſſerat quantitatem Expenſarum, excedere quantitatem librarum quinq; Imperialium.

Quando verò aſſerat eas non excedere dictam ſummam, ſtetur Sacramento ipſius Victoris.

Si verò contingeret aliquem in eius Sententia, vel Arbitramento, reſeruare Ius petendi Expenſas, ea in Cauſſa factas, pro eis experiri poſſit, coràm Ordinario, & in prædictis ſummariè procedatur.

Et prædicta habeāt locum, tàm in Ciuili, quàm in Criminali.

Vide Cōſtitut. ſub. Tit°. de Iudic. §. POSSVNT TAMEN, folio. 37. à Fronte.

De Sapientibus dandis.

Cap. Lvij.

An detur de Iur. Cōm. Signor. cōſ°. 56. ad finem.

An teneatur ſequi, Conſi'ium Sapientis. Ant. de Butr. Sign. in. c. Cùm olim, de Arbitr. col. fi. Et An poſſit retractari per Conſ. alterius magis periti, Ant. de Butr. in. c. propoſuiſti, c°. fi. de Prob.

IN qualibet Cauſſa Ordinaria, vel Summaria, vertente, & quæ verti contigerit, coràm quocunq; Iuſdicente, ſi petitū fuerit Conſiliū Sapiētis, per aliquàm Partiū, teneatur ipſe Iuſdicens, etiā ſi fuerit Delegatus, Cauſſam ipſam cōmittere Partiū Cōfidenti, vel vnius in Cōtumaciā alterius

Vt suprà, Capite. 25. CAVSAE, fol. 9. à Terg.
Si tamen Coràm Ordinario posteà, an vid. renũciasse Petitioni. Ang. cs°. 132. col. 4. vs. 2. est obiectum.
De Iur. Secus. l. ex illo tẽpore, vbi Bart. C. de Appell. & in. l. 1. §. 1. in p°. op. ff. eo.
An possit confirmari Ia. Alex. cs. 59. lib. 2. & in terminis huius Stat. cs°. 59. lib. 4. aliter tamẽ. cs. 122. ad fi. lib. 2°.
Simile Stat. habes suprà, capite. 27. DEINDE, fol. 10. à Fronte.
Et an Consensu Partium possit omitti, Ias. in. l. pen. col. 6. C. de Pactis.

de Collegio Iudicum Mediolani, elapsis temporibus probationum, Saluò, si de Partium consensu, contigerit, perito ipso Consilio Sapientis, fieri Commissionem Partium Confidenti, vt supra, antequàm lapsa sint tẽpora probationum, tùnc possint, coram ipso Consultore, Probationes, & alia, fieri, & expediri, quę fieri potuissent coràm Iudice Ordinario, etiam si fuerit Delegatus.

Et, si post lapsa tempora probationum, Iusdicens, etiam Delegatus, vt supra, denegauerit, vel non dederit ipsum Consilium Sapientis, Sententia diffinitiua exindè lata, non valeat, nec teneat, & sit, Ipso Iure, nulla, & vlteriùs, ipse Iusdicens, & vt supra, Ipso Iure, & facto, incurrat pęnam librarum quinquaginta Imperialium, applicandarum pro medietate Communi Mediolani, & pro altera Parti, quæ petierit ipsum Consilium.

Quam pęnam teneatur quilibet Iusdicens, qui requisitus fuerit præcisè exigere, alioqui perdat de suo Salario libras quinquaginta Imperialium, pro qualibet vice, qua neglexerit dictam pęnam exigere.

Et possit, de prędictis, ipse Iusdicens, & vt suprà, Syndicari, etiam durante Officio,

Et Notarius, qui indè fuerit Requisitus, teneatur de prædictis conficere Instrumẽtum, vel Actum, sub pęna librarum decem Imperialium, pro qualibet vice, applicandarum, vt suprà.

Et hoc Statutum sit pręcisum, & præcisè obseruetur.

Quid operẽtur ista verba, Tradit. Fel. in. c. 2. col. 10. de rescrip. & lat. Ias. in. l. Omnes pop. col. pen. & fi. de Iust. & Iu. Alex. qui Decl. . cs°. 8. col. 2. ad fi. & seq. lib. p°.

Et prædicta non habeant locum in Caussis Ciuilibus, vbi Consilium Sapientis sit sublatum per Statuta Communis Mediolani, vel Decreta Ducalia, Nec in Caussis Criminalibus, nec in Caussis Mercatorum, nec in Delegationibus, quæ fient alicui, vel aliquibus de Collegio Dominorum Iurisperitorum Mediolani.

DE EODEM.

CAP. LVIII.

IN quibuscunq; Caussis Ordinarijs, vel Extraordinarijs etiam summariè, motis, seu mouendis in Ciuitate, seu Ducatu Mediolani coràm quocunq; Iusdicente, etiam, si fuerit Delegatus, in quibus petitum fuerit Consilium Sapientis super aliquo Articulo emergenti, incidenti, dependenti, connexo, vel Orienti, aut Dubio, ac etiam in Grauaminibus, quæ interponi contingant, non teneatur, nec debeat, Iusdicens ipsum Consilium dare, nisi Processerit de voluntate vtriusq; Partis, vel, nisi Pars altera tantùm petens, deponat apud Campsorem idoneum, eligendum per Iudicem, Salarium Sapientis Requisiti, Arbitrio Iudicis, coràm quo petitum sit, Taxandum ea die, qua petitum fuerit ipsum Consilium, vel die sequenti Iuridica, inspecta qualitate facti, & Personarum, & ea die, vel sequenti, vt suprà, deponendum, à qua Taxatione, non possit appellari, Querelari, Aggrauari, nec Officium Iudicis implorari, nec de Nullitate dici, nec alio, quouismodo, excipi.

An in Emergentibus Detur Instantia, Ias. in. l. properan. in princ. in. 6. no. C. de Iud.

Quãdo Appellatur, à mera Interloquutoria, quid sit seruandum, & de eius Instantia, Vide in Nouiss. cap. 156. APPELLANS, fol. 62. à terg.

De Grauamine Pręcepti & Interloquutoriæ, Vide Infrà, Capite. 149. SI QVIS, fol. 51. à Frõte.

Et vltrà hoc, deponere teneatur, vt suprà, libras sex Imperialium dandas Aduersario, contrà quem petitum fuerit Consilium Sapientis, si succubuerit in eo, super quo, petitum fuerit Consilium.

Vlterius, idem Petens dictum Consilium, & Succumbens, vt suprà, condemnetur in Expensis, ea Occasione, factis, omni exceptione remota.

Et, si ipsum Consilium denegatum fuerit, vel non concessum per Iusdicentem, & vt supra, pro eo, quod Petens Consilium, prædictis non satisfecerit, nihilominus Processus posteà factus, valeat, & teneat, & Iusdicens, vt suprà, Denegans, vel non Concedens, nullam pęnam incurrat.

Si verò de voluntate vtriusq; Partis petitum fuerit, ipsum Consilium, vel altera Partium Petens Consilium, prædicta obseruauerit, teneatur Iusdicens committere Articulum, vel Grauamen alicui de Collegio Iudicum Mediolani, Partium Confidenti, vel vnius tantum in Contumaciam alterius, ad sibi consulendum in Caussa ipsius Articuli, vel Grauaminis, infrà dies quindecim immediate sequuturos diem factæ Commissionis.

Qui Sapiens nullum Socium petere possit, seu adiunctum, sed ipse solus consulere debeat Articulum sibi Commissum, & durante tali Commissione, Instantia principalis Caussæ stet in suspenso, nec aliqualiter currat tempus ipsius Instantiæ, nec Probationum faciendarum.

DE QVAESTIONIBVS EXTRA COLLEGIVM IVDICVM MEDIOLANI, NON COMMITTENDIS.

CAP. LIX.

Procedit etiam in Caussis forens. Vide in Nouis. Ca. 176. VBI CONTINGAT, Sub Tit°. de Cõmis. faciẽd. fol. 56. à Tergo.

Ad hoc Statutum etiam Videantur Constit. sub Tit°. de Iudic. §. his peractis. fol. 36. à Tergo.

Vbi inter alia disponitur, q; Caussæ nõ possint cõmitti officialibus habentibus Salariũ de publico.

DOMINVS Potestas, & quilibet alius Iusdicens in Ciuitate, & Ducatu Mediolani, non debeant, nec possint cõmittere, nec delegare aliquam Quæstionem Ciuilem consulendam, nec decidendam alicui, nisi sit Residens de Collegio Iudicum Mediolani, nec etiam Assumere, nec eligere aliàs quòquò modo sibi in Consultorem, nec Consiliarium, nec Socium.

Et, si contrafactum fuerit, Sententia, de Consilio alterius, q̃ de Collegio, vt supra, vel per alium, q̃ de Collegio, vt suprã, non valeat.

Et vltrà, Committens condemnetur in libris quinquaginta Imperialium de suo Salario, ad quas compellatur per quẽlibet Iusdicentem, sine aliqua Condemnatione.

Saluò, q; hoc Statutum nõ habeat locum in Caussis Mercatorum vertẽtibus coràm Abbatibus, seu Consulibus eorũ.

Nec in Caussis Datiarijs, in quibus seruentur Ordines sui.
Et saluò, q̃ Quæstio, & Quæstiones Taxationis expensarũ, possint, & debeant committi Notario, seu Notarijs, vt in præcedentibus Statutis continetur.
Et, q̃, quælibet Quæstio, quæ verteretur, quoquomodo, occasione Aquarum, & Aquęductuum, Põtium, Stratarum, & quarumcunq; aliarum seruitutum, tàm vrbanarum, q̃ rusticarũ, & omnes aliæ Quęstiones dependentes ab eisdẽ, vel aliqua ipsarũ, & occasione Diuisionis, & Mẽsurationis quorumcunq; Bonorũ immobiliũ, possint cõmitti, inspecta qualitate Personarũ, & facti, etiam alij, & alijs in similibus expertis, licet non sint de dicto Collegio per quẽlibet Iusdicentẽ, corã quo fuerit Quæstio de prædictis, vel aliqua ipsarũ, & ipsa talis Cõmissio, & Sententia indè lata, perindè valeat, ac si Commissa esset alicui de Collegio Iudicum.

De eodem.

Cap. Lx.

IDEM habeat locum in Delegationibus, Assumptionibus, Electionibus, Associationibus, & q̃ nullus Aduocatus de dicto Collegio audeat, nec præsumat aduocare, nec allegare coràm illo, vel illis, cui, vel quibus, fuerit facta illa Delegatio, vel Commissio, vel de quo facta fuerit Electio, & Assumptio, seu Associatio, contrà prædicta.
Et, si quis Aduocatus contrafecerit, prima vice, sit priuatus Beneficio, & Priuilegio dicti Collegij Mediolani, per Mẽsem vnum, & si perseuerauerit, per annum sit priuatus, saluò, si in præsentibus Statutis reperiatur aliter dispositum.

De Quaestione non committenda Advocato.

Cap. LxI.

ALICVI, qui fuerit Aduocatus alicuius Quęstionis

Idem in Consultoribus, Consulum Iusticiæ, Vide in Nouis. Capite. 54. Cõsules Iusticiæ, sub Titulo de Iurisdictione, & Officio Consulũ Iusticię.

non possit committi, nec compromitti Quæstio illa, de qua fuerit Aduocatus, etiam de voluntate Partium.

Et, si contrafactum fuerit, non valeat, nec teneat, illa Commissio, nec Compromissum per Instrumentum, nec Sententia indè lata, nec Arbitramenta facta valeant, Ipso Iure.

QVÒD FORESTERII REDDENTES IVS NON COGNOSCANT DE CAVSSIS HOMINVM, SVAE TERRAE VEL PROVINCIAE.

CAP. LXIJ.

ALIQVIS Foresterius, Exercens Iurisdictionem in Ciuitate, vel Ducatu Mediolani, non possit audire, seu cognoscere, inuita, vel recusante aliqua ex Partibus, de aliqua Quæstione, seu Caussa, quæ tangat aliquem de illa Ciuitate, vel Districtu, de qua erit ille Exercens Iurisdictionem oriundus, vel Incola, vel Communitatem, vel Vniuersitatem, vndè esset oriundus, vel Incola.

Et, si ille Exercens Iurisdictionem, non esset de Lombardia, nõ possit cognoscere de aliqua Quæstione, Lite, vel Caussa, quæ tangat aliquem, seu aliquam Vniuersitatem de illa Prouincia, de qua esset ille Iusdicens oriundus, vel Incola, &, si contrafactum fuerit, non valeat, nec teneat.

DE HIS, QVIBVS PROHIBITVM EST ADVOCARE, VEL PROCVRARE.

CAP. LXIIJ.

NVLLA Persona, debeat exercere Officium Aduocãdi, vel Procurandi in Caussis, quæ ventilantur in Ciuitate, vel Ducatu Mediolani, nisi supposita Iurisdictioni Domini Potestatis Mediolani, & maior annis viginti.

Saluò, si Quęstio, Lis, vel Caussa fuerit de Foresterio ad Foresterium, vel de Foresterio ad Subditum Iurisdictioni

Domini Poteſtatis Mediolani, ſiue Foreſterius agat, ſiue defendat, tũc in prædictis caſibus, licitum ſit Foreſterio, & Foreſterijs, habere Aduocatũ, aut Aduocatos, & Procuratoré, & Procuratores Foreſterios, & facere eos allegare, & ꝑ eis Procurare in ipſis Cauſſis, Litibus, & Quęſtionibus.

QVALITER MVLIERES CAVSSANTES, SATISDARE DEBENT.

CAP. Lxiiij.

MVLIER, quę habet Maritum, & ſtat in Communi Habitatione cum Marito, ſi contingat eam mouere Quęſtionem contrà aliquam Perſonam, Commune, Capitulum, Collegium, vel Vniuerſitatem, antequàm procedatur in Cauſſa, ſatiſdet Parti aduerſæ, vel alij Perſonæ Recipienti, nomine Partis aduerſę de expenſis, quæ fient in Cauſſa, reſtituendis, ſi ſuccubuerit in Cauſſa

Quæ habeant locum, & ſeruentur in ea Muliere, quæ fuerit habilis ad Satiſdandum, Non autem habeant locum in Muliere, quæ non eſſet Habilis ad ſatiſdandum. Et an ſit Habilis, vel inhabilis, ſtetur arbitrio Iuſdicentis.

An proced. corám Arb. Vide ſuprà ſub Titulo, ꝙ Ordines poſ. Capite. 12. ORDINES POSITI, fol. 11. à Tergo. An proceſſus aliter annulletur, vide ſuprà, ſub. Tit° de Satiſdat, pręſt. per non ſuppoſit, Capite. 44. SI QVIS. fol. 17. à Tergo. Quid ſi Satiſdatio fuerit Verbaliter, ſed realiter nõ pſtita. D. Alex. in Term. huius Stat. pˢ°. 21. lib. p°. col. fi.

QVOD PROCVRATOR, TACITÈ NON REVOCETVR.

CAP. Lxv.

NON reuocetur tacitè, nec reuocatus eſſe intelligatur Procurator, vel Syndicus, ex eo, ꝙ Principalis fuerit, poſteà in Iudicio, ſiue præſente, ſiue abſente Procuratore, vel Syndico, nec aliàs liceat Domino, reuocare in Præiudicium Partis aduerſæ ſuum Procuratorem, vel Syndicum, niſi hoc expreſſe fiat.

Nec obſit, niſi Reuocatio ad Noticiam Partis principalis aduerſæ, expreſsè peruenerit, vel de dicta Reuocatione factũ ſit publicũ Proclama, ad Scalas Palacij illius fori Iudicij.

An per Reſtitutionẽ Inſtrumentorum Inducatr tacita Reuocatio, Lud. Ro. pˢ°. 446. In. 2. Dub. & qualiter faciẽda, Fel. per Regulam. & Fall. in. c. ex Parte decani. col. 4. de Reſcrip. la. Signo. pˢ. 79.

De Nominatione Testium Iurium, vel Scripturarum, existentium extrà Ducatum Mediolani.

Cap. Lxvj.

Vide etiam Constitutio. folio.37. à fronte. §. ET QVIA QVANDOQVE, sub tit. de Iudic.

SI in aliqua Caussa Ciuili, vna Partium nominauerit aliquos Testes per Nomina, & Cognomina, & Loca, in quibus habitant, vel Instrumenta, aut Scripturas, quos, quæ, vel quas asseruerit habere extrà Territorium Ciuitatis Mediolani, & eis, vel aliquo eorum indigere ad Probationem sui Iuris in ipsa Caussa Ciuili, etiam si fuerit Caussa Compromissi, & Iurauerit per se, vel Procuratorem generalem, quod per Maliciam nõ facit talem Nominationem, nec animo protelandi ipsam Litem, sed credens eis Nominatis, vel aliquo eorum indigere ad Probationem Iuris sui, tunc Iusdicens, Commissarius, vel, Delegatus, vel Arbitrator, vel Consultor coram quo vertetur talis Caussa, teneatur, & debeat statuere Terminum competentem, qui non excedat triginta Dies Vtiles dicto taliter Nominanti, ad probandum per ipsos Testes, & Attestationes ipsorum Testium præsentandum, & ad producendum Instrumenta, & Iura nominata, coràm ipso Iudice, vel, vt suprà, qua Nominatione, sic facta, & quo Termino durante, nõ currat Terminus, nec Instantia ipsius Caussæ, nisi quo ad Probationes præsentes faciendas per vtranque Partem.

Ita tamen, quod talis Nominatio non admittatur, nisi fiat, saltẽ per quinque Dies Vtiles, ante finem Termini probandi, vel reprobandi, in quo Termino, tunc esset.

Et durante dicto Termino, vt suprà, dato ei, qui nominasset, vt supra, Pars aduersa possit ad oppositum, etiam ipsam facere Nominationem Testium, Scripturarum, vel Instrumentorum, quos, quas, vel quæ etiã ipsa dicat se habere extrà Ducatum Mediolani, & eis, vel aliquo eorum indigere, & iurare,

& iurare, vt suprà, in alio Nominante dictum est, cui detur Terminus restans alteri Parti, vt suprà, & non vltrà.

Dummodò iste alius Nominans, hanc suam Nominationē faciat, ante lapsum dimidię Partis Termini, & temporis dati alteri Nominanti, ad probandum per Testes Scripturas, vel Iura, quæ dixisset se habere extrà Territorium, vt suprà, qua Nominatione sic facta, per alteram, vel vtranque Partem, vt suprà, eidem nihil possit addi, nec alia noua Nominatio fieri per eandem Partem, vel ambas partes, quæ, vt suprà, Nominationem fecissent.

QVOD NON IVRETVR DE CALVMNIA. CAP. LXVIJ.

QVOD in qualibet Caussa, siue Ordinaria, seu Summaria, vel Compromissi, procedatur, & procedi possit, absque Sacramento Calumniæ, Saluò, prout in præsentibus Statutis continetur.

An Valeat, no. Tex. In. c. Cęterum, de Iur. Cal. & ibi, glo. fi. & la. Cur. in. l. 2. in fine, col. 2ª. C. de Iur. cal.

RVBRICA GENERALIS DE IVDICIIS IN REALI.

DE RE LITIGIOSA NON ALIENANDA. CAP. LXVIIIJ.

QVOD Lite contestata, vel habita pro contestata in Caussis Ciuilibus, quando agitur, Actione Reali, vel mixtà, aut hipothecaria, vel etiam licere ingredi in Possessionem, vigore Pactorum, Durante Instantia Caussæ principalis, vel alicuius Appellationis, non liceat Reo, Rem de qua agitur, alienare, nec aliquem Contractum, nec Distractum Alienationis Dominij, vel Possessionis ipsius Rei, inter viuos, volunrariè facere.

Idem de Iur. Cōmuni. l. fi. C. de litig. la. Bal. in. l. cogi. col. 2. v. Iuxtà hoc quęro. C. de Pet. Hęred. & de Castro Communi, & litigioso vēd. Ias. in. l. Sero in electione. §. labeo. col. 4. vs. Cōfirmo, de leg. 1.

Et, si Contrafactum fuerit in aliquo, vt suprà, id sit, Ipso Iure, nullum, & pro nullo habeatur.

Et præmissa habeant locum, etiam si Caussa sit coràm Arbitratore, vel Arbitratoribus, ac Arbitramentorum Reuisore, seu Reuisoribus.

Idem, etiam habeat locum, ante Litem contestatam, vel habitam pro contestata, si Interrogatio, ante ipsam Litis Contestationem, fieri contingat, & eidem, Responsio facta fuerit, se tenere, vel possidere, aut in Contumaciam Interrogati, pronunciata fuerit Interrogatio, pro confessata.

De Materia, la. Bart. in. l. 2. C. vbi in Rem act. & la. resumit Butr. in. c. quoniam frequenter. §. quòd si super, vt lite nõ cõtest. Et An Procurator ad Caussas possit nominare, Inno. In. d. c. col. pe. ꝟs. possid. Vide infrà, Capite, 230. PRO DEBITO, sub Tit°. Quòd pro Debito, vel occasione Fictabilis, Massarius, fol. 79. à Fronte.

QVÒD NOMINANS DOMINVM IN IVDICIO, DENVNCIET NOMINATO.

CAP. LXIX.

SI quis, Reali actione, Conuentus, aliquem Nominauerit in Dominum in Iudicio, hoc Denunciare debeat, & teneatur, Nominato, infrà Terminum à Iudice statuendum, quo Termino durante, Instantia Caussæ non currat, nisi in eo Termino, Nominatus comparuerit, & fecerit sibi Incumbentia, ex Forma præsentium Statutorum, quod ei liceat. Et eo tunc, Terminus Instantię currat, sed Nominans, & Detinens Rem, per hoc non eximatur de Iudicio, nisi Nominatus susceperit Iudicium, coràm illo Iusdicente, coràm quo Iudicium agitabitur, & non prosit alicui Laico Nominato, dicere, ego sum Paratus defendere coràm Iudice meo, sed procedi possit contrà Detinentem, vt suprà, si placuerit Actori, sed & Nominans, & Nominatus teneatur Iurare, ꝙ Nominatio, nec Susceptio, non sit per Maliciam, nec in Fraudem.

DE EODEM.

CAP. LXX.

Bart. in. l. 2. col. 2. ꝟs. quæro, vtrùm Cõuentus, C. vbi in Rem Act.

IDEM habeat locum, si agatur mixta, vel licere ingredi, vt suprà, vel actione hypothecaria.

Et præmissa quoque habeant locum in Compromisso necessario.

De Satisdatione praestanda, per Defensorem.

Cap. Lxxj.

SI conueniatur aliquis, aliqua Reali Actione, vel mixta, & alius se offerat tanquam Defensor, talis Defensor non admittatur, nisi satisdet, & satisdare teneatur in primo Litis Exordio, de Iudicato soluendo, & de Re petita restituenda, aut duplum Aestimationis ipsius, & si contingat talem Defensorem in Caussa succumbere, condemnetur ad Rem petitam restituendam, aut duplum Aestimationis Rei petitæ, infra tempus, à Iure, vel à Iudice, Statutum, & tùnc, nihilominus, Petitor, possit petere, & consequi Rem à vero Possessore, cum expensis Litis, si non exegerit ipsum duplum, aut si ipsum exegisset, & eo restituente, ipsum exactum duplum, verò Possessori.

Vide suprà, capite. 44. SI QVIS, Sub Tit°. de Satisd. pręst. §. Idem sit, fol. 17. à terg. & in prin.
An Defendens alium ex necessitate possit vti Exceptionibus ex persona propria, Tex. est, quem, ità summat. Bart. in. l. Idemq. §. Generaliter, ff. Mandati.

De Sententia Exequutioni mandanda contra Defensum, et Defensorem et in Re Defensa.

Cap. Lxxij.

SI quis obtulerit se Defensioni alicuius Conuenti, actione Reali, vel mixta, aut Hypothecaria, vel in Possessorio, Sententia indè lata, condemnato Defensore, mandetur Exequutioni, contrà Defensum, & in Re ipsa, de qua agi contingat, & contrà Defensorem, donec Exequutio effectum sortita fuerit.

Vide infrà, Capite. 160. SENTENTIA LATA, sub Tit°. Qualiter Sententia Mandetur Exequutioni. Fol. 54. à Tergo.
Quando, Quis dicatur legitimè defendisse. Bal. in l. Ingenuum in. 2°. q. de sta. hom.

RVBRICA GENERALIS. DE INTERROGATIONIBVS.

Interrogationes in Dubio sunt admittendę, Quia melius est friuolas recipere, quàm vnam necessariam respuere, Specul. in Tit°. de off. Omn. Iud. §. Postremò. vs. Si autem fiant aliquę Positiones.

Non respondens An habeatur pro Confesso, Ipso Iure, Vide in Nouis. Capite. 95. SI QVIS. fol. 62. à fronte. §. Idem habeat, à terg. & in prin.

De Responsione facienda certis Interrogationibus.

CA. Lxxiij.

INTERROGATVS Reus, an possideat Rem, de qua quæritur, coràm aliquo Iusdicente, Ordinario, vel Delegato, aut Aliquo Arbitro, vel Arbitratore, in quacũq; Causa Ordinaria, vel Summaria, nõn possit opponere aliquã Exceptionem, antequàm respondeat clarè, & sine aliqua Condictione, se possidere, vel non possidere Rem, de qua quæritur, &, si pro Parte, pro qua, & quanta Parte.

De eodem.

Cap. Lxxiiij.

Istæ admittũtur, quia plerunq; Aditio est difficilis Probationis. l. 2. & 3. ff. eo, Vide infrà cap. 84. SI QVIS, sub Tit°. de pęna Negãtis Possition. Filiation. fol. 30. à Tergo.

INTERROGATVS Reus, an sit Hęres, vel non, illius, de quo quæritur, non possit opponere aliquam Exceptionem, antequàm respondeat clare, & sine aliqua Condictione, se esse Hæredem, vel non esse Hæredem illius, de quo quæritur, & si pro Parte, pro qua, & quanta Parte.

De eodem.

Cap. Lxxv.

Semel Interrogatus non est amplius interrogandus, Bal. in. l. Ampliorẽ. §. in Refutatoriis, per illum Tex. C. de Appell. Et in. l. 2. §. q; obseruari. col. pe. vs. Item sunt, & alię. C. de Iura. cal. Et hoc, nisi interrogatio esset nulla, Rom. In. l. qui per salutem, de Iur. Iur. Vide infrà, cap. 96. OMNES SCRIPTVRAE, sub Tit°. De scriptis, manu Debitoris factis, fol. 32. à Tergo.

INTERROGATVS in Scriptis, an sit Hæres, vel an se immiscuit de Hæreditate, vel immiscere vult, vel non, & vtrum Insolidum, vel pro Parte, & vtrùm ab Intestato, vel ex Testamento, & vtrum mediante alio, vel immediatè, & vtrum possideat, seu quasi aliquam Rem, seu Ius, in totum, vel pro Parte, & an suo, vel alieno Nomine, & vtrùm scripserit, vel subscripserit manu propria aliquam Scripturam, vel eam per alium scribi, vel subscribi fecerit, Respondere teneatur, clare, & sine Cõdictione in quacunq; Parte Litis.

Vide etiam in Nouis. cap. 195. SI QVIS, sub Tit°. de pęna Negant. prop. scrip. fol. 62. à Fronte, An paria Sint non respondere, vel confusè, aut obscure respondere Matia, 7s°. 24. col. 11. lib. p°.

Controuersiç, seu Quæstionis, etiam ante Libellum, seu Petitionem, & tùnc, quando ante Libellum, seu Petitionem Inseratur Interrogationi, Caussa, quare interrogatur.

Et idem sit in omnibus alijs Interrogationibus, in quibus Interrogatus de Iure Communi respondere tenetur.

Et ad hoc Interrogatus respondere compellatur, per omnia Iuris remedia, non obstante Statuto de Sapientibus dandis, nec aliqua Exceptione, vel Denũciatione, qualiscunq; esse posset Exceptio, vel Denunciatio, etiam, quisquis esse velit Interrogans, sed saluis omnibus Exceptionibus suis, respondeat, ac respondere teneatur, vt suprà.

Saluò, q̃ si Interrogatus circà Hæreditatem, vt suprà, petierit Terminum ad Deliberandum, an velit esse Hæres, vel nè, aut adire Hæreditatem, vel nè.

De Iudiciis deliberatoriis habes Fel. in. Cap. p°. de Mut. pet. vbi omnes.

Terminus ipse sibi detur. Arbitrio Iudicis. nisi prius sit sibi per ipsum Iudicem Statutus, modò tamen, Terminus ipse deliberandi, non excedat Terminum Mensis vnius. Maioribus, Pupillis verò Habentibus Tutores, vel eis indigẽtibus. & Minoribus Habentibus Curatores, vel eis indigentibus. Terminum trium Mensium, quo Termino deliberandi durante, non currat Instantia Caussæ, in qua, Interrogatio data fuerit.

Saluò, q̃ Interrogatus, vt suprà, citius possit deliberare, & respondere, & tùnc, facta responsione, Caussæ ipsius Instantia currat.

De eodem.

Cap. lxxvj.

Teneatvr quilibet Producens Instrumentum, vel aliam Scripturam, si de hoc fuerit Interrogatus coràm eo Iudice, vel Arbitro, vel Arbitratore, coràm quo, ipsa Productio facta fuerit, vel coràm quo, ex forma præsentium Statutorũ, haberi debent, pro productis, respondere clarè,

An producens Instrumẽtum, videatur fateri cõtenta in eo, Ias. in. l. cõtrà. §. p°. in. 5. no. de pact. Et in Interrog. bonum est dicere si vult vti Instrumento, & cõtentis in eo, vt euitet differẽtia. Bart. in. l. si quis, Legatũ, col. 2. post prin. ff. de Fals. Et Responsio, q̃ Intendit vti in partibus, & pũctis pro se faciẽtibus, an valeat. Bal. ps. 96. lib. p°. C gp. Caut. 98. & Bal. in. c. cũm Dilectus. col. fi. de cõsuetudin.

si vult illo, vel illa vti, vel non, ad Terminum, secundo loco statuendum, ad respondendum, scilicet, ad Terminum Pręcepti Interrogando, & Iubendo per Iudicem, vel Arbitrū, vel Arbitratorem assignandum,

Ad respondendum, Praecedente tamèn, & priùs, assignato Termino competenti, Interrogato,

Ad deliberandum, qui non sit minor Trium Dierum Continuorum,

Sed Interrogatus, possit tamèn praeuenire, & respondere in Termino deliberandi, vel respondendi, alioqui habeatur, ꝙ non velit vti,

Saluo, ꝙ possit respondere se velle vti solummodò pro Parte, dummodò, clarè declaret, pro qua Parte,

Nec ipsa Interrogatio possit fieri, coràm alio Iudice, quàm Iudice, vel Arbitro, vel Arbitratore, coràm quo facta erit, vel pro facta habita, Productio, vt suprà,

Et, si aliter, vel coràm alio Iudice, quàm, vt suprà, fieret, Ipso Iure, non valeat,

Quꝫ Tempore facienda, Pap. in for. lib. Inter. fien. cum Reo. conuen. ṽs. Quatenus ex Officio. Et, quod dicatᶜ Tēpus cōgruum, Ant. de Butr. In. c. cūm in Vet. col. 2. de elect. ṽs. quādo dicatur,

Et dicta Interrogatio, fieri possit, in quacunqꝫ Parte Litis, etiam elapsis Temporibus limitatis, ad probandum, & reprobandum, modò tamèn, fiat, tempore congruo, Arbitrio Iudicis, vel Arbitri, vel Arbitratoris,

Et, ꝙ Interrogans, Interrogare teneatur in Specie, non autem in Confuso, vt Interrogatus, certus reddatur, super iis, super quibus Interrogatur,

Et etiam, ꝙ non possit Interrogari in Caussa alicuius Appellationis, nec Reuisionis Arbitramentorum, de productis, nec Actitatis, in aliqua Caussa Praecedenti, mediatè, vel immediatè,

Declaratio immediatè sequens est huius pręsentis Statuti, videlicet, Statuitur, ꝙ aliquis non possit Interrogari, sub fol. 28. à Fronte, & in Nouis, fol. 68. à Fronte,

QVOD QVILIBET TENEATVR RESPONDERE, CVI FORO IMMEDIATÈ EST SVPPOSITVS, ET ELIGERE DOMICILIVM.

CAP. Lxxvij.

QVILIBET in Iudicio Interrogatus, teneatur dicere, & respondere, cui Foro est immediate Suppositus, aliter, in sui præiudicium habeatur illud, quod erit deterius in eius præiudicium, videlicet.

Quòd sit in Foro Domini Potestatis Mediolani, vel alio Foro, donec clarè responderit.

Et si mentitus fuerit, & probatum fuerit, habeatur illud, quod erit deterius contrà ipsum.

Item teneatur eligere Domum, seu Domicilium in Ciuitate, vbi velit se debere Citari, ad hoc, vt certum sit ex Dicto illius, in qua Parte sit Citandus, & possit fieri dicta electio per Procuratorem, qui fuerit Dominus Litis.

Declaratio, vt In Nouiss. fol. 68. à fronte.

Statuitur, quod Aliquis non possit Interrogari si vult vti Aliqua Relatione Seruitoris.

Nec etiam, Quis possit Interrogari, Si vult vti aliquo Instrumento, vel aliqua Scriptura, facto, vel facta per Alium, vel Alios, quàm per Ipsum Interrogatum.

Nec etiam, si vult vti aliquibus Dictis Testium examinatorum inter alias Personas.

Nec etiam Possit produci, nec admitti aliqua Interrogatio, Si vult vti aliquo Instrumento, vel aliqua scriptura, vel aliquo Actu Iudiciali, neque Dictis Testium, in Facto proprio, Quando sunt Confecta de Antiquo, videlicet, ab Annis Decem retrò, à die Interrogationis.

Vide suprà cap. 18. OMNES, ET SINGVLI, Sub. Tit°. de Electione Habitaculi, folio 13. à Tergo.

RVBRICA GENERALIS DE EXHIBITIONE INSTRVMENTORVM.

QVALITER DEBET EXHIBERI INSTRVMENTVM, CVM ANNO, DIE, ET INDICTIONE, ET SINE EIS.

CAP. Lxxviij.

SI qua Partium produxerit aliquod Instrumentum vel

Et in Nouiss. Constit. sub Titulo, de Iud. 5. SI QVIS. fol. 39. à frõte. De Instrumẽtis Exhibitis, Iterũ Exhib. Vide suprà, ca. 35. QVAELIBET. fol. 12. à Tergo.

vel aliã Scripturã, vel eo, aut ea vtatur, in aliqua Caussa, teneatur ad Requisitionẽ alterius Partis, exhibere cum Anno, Indictione, Mense. & Die. & ad ipsam Exhibitionem compellatur, vt de eo, Pars aduersa. copiam habere queat.

DE EXHIBITIONE INSTRVMENTORVM, ET IMBREVIATVRARVM.

CAP. LXXIX.

Vide suprà, Cap. 52. SI INSTRVMENTVM, sub Tit°. de Instrumento, vel scrip. fol. 20. à Fronte.

Vbi dicitur, Quòd Instrumẽtis, vel scripturis productis per vnã partium potest vti Aduersari⁹ ei⁹, An dicatur peti incidenter, siue petatur in iudicio principali cẽpto, siue ad prẽparationem alterius iudicii.

Et an sùper ista Exhibitione debeat pcedi summariè, aut ordinariè. Bal. in. l. p°. in vlt. q. C. de ẽden. Alex. ?s. 58. in fine lib. p¹. Lauss. Aret. & Fel. post alios ibi in. c. 1. de Prob. & quis erit Iudex. Alex. d. ?s. ad fin.

SI in aliqua Parte Litis, Controuersiæ, seu Caussæ, per aliquam Partium postuletur Exhibitio Instrumenti, seu Scripturarum publicarum, aut Chirographi ad Caussam, Controuersiã, seu Litẽ aliqualiter facientis, seu facientium, fieri ab Aduersario, habente facultatem Exhibendi, ad hoc. Aduersarius, à quo postulatur, teneatur Exhibere, & Copiam facere illi Parti, quæ postulauerit, infrà Terminum, à Iudice Statuendum.

Et ad hoc compellatur per omnia Iuris remedia nulla Exceptione, vel Denunciatione obstante, & non obstante etiam Statuto. de Sapientibus dandis.

Et hoc. Ipso Petente, Iurante, q credit sua interesse, habere dictum Instrumentum, seu Scripturam, seu Scripturas, & facere ad Caussam.

DE EODEM.

CAP. LXXX.

De Instrumentis explendis per authoritatem, Vide Infrà, Capite. 396. INSTRVMENTIS EXPLETIS. & capite. 397. ITEM AD RELEVANDVM, fol. 129. à Terg. & fol. 130. à Fronte.

Vide infrà, cap. 334. OMNES, ET SINGVLI, sub Tit°. quòd Notarii, fol. 108. à Tergo. Et capite. 347. ABBATES, sub Tit°. de potest. & Bailia Abbat. fol. 114. à Fronte.

ETidem habeat Locum, quando, ab Extraneo, siue Notario non rogato de dicto Instrumento, vel non habente Authoritatem explendi, siue Caussa. vel Controuersia pẽdeat, siue non, In Notario vero rogato, vel alio Notario, cui fuerit concessa Authoritas explendi Instrumenta rogata per Defunctum, à quo Exhibitio, vel Expletio, postulatur, teneatur Instrumentum, vel Acta publica, aut Scripturas, explere, vbi pluries possint expleri, ad Instantiã cuiuslibet

Iurantis, ꝙ credit sua interesse, habere ipsum Instrumentum, aut Acta publica, vel Scripturas.

Et hoc etiam habeat Locum, siue fuerit inchoata, & pendeat Caussa Controuersia, siue Lis, siue non, ipso tamen postulante, requirente, à Notario, vel habente Authoritatem, vt suprà, satisfaciente Notario, de cōdigna eius Mercede, Arbitrio Abbatum Collegij Mediolani.

De Exhibitione Libri Rationum.

Cap. LXXXj.

AD Postulationem, cuiuslibet Postulantis Exhibitionem alicuius Libri, vel Rationis, fieri, Et Iurātis, ꝙ sua credit interesse, & ꝙ non calumniosè petit Exhibitionem fieri, teneatur quilibet Iusdicens, vel Arbiter, aut Arbitrator compellere illum, qui ipsum Librum, vel Rationem habet, vel potest habere, vel potest exhibere, ad Exhibitionem ipsius Libri, vel Rationis, per omnia Iuris remedia, ità tamen, ꝙ de illo Libro, vel Ratione, nulli fiat Copia, nisi illi, qui Exhibitionem postulauerit.

Liber, cui ex dispositione Statuti standum est, an præferatur Instrumento posteriori, Fan. in Tract. de Pigno. Car. 39. vers. modò dubitatur.

Libri exhibendi, An Sint in loco, vbi fuerunt facti Rationes, An in loco Domicilij, si ibi Reus inueniatur? Socy. cõs. 149. col. 2.

Et, ꝙ scriptura, sic exhibita, fidem faciat, tàm cōtrà Petentem Exhibitionem, quàm in eius Fauorem, quantum est ad tollendum, excludendum, vel diffitendum Intentionem illius, qui talem Exhibitionem postulauerit, circà id, pro quo postulauerit Exhibitionem fieri.

Et, si quis negauerit habere, vel habere posse, vel dolo desiisse habere, vel posse Exhibere Librum, vel Rationem, quos aliquis postulauerit Exhiberi, & probatum fuerit Contrarium, puniatur in libris centum Imperialium.

Et, vltrà, compellatur ipsum Librum, vel Rationem Exhibere, vt suprà dictum est.

An Credatur Iuramento, Hæredis, Dicentis librum Defuncti nō habere, Aret. cõs. 119.

Idem per omnia seruetur, si quis uoluerit Aduersarium conuincere, ex aliquo Libro, uel Ratione ipsius Aduersarij, siue Exhibitio fuerit postulata, siue non.

Quòd adhibeatur fides Matriculus Defunctorũ. Vide infrà Capite. 397. ITEM AD RELEVANDVM, sub Tit°. eodem, fol. 130. à Fronte.

DE POENA TEMERE OPPONENTIS ALIQVEM NON FVISSE NOTARIVM, CONSVLEM, SERVITOREM, VEL IN OFFICIO PVBLICO CONSTITVTVM.

CAP. LXXXIJ.

ALLEGATIO, seu Oppositio, ꝙ quis, non fuerit Notarius, Consul, Seruitor, vel alio Officio publico Constitutus, non admittatur, nec pro admissa habeatur, nisi fiat infrà decem Dies Vtiles, à Die Productionis, & in Scriptis, & Præstito Sacramento, per Principalem, ad Sancta Dei Euangelia, tactis Scripturis, coràm Iusdicente, vel Arbitro, vel Arbitratore, coràm quo facta fuerit ipsa Productio, ꝙ credit Oppositionem suam esse veram, & ea, quæ in Oppositione continebuntur, & ea, quæ in tali Instrumento, vel Scriptura continebuntur contrà quæ allegauerit, vel opposuerit non esse vera, & nisi satisdederit de decima Parte effectus Litis, quę perueniat in Aduersarium, si satisfiat cōtrà ipsam Allegationem, vel Oppositionem, & prędicta habeant locum in omni Caussa, Iudicio, & Cōtrouersia etiam Compromissi, & tùnc vtriq; Parti Statutus sit, & esse intelligatur, Ipso Iure, Terminus Dierum decem Vtilium, tùnc proximè futurorum, ad probandum, & probatū habendum Incumbētia, circà pręmissa, quo Termino durante, nō currat Terminus Instātiæ ipsius Caussæ ad reliqua peragenda, ità tamen, ꝙ Probationes, quæ fierent circa hoc, valeāt.

Faciunt, quæ addita, sunt ad statutũ de Interrogationibus, fol. 26. à tergo.

RVBRICA GENERALIS DE POSITIONIBVS.

Vide in Nouiss. Constit. Sub, Tit°. de Iudic. §. POSITIONIBVS fol. 39. à Fronte.

CAP. LXXXIIJ.

QVILIBET, Lite contestata, vel habita pro contestata, vel quasi contestata, vel vbi procedatur summariè, de plano, sine strepitu, & figura Iudicij, respondere teneatur, quibuslibet Positionibus factis, in Caussa, clarè infra

Terminum, sibi, per Iudicem, assignandum, clarè, & apertè, affirmando, vel negando de Scientia, vel Credulitate, sine vlla Condictione, Additione, vel Protestatione, penitùs extraneis, alioqui Responsio, aliter facta, pro non facta habeatur, Et nisi fiat Responsio ad Terminum Præcepti interrogando, & iubendo, vel, vbi facta fuerit Responsio minus legitimè, vt supra, possit, Iudex, vel Arbiter, vel Arbitrator, ipsas Positiones pronunciare pro Confessatis, prout magis erit, & fuerit in maius præiudicium non Respondentis, seu minus legitime Respondentis.

Per Iudicem, an debeant positiones approb. Bal. .l. generaliter. §. p°. in 4. not. C. de reb. cred. Et quando dicatur ad Caussa, pertinens, Ias. in. l. si Duo Patroni. §. Idem, Iulian⁹ in vit. no. de Iur. Iur. Dec. ps. 162. col. p°. & 2. Curt. ps. 70, col. pe.

Et ad hoc compellatur, per omnia Iuris remedia, nulla Exceptione, vel Denunciatione, obstante, & non obstante Statuto de Sapientibus Dandis.

De poena Negantis Positiones Filiationis.

Cap. Lxxxiiij.

SI quis in Iudicio negauerit aliquem esse, vel fuisse Filium, Patrem, vel Auum, vel Legitimum, vel Ascendentem, vel Descendentem, vel Hæredem, vel Maritum, vel Vxorem, vel Fratrem, vel Sororem alicuius, vel Aliquem Fore Defunctum, de quo Interrogatus fuerit, vel positum fuerit, & probatum fuerit illud, quod negatum fuerit esse, vel fuisse verum, Negans condemnetur, absq; alio Processu, per eundem Iudicem, Arbitrum, vel Arbitratorem, cotàm quo fuerit Negatum, in libris vigintiquinq; Imperialium, cuius pœnæ medietas, sit Cōis M͠li, & altera Aduersarij, & vltrà teneatur ad Restitutionē omniū Expēsarū, Damnorū, & Interesse, q̃. ea occasione, Aduersarius passus fuerit.

Mēdacium an priuet Negātē Bñficio aliquo, Bart. in. l. si dubitetur. §. 1. de Fideiusso.

Vide supra, Cap. 75. INTERROGATVS. Sub Tit°. de Respons. facien. & de eodem fol. 26. à Tergo.

Et intelligat̃ negasse, etiā, q p se, vel Procuratorē generalē, vel specialē, vel aliā legitimā Personā, respōdit nō credere.

Declarat Alex. ps. 97. col. 1. in. 6, repet. ps. 113, col. 1. & 2. lib. 5. vbi etiam an remota cēseatur Appell°. de quo etiam Alciatus, in. l. 1. §. Qui p͞ns, col. pe. de verb. oblig.

Et prædicta, quo ad pœnam, non habeant locum, vbi Negās habuerit probabilem Caussam ignorantiæ, Et hæc, arbitrio

Iudicis, & à prędicta Condemnatione non possit appellari, nec de Nullitate dici.

RVBRICA GENERALIS DE PROBATIONIBVS, ET TESTIBVS.

De Capitulis dandis ante receptionem Testium.

CAP. LXXXV.

TESTES super Capitulis non recipiãtur, nisi prius, porrectis Capitulis, & copia oblata, vel, data Parti, seu dimissa ipsa Copia penes Notarium pro dando Parti, alioqui, non valeat Depositio Testium.

De Remuneratione, quae fieri debet Testi Forensi.

CAP. LXXXVI.

CVM Testis Iurauerit si de Forensibus fuerit, scilicet, si habitauerit extra Ciuitatem, vel locum, vbi Testis deponere debuerit, non cogatur deponere Testimonium, nisi prius satisfactum fuerit ei de Expensis, & operibus, quibus caruerit, Arbitrio Iudicis, vel Notarij, qui eum debet recipere, inspecta qualitate ipsius Testis, & hoc habeat locum in Caussa Ciuili, & etiam in Caussis Damnorum Datorũ.

Qvod Testis de vniversitate pro eadem non admittatur ad testimonium.

CAP. LXXXVII.

NVLLVS de vniuersitate, pro eadem ad Testimonium admittatur, & eo de Facto admisso eius Testimonium, Ipso Iure, nullius sit valoris, & momenti.

Vide supra, Cap. 49. CAPITVLA sub Tit°. de Capitulis, & Arti. admitten. fol. 19. à Tergo.

Vide infrà, cap. 107. IN OMNIBVS CASIBVS. fol. 37. à frõte.

Vide infrà, cap. 402. SI CONTINGAT, Sub. Tit°. de Receptione Testium fol. 138. à frõte.

Vide in Nouiss. cap. 194. TESTES, Sub Tit°. de publicatione Testiũ, fol. 62. à Fronte.

Vide suprà. Capite. 66. SI IN ALIQVA CAVSSA. Sub Tit. de Nominatione Testium, fol. 24. à Tergo.

De Interrogat. Testib. faciẽn. Bal. in. l. fi. ad fi. prin. C. de Appell. Testes ad ęternã Rei memoriam examinari non possunt, vt habet' in Nouis. Cõst. sub, Tit°. de Prob. à Princip. vsq; ad. §. omnibus, Vbi imponitur pęna Notario Attestationes ipsorum Testium recipienti, & disponitur, q; Attestationes sunt nullę, nisi in certis Casibus.

An Petẽs Terminum pro Test. vltramarinis debeat deponere expensas Ia. Ias. cõs. 14. lib. p°. & cuius expẽsis Notari⁹ sit Trasmittendus ad examinãdum Testes, Fel. in. c. p°. col. pe. in fi. & seq. de lib. oblat.

In Materia Collect. Testes de vniuersitate prob. Cur. in cõs. 61. col. pe.

Idem obferuetur, etiam fi in Curia fęculari fit Cõtentio pertinens ad Collegium, cuiufcunq; generis, vel fpeciei fit, vt Exiftens de dicto Collegio, pro eodem, ad Teftimonium non admittatur corãm Iudice Sæculari.

Et hoc non habeat locum in Cauffis Communis Mediolani, fi tamen, quis de Vniuerfitate, vel Collegio, contrà ipfam, vel ipfum, producatur in Teftem, pro ipfa, feu pro ipfo, etiam dicere, & produci poffit, & valeat.

QVOD PER TESTES NON POSSINT PROBARI BANNVM, EMANCIPATIO, INTERDICTVM, RES LIBELLARIA, NEC CERTA ALIA.

CAP. LXXXVIIJ.

PER Teftes non poffit probari Bannum, nec Emancipatio, nec Interdictum adminiftrationis Bonorum, nec, q; Res fit Libellaria, feu Feudataria, nec aliquid fore fententiatum, nec Generalis Alienatio omnium Bonorum, feu Quotæ Partis.

Circà Intel. Vide Fel. in. cap. 2. col. 5. vil. 3°. Concl°. de Prob.

QVOD MARROSSERIVS POSSIT ESSE TESTIS.

CAP. LXXXIX.

PROXENETA, Seu Marofferius, poffit effe Teftis, & ad Teftimonium dicendum compelli poffit, nec eius Teftimonium reprobetur, ex eo, quia fuerit Proxeneta, fiue Marofferius.

Quid de Iure Cõi, Alex. 25°. pe. col. 4. lib. 1. & 25°. 128. col. 1. in fi. lib. 2. Fel. In. c. cum à nobis col. fi. de Teftib.

QVOD VENDITOR NON POSSIT DICERE TESTIMONIVM, AD INSTANTIAM EMPTORIS.

CAP. LXXXX.

De Fře, & Sorore Venditoris, vel fimilibus perfonis, Alex. 25. 200. col. 2. lib. 2.

VENDITOR ad Inftantiam Emptoris vel alterius

habentis Caussam ab eo, in Caussa Rei venditę. Testimonium dicere non possit, etiam, si eius, nullo modo, intersit. Idem seruetur in quolibet alio Alienante, in Caussa Rei alienatæ, quod ad Instantiam Acquisitoris, vel alterius habentis Caussam ab eo, Testimonium dicere non possit, etiam, si eius, nullo modo, intersit.

De Cedente, Ang. in. l. Si quis in Rem, ad fi, ff, de Procur.

QVOD COLONI, ET INQVILINI POSSINT COMPELLI AD PERHIBENDVM TESTIMONIVM.

CAP. LXXXXI.

Alex. cons. 32. col. pe. lib. p°. Aret. cons. 13. col. 6. in fi. & Seq. & quid In Caussa Matrimoniali. Dec. cons. 163. col. 5. vers. 6. Opp. & cons. 100. col. pe.

COLONI, & Inquilini, tàm pro Domino, quàm contrà Dñm, ad Testimoniũ perhibẽdũ possint admitti, & cõpelli.

QVALITER IVDEX, VEL CONSVLTOR POSSIT ACCEDERE AD VIDENDVM DISCORDIAM.

CAP. LXXXXII.

An requiratur Citatio Partis, & quod fiat Instrumentum, Bart. in. l. qui Bona. §. Huic stip. col. p°. de Dam. Infect.

Veritati Debet Iudex quantum potest se confirmare, quia est mater Iusticiæ, Corn. cons. 319. ad fi. lib. 3.

SI post transcursum tempus probationis, in aliqua Lite, Quæstione, vel Controuersia titubauerit animus Consultoris iudicare Debentis, vel Arbitri, vel Arbitratoris, circà qualitatem, vel Essentiam Rei, de qua fuerit Quæstio, possit Iudex, vel Consultor, vel Arbiter, seu Arbitrator, si sibi videbitur, personaliter ad Locum Rei, accedere. pro veritate dicẽda, cognoscẽda, & iudicãda, vt veritati semper locus sit, & super pdictis, nõ habeatur Consilium Sapiẽtis.

QVOD TESTAMENTA, ET ALIA INSTRVMENTA NON SVBSCRIPTA, PROPTEREÀ NON CENSEANTVR NON VALERE.

CAP. LXXXXIII.

INSTRVMENTA Testamentorum, & alia Instrumẽta

quælibet, hinc retrò, Rogata, Tradita, vel aliter Confecta, vel facta, non propterea censeãtur non valere, ex eo, quod non sint subscripta, vel non possint subscribi, à secundo Notario, seu secundis Notarijs, vel à Teste, seu Testibus.

Omissio Subscriptionis Pronotariorum, an vitiet, Dec. cons. 11 col 6, & seq. Vide tamen, Statutum de ultimis voluntatibus, sub capite 318. SI QVIS DE CAETERO, fol, 104. à fronte.

QVOD INSTRVMENTA VETERA VALEANT, NON OBSTANTE OPPOSITIONE, QVOD ALIQVIS NON SIT NOTARIVS.

CAP. Lxxxxiiij.

SI quis, de cætero, vsus fuerit aliquo Instrumento, rogato, spacio annorum viginti, ante ipsum vsum, & in eo fuerit aliquis appositus pro Notario, præsumatur, ipso Iure, sine aliqua Probatione, illum, vel illos, pro Notario appositum, vel descriptum, seu appositos, vel descriptos, in huiusmodi Instrumento, vel Instrumentis, fuisse Notarium, illo tempore, illius Instrumenti, seu Instrumentorum, tanto tempore, antè ipsum vsum, rogatorum.

DE PROBATIONE LIBERATIONIS, CONTRA PVBLICVM INSTRVMENTVM.

An proced. si per Testes volo Probare Solutioné, Anna. cons. 64.

CAP. Lxxxxv.

SI Debitum redactum fuerit in publico Instrumento, non possit Debitor, nec alius probare per Testes, Liberationem cuiuscunque generis, nisi fuerint, numero, Tres.

Et, si Instrumentum Debiti, quod Instrumentum non sit Commune, sit penes Debitorem, præsumatur Debitum esse solutum, Debitore Iurante, quod Debitum est solutum, si fuerit principalis Debitor, vel Fideiussor, si verò fuerit Hæres, vel Successor, etiam singularis, sufficiat Iurare de Credulitate, ipsum Debitum esse solutum.

Vide supra, cap. 75. Sub Tit°. de Respons. Faci. & de eodem, Interrogatus, fol 26. à Tergo.
Vide Infrà, cap. 111. QVILIBET. fo. 40. à frõt.
Vide suprà, Cap. 42. SI QVIS, fol. 15. à Frõte. Sub Tit°. de Exequutiõe.
Vide suprà, Cap. 44. SI QVIS, sub. Tit°. de Satisdat. §. IDEM SIT. fol. 17. à Tergo.
De scriptis alibi factis. Ias. in. l. cũctos. pop. col. 5. de summa Trin.
De Pęna Negantis, Vide in Nouis, capite. 195. SI QVIS. fo. 62. à Frõte.

DE SCRIPTIS MANV DEBITORIS FACTIS, VEL SVBSCRIPTIS.

CAP. LXXXXVI.

OMNES Scripturæ factæ, vel subscriptæ per Campsores, vel Mercatores Mediolani, vel alios quoscunq; in Debitis suis, & omnia Scripta data, vel subscripta, manibus eorum, alicui suo Creditori, valeant, & teneant, & eis fides adhibeatur, cum Caussa, & sine Caussa, etiam si dicantur esse factæ, seu subscriptæ, in absentia Partis, quantùm est in præiudicium eorum Scribentium, vel Subscribentium.

Et Potestas, & eius Iudices, & Consules Iusticię Mediolani, & Negociatorũ, possint, & teneantur eos summariè compellere ad Solutionem faciendam, sine Datione Libelli, & strepitu, & figura Iudicij.

QVALITER, QVIS PRAESVMATVR MORTVVS.

CAP. LXXXXVII.

Quãdo Tractatur de magno pręiudicio, an sufficiat, Ang. In Add. Bar. in. l. Quoties, C. de Nauf. lib°. 11.

SI Dubium fuerit de Morte alicuius, pręsumatur mortuus, si probetur per Vocem, & Famam.

DE POENA RECVSANTIS PERHIBERE TESTIMONIVM.

CAP. LXXXXVIII.

SI quis recusauerit perhibere Testimonium, qui aliàs de Iure cogi possit, in Caussa Ciuili, vel Criminali, Cõdemnetur in libris viginti Imperialium, applicandis pro medietate producere Volenti, & pro altera medietate, Communi Mediolani, & in maiori quantitate, Arbitrio Iudicis, inspecta qualitate Caussæ, & Personę.

Vide Nouas. Const. Sub. Tit°. de Iudic. §. IVDICES, fol. 39. à Fronte, & in fine.

Et nihilominus, Iusdicens, omnibus Iuris remediis, possit cõtrà eum, ex Officio, procedere, & ipsum personaliter detinere, compellendo ad perhibendum Testimonium, & ad

condemnandum

condemnandum in prædicta quantitate.

Et, q̄ à prędictis non possit appellari, nec de Nullitate dici.

DECLARATIO, QVOD DICTVM TESTIS NON VALEAT, IN CERTIS CASIBVS.

CA. Lxxxxix.

DICTVM Testis, non valeat, si deposuerit super eo, quod confiteri audiuerit, mediante Muro, Asside, Cortina, vel alia huiusce modi mediatura.

Et hoc apparuerit per dictum ipsius Testis, vel aliter probetur.

RVBRICA GENERALIS DE IVREIVRANDO.

Quòd Debitor possit Iurare soluisse, si Instrumentum Debiti penes eum sit, Vide supra, capite, 95. SI DEBITVM, sub Tit. De probatione Liberationis, folio. 32. à fronte.

DE SACRAMENTO PRAESTANDO, VEL REFERENDO IN CAVSSA CIVILI.

CAP. c.

In Termin. huius Statuti Vide Signor. 75. 225.

STATVITVR, q̄ in qualibet Caussa Ciuili, vertente corām Iudice, Arbitro, vel Arbitratore, in qua, à Parte Parti, Iusiurandum defertur, siue ante Productionem Libelli, siue cuiuslibet alterius Petitionis, siue pōst, vel etiam in qualibet Parte Iudicij, Statuatur Terminus Parti, cui Iusiurandum defertur ad deliberandum, qui non sit minor Duorum Dierum.

Quo Termino elapso, teneatur Pars, cui delatum erit Iuramentum, Iurare, ad Terminum, per Iudicem, vel, vt suprà Statuendum, qui non sit minor Tribus Diebus, expressa tamen Hora Tertiarum, aut Vesperarum, ad Iurandum, vel Iusiurandum referre, dummodò, dictum Iuramentum deferatur in proprio Facto eius, cui defertur, & stetur

Iuxtà Tex. In. L. Videamus, in prin. de in lit. iur. Et in. l. Marcell. §. Iurare, ff. rerum amot.

Sacramẽto eius, cui defertur, in omnibus, & per omnia, tàm supèr forma Sacramenti, quàm supèr quibuslibet aliis Dependentibus, & Facientibus ad Negocium, de quo quæritur, & in forma Sacramenti fit mentio, quo ad excludendũ, vel differendum Intentionem Deferentis Sacramentum.

Possit tamen ille, cui delatum erit Iuramentum, citiùs, intrà ipsum Terminum Iurandi, Iurare, Citato Deferente.

Vide Tex. gl. Bar. Et omnes in. l. generaliter in princ. &. §. pº, C. de Reb. cred, Et, Signo, d. 28. 225.

Et, si ille, cui delatum est Sacramentum, ipsum, non præstiterit in dicto Termino eidem Statuto, ad Iurandum, habeatur, Ipso Iure, pro relato ipsi Deferenti, quo casu, teneatur Deferens Iuramentum, si fuerit in Facto proprio, iurare de veritate, aliter autèm, sufficiat Iurare de Credulitate per eum, cui habetur pro relato.

Et ille, cui fuerit relatum, vel pro relato habitum, vt suprà, iurare possit, super ea forma, intra alium similem Terminũ Statutum Primo, per Iudicem, quo, Primus iurare, vel referre debebat.

Et, si iurauerit ad dictum Terminum, stetur eius Sacramento, tàm pro se, quàm contrà se.

Et, si non iurauerit, vt suprà, habeatur illud Sacramentum pro non delato, & pro non relato, nec possit, post hæc, dari Forma Sacramenti, super iis, de quibus, aliàs, delatum fuerit Sacramentum.

Et hoc Statutum seruetur, & seruari debeat, per quemlibet Iudicem, Arbitrum, vel Arbitratorem, pręcisè, non obstãte Statuto de Sapientibus dandis, nec aliqua alia Exceptione, vel Oppositione.

Quid, si lapsi essent quindecim Dies Vtiles.
Vide in Nouiss, capl. 201. STATVITVR, fol. 64. à fronte, in. §. ITA TAMEN, à Tergo.

Et prædicta nõ habeant locum, vbi in fauorem illius, cui defertur Sacramẽtum, obstaret exceptio Rei iudicatæ, etiam per Arbitria, seu Arbitramenta, quæ Exequutionem merentur Iurisiurandi, à Parte, Parti delati, vel relati, & præstiti, vel Transactionis iuratæ, aut Iuramentum ipsum deferatur cõtrà Tenorẽ, vel Effectum Instrumẽti iurati, in

quibus Casibus, vel aliquo eorũ, nõ admittatur Forma ipsa Iuramenti, nec teneatur ille, cui defertur, eo in casu, Iurare.

Nec etiam habeant locum, vbi Forma Iuramenti, quę defertur Iudici, vel Arbitro, vel Arbitratori, videatur Captiosa, in toto, vel pro Parte.

Quo in casu, possit Iudex, vel, vt suprà, eã formã moderare, corrigere, ac etiã in totũ reiicere, prout sibi, iustũ, videbiť.

Et interim, quò, contingeret disputari super ipsa Forma Sacramenti, non currat Instãtia, nec Tempora probationum.

Et, si contingat deferri Iuramentum à Parte Parti, vt suprà productis, Teste, vel Testibus, Instrumentis, vel aliis Iuribus in Caussa, siue Dicta, aut Attestationes Testium ipsorum fuerint publicatę, siue non, teneatur ille, cui delatum fuerit Sacramentum, Iurare, vel referre, vt suprà, sed respectu ipsius Deferentis Sacramentum, intelligatur, Ipso Iure, per eum renunciatum, quo ad omnem effectum, quibuscunq; Probationibus, in sui fauorem factis, quauis Caussa, respectu Concernentium ipsam Formam Sacramenti tantùm, ità, q; in posterùm, nullum vnquàm fieri possit Fundamentum, nec Indicium de prædictis Probationibus, vt, suprà, in Caussa Ciuili, vel Criminali, ex Officio, nec aliter, si tamen Is, cui fuerit delatum Sacramentum, super ipsa Forma Iuramenti, legitimè iurauerit.

De Iure Communi potest deferri, vsq; ad Conclusionem Caussæ, Iatis. Ias. in rep. l. Admoneñ. col. 124. vs. Tertio principaliter, & col. seq.

Iuramentum deferri põt, etiam, Lapsis Temporibus probationum, Vide in Nouis, ca. 201. STATVITVR, §. Ità tamen, fol. 64. à Tergo.

Et per hoc Statutum, non intelligatur esse derogatum, nec præiudicatum Statuto, posito sub Rubrica speciali de Sacramento præstando per Creditorem, & cætera,

Quòd incipit, SI QVIS CONFESSVS FVERIT SE PECVNIAM, VEL ALIAM REM ACCEPISSE, &c.

Vt suprà, cap. 50. fol. 19. à Tergo.

QVALITER SACRAMENTVM POSSIT DIVIDI.

CAP. c. i.

De Iure Communi Indiuiduum est, Sal. 95°. 96. Decreto cauet in p°. lib. Sequitur Bertol. Veron. Caut. 97. possetadhiberi, Et Caut. Seq. & 108. Si mutuaui.

SI ex Sentẽtia pręceptis, aut Arbitriis, vel Arbitramentis

Si verò, Sacramentum dictum, fuerit falsum, vel non verum, criminaliter agendo, vel querelando, vel aliter, ex Officio procederetur, Et, Sacramentum ipsum, in totum, vel pro Parte reperiretur falsum, vel non verum, tunc, ille qui pręstiterit tale Sacramentum, condemnetur in duplum, eius, quod Sacramentum ipsum repertum fuerit falsum, seu non verum, quę pęna dupli, applicetur pro dimidia, Fisco, & pro altera dimidia, Parti, in cuius præiudicium, tale Iuramentū præstitum fuerit.

Et hoc, vltrà Aestimationem, seu quantitatem eius, de quo reperiretur Sacramentum esse falsum, seu non verum, quę applicetur Parti, vt suprà.

Et, quòd Sacramentum dici non possit falsum, seu non verum, nec aliter, contrà eum, qui iurauit, quouismodo procedi, nec puniri possit ciuiliter, nec criminalitèr, nec ex officio, nisi dicatur, infrà mensem vnum continuum, a Die Sacramenti Præstiti.

Ad hoc vide Nouiss. Cōst. Sub Tit°. de Accus. & Denun. §. EX CAVSSA, fol. 67. à Tergo, & in fine.

Et, si Dicens Sacramentum falsum, seu non verum, fuerit Reus, Condemnatus in personali actione, non audiatur in ea Caussa Dicens Sacramentum falsum, seu non verum, nisi priùs, Realiter deposuerit, penès Personam, eligendam per Iudicem, totum id, in quo Condemnatus fuerit.

Si verò fuerit in Reali Condemnatus, non audiatur Dicens Sacramentum Falsum, seu non verum, vt suprà, nisi priùs, Res prędicta fuerit Sequestrata, penès idoneam personam, eligendam, vt suprà, mandato Iusdicentis, Et vbi, Via Ciuilis, in dicendo Sacramentum Falsum, seu non verum, vt suprà, fuerit inchoata, & electa, non possit postmodùm, pro prædicto Sacramento Falso, seu non verò, quouismodò agi, nec procedi criminalitèr, & è conuerso.

An omnes Dilatiões ad Probādum, sint Peremptoriȩ, Et quando nihil exprimitur. Bar. in. l. Si finita. §. Iulianus, col. 2. circa medium, de Dann. Infect.

RVBRICA GENERALIS, DE DILATIONIBVS, ET FERIIS.

QVOD DIES TERMINI, NON COMPVTENTVR IN TERMINO.

CAP. c. iij.

IN qualibet Dilatione, siuè, Termino Hominis, vel Iuris, in qua, seu in quo occurreret pluralitas Dierum integrorũ, vel incæptorum, Dies Termini, seù Dilationis, non computentur in Termino, siuè Dilatione.

Ea tamèn, die, qua Statuitur ab Homine, vel à Iure, Terminus, siuè Dilatio, possint agitari contenta in dicta Dilatione, siuè Termino.

Et prȩdicta locum habeant, tàm in Ciuili, quàm in Criminali.

DE EODEM.

CAP. c. iiij.

SI vltima Dies alicuius Termini, seù Dilationis Iuris, vel Hominis, inciderit in Diem feriatam, sȩquens Dies, nõ Feriata, pro illa reputetur, Et prædicta locum habeant, tam in Ciuili, quàm in Criminali, & nihilominùs, illa, quæ possint fieri, Die sequẽti Iuridica, expediri, & fieri possint, dicta Die vltima, & Diebus sequentibus medijs, si sint talia, quæ dicto Tempore sint expedibilia.

Et prædicta disposita in principio huius Statuti, non vendicent sibi locum in Termino Solutionis faciendæ, si vltima Dies solutionis faciendæ, inciderit in aliam Diem, quàm in Feriatam in Honorem Dei, vel sanctorum, vel Sanctarum, declaratarum, ex forma præsentium Statutorum.

De qua infrà, fol. 37. 38. 39.

Idem, ꝙ dispositum est in principio huius Statuti, habeat locum in Termino, & Dilatione Prorogationis.

Et prædicta disposita in præsenti Statuto, non habeant locũ in Suspensionibus, à lege, vel ab Homine factis.

QVALITER CVRRAT TEMPVS PROROGATIONIS INSTANTIAE BANNI, VEL ALTERIVS TEMPORIS.

CAP.c.v.

SI contigerit, Tempus Instantiæ, Bãni, Termini, siue Dilationis, vel aliud Tempus, prorogari, tùnc Tempus Prorogationis, incipiat currere, finito Termino ipsius Instantiæ, Banni, Termini, vel Dilationis, vel alterius Temporis. Et prædicta locum habeãt, tàm in Ciuili, quam in Criminali.

Vide in Nouiss. cap. 183. SI CONTINGAT, fol. 59. à fronte. Vide etiam Nouas, Cõst. Sub Tit°. de Iudic. §. ET QVIA, fol. 38, à frõte.

QVOD OMNI DIE NON PROHIBITO, IVRA REDDANTVR.

CAP.c.vi.

OMNI Die, Iura reddantur, & Caussæ teneantur, nisi in hís Díebus, in quibus specialiter est díspositum in contrarium à Iure Municipali.

Qua Hora Iusdicentes in his Diebus Iuridicis Tribunalia ascendere debeant, Habetur in Nouis. Const. sub Tit. de Off. & Iurisd. diuers. Iudic. §. IVSDICENTES, fol. 32. à fronte.

QVOD CAVSSAE, NON TENEANTVR, INFRASCRIPTIS TEMPORIBVS FERIATIS.

CAP.c.vij.

TEMPORIBVS Feriarum Messium, & Vindemiarũ, quæ se extendunt, Diebus quindecim, ante Festum Sancti Petri Apostoli, & totidem post. & similiter, de Festo Sancti Michaelis, omnes Caussæ, & Controuersiæ Ciuiles, & non Criminales, earumq; Instantiæ, siuè dictæ Caussæ Ciuiles siuè Commissę, vel delegatæ, vel de eis facta sit Assumptio, siue non, sint suspensæ, & de eis non reddatur Ius, taliter, ꝙ durantibus Talibus Feriis, nullum tempus in eis currat, sed eis finitis, Partes, & Caussæ, ac Instantiæ, & Termini, etiam probatorij, sint in illis, Statu, & Gradu, in quibus erant immediatè, antè, inchoatas tales Ferias.

Nota, ꝙ in Feriis vindemiarum Ius redditur in omnibus Caussis, Diebus Mercurii, Iouis, & Veneris, (modo per Statuta non prohibeatur) sic disponẽte Decreto ab Ex°. Senatu condito de Anno. 1537.
Vide Infrà, cap. 112. SI CONTINGAT, fo. 72. à Tergo.
Et Actus, Hoc tempore, facti, sunt nulli, Alex. ps. 213. col. 1. in fin. lib. 2.
Aduerte tamen, Quia p Statutum in Nouiss. cap. 202. IN CAVSSIS, fol. 65. à Fronte, circà medium, hoc Statutum corrigitur.
Quia in Summariis requiritur Protestatio, alitér, Tempora currunt, & Feriæ debent allegari, aliàs, eis intelligitur esse renunciatum, Bal. in. l. 1. in. 4. no. vbi etiam, Ias. ff. de Feriis.

Idem, etiam intelligatur, & habeat locum in Prorogationibus, si contingat aliquas Ferias fieri, vel incidere in ipso tempore Prorogato, siue Tempora sint Vtilia, siue continua, idest, q finitis ipsis Ferijs Messium, aut Vindemiarum, Instantia Caussæ habeat tot Dies continuos (vbi Tempus prorogatum, cadens in Ferijs, vt supra, habeat Tempus continuum) quot restabant de Instantia, Tempore Initij ipsarum Feriarum.

Declarat Alex. cōs. 130. col. 1. & 2. lib. 4.

Hoc verbum, PRAETERITIS, additum fuit per Statutũ in Nouiss. sub Capite. 204. STATVITVR, fol. 65. à Tergo. vs. Itē Statuitur, fol 66. à fronte, circà medium.

Vide Infrà. Capite. 125. QVIA SAEPE, fol. 45. à Tergo.

Saluò tamen, q in prædictis Temporibus feriarum, Ius reddatur in mane tantum, de infrascriptis Casibus, & Caussis, videlicet, de Alimentis, PRAETERITIS, & de Operis noui Nunciatione, & de Damno infecto, & Robationibus, Contestationibus, Sequestris, & Depositis factis, & faciendis, & de Mercedibus, & Fructibus Decimarum illius Anni, & Fictis, etiam libellarijs, Tertijs, & Medietatibus, & Pensionibus domorum, & quibuscunq alijs Redditibus, cuiuscunq temporis, & de Caussis, & Controuersiis Rerum mobilium, vel se mouentium, valentium a libris vigintiquinq Imperialium infra, nec non, de Restitutione Rei locatæ.

Et prædictę Exceptiones non habeant locum in Fructibus, seu Redditibus, qui in eadem Petitione petuntur, cum Re, ex qua, ipsi Fructus, & Redditus, percipi possint, seu percipi potuisse, dicantur.

Vide suprà, Capite. 47. fol. 17. à Tergo.

Vide infrà, Capite. 463. Et Quia. §. QVAE COMMISSIO, fol. 156. à Fronte.

Vide infrà, sub, Cap. 110. AD HOC VT NVLLVM DVBIVM, fol. 37. à Frōte. §. ITEM IN QVADRAGESIMA, fol. 39. à Tergo.

Et, de qua Re, non reddatur Ius, temporibus Feriarum prædictarum, nec habeant locum disposita in præsenti Statuto, ea, quę sunt disposita in Casibus comprehensis in Statuto, incipiente, DOMINVS POTESTAS, ET QVILIBET EXERCENS IVRISDICTIONEM, & cæt.

Nec etiam habeant locum in Caussis Cridarum, nec in alijs Caussis, nec Casibus, in quibus, per Iura Municipalia dispositum fuerit, q procedi possit, & Exequutio fieri, quolibet Die Feriato, & non Feriato, nec etiam in Caussis

In Caussis, Compromiss. Cridarum, Et comprehēsis in dicto Statuto DOMINVS POTESTAS, vt suprà, Quęlibet Dies, habeatur pro vtili, vt in Nouiss. Cap. 202. IN CAVSSIS, fol. 65. à Frōte, Et Cap. 204. §. ITEM LICET, fol. eodem, à Tergo.

Compromiſſorum, ſi in eis dictum fuerit, q̃ procedi poſſit, & Arbitramenta poſſint fieri, quolibet Die Feriato, & non Feriato, quo Caſu, per Partes intelligatur renunciatum Feriis, vt eis non attentis, procedi poſſit, vt ſuprà.

Et, vbi ſemèl tantùm in Die Ius reddatur, computentur Duo ipſorum Dierum, pro vno Die vtili.

QVALITER POSSINT TESTES PRODVCI, ET RECIPI IN FERIIS MESSIVM, ET VINDEMIARVM.

CAP. c. viij.

IN omnibus Caſibus, in quibus, mora eſſet allatura periculum, ex eo, q̃ tardaretur, ſeu differretur Receptio, ſeu Teſtium Depoſitio, Temporibus Meſſium, & Vindemiarum, & in alijs Ferijs, non introductis in honorem Dei, & Sanctorum, poſſit fieri Receptio, ſeu Depoſitio.

QVANDO INCIPIANT, ANNVS, ET INDICTIO.

CAP. c. ix.

MORE Mediolanenſi, Annus incipere conſueuit, & de cætero incipiat in Feſto Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & hoc, reſpectu Inſtrumentorum Publicorum, & Actorum Iudicialium tantùm.

Et Indictio, in Calendis Septembris.

DE DIEBVS FESTIVIS CELEBRANDIS.

CAP. c. x.

AD hoc, vt nullum Dubium, pro Feſtiuitatibus celebrandis oriatur.

Statuitur, q̃ infraſcripti Dies, reputentur Feſtiui, ſeu celebrentur, quoàd Ius non reddendum, etiam coram Arbitro, vel Arbitratore, nec Exequutiones Iudiciales faciendas.

De Feriis Repentinis, Iaſ. in. l. 2. in. 4. no. ff. SI QVIS, in Ius, voc. Et Bart. in Rubr. de Feriis, Et mixtus, Iaſ. in. l. 1. in prin. No. 4. ff. Eo, vbi etiam, an poſſit renunciari, Et Fel. in. c. SI DILIGENTI, col. 6 vrs. 4. CORROLARIVM, de fo. compet.

De Diebus Feſtis, quibus non licet vendere aliquid (medicinalibus, & ad victum pertinentibus, exceptus) Et vendenti imponitur pœna, dicitur in Nou. Conſt. ſub Tit°. de Feriis. fol. 4 2, à Fronte.

De Mense Ianuarii.

An per Statutum possint induci Feriæ, etiam in Honorem Dei, Alex, in l. præsides, ff, eo.

Epiphania Domini, die.	6
Sancti Christophori.	7
Sancti Antonij.	17
Sancti Sebastiani.	20
Sanctę Agnetis.	21
Sancti Vincentij.	22
Sancti Babillæ.	24
Sancti Pauli.	25

De Mense Februarij.

In Vigilijs Beatę Virginis Marię, non habetur respectus ad Numerum, Vide in Nouiss. capite. 94. IN VIGILIIS, fol. 62. à Fronte.

Vigilia Purificationis, die.	1
Purificatio Virginis Mariæ.	2
Sancti Blasij.	3
Sanctę Agathæ.	5
Sancti Mathiæ.	7
Sanctæ Apolloniæ.	9
Sancti Ambrosij de Victoria.	21

De Mense Martij.

Sancti Thomę de Aquino, die.	7
Sancti Ioseph.	20
Sancti Benedicti.	21
Vigilia Salutationis Virginis Mariæ.	24
Salutatio eiusdem Virginis.	25

De Mense Aprilis.

Sancti Georgij, die.	24
Sanctorum Gregorij, & Marci.	25

De Mense Maij.

De Mense Iunij.

De Mense Iulii.

Festum Mortuorum.	2
Sancti Leonardi.	6
Sancti Martini.	11
Sanctæ Catherinæ.	25
Sanctæ Andreę Apostoli.	30

De Mense Decembris.

Sancti Nicolai.	6
Sancti Ambrosii.	7
Sancti Zenonis.	8
Sanctæ Luciæ.	13
Sancti Thomę Apostoli.	21
Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi.	25

Et vltrà prædictas Festiuitates, celebrantur, vt supra, infrascripti Dies, quibus, Iusdicentes non reddant Ius, & Exequutiones Iudiciales, fieri non possint, videlicet.

Festum Carneuaroli.
Feriæ Paschatis Resurrectionis, per Dies septem proximos antè, & totidem pòst.
Ascensio Domini nostri Iesu Christi.
Diebus Lętanearum, quæ fiunt inter Ascensionem, & Festũ Paschatis Pentecostes.
Non reddatur Ius in mane.
Qui dies Lętanearum.
Et etiam Dies quadragessimales, in mane, intelligantur esse in honorem Dei.
Festum Paschatis Pentecostes.
Et per Dies duos proximos pòst Festum corporis Christi,
Feriæ Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi seruentur, videlicet.

Quibus diebus sint prohibitę Captiones, & Exequutiones, vide in Nouis. capit. 64. NVLLVS, fol. 20. à Fronte.
An proced. In Caussis Fisci. l. publicas. C. de fęriis.
Adde, quod per dies quatuor antè festum Annunciationis Beatæ Virgi. Marię, & totidem pòst, nemo potest pro Debito priuato, vel Publico, nec alia quauis Caussa, in ęre, vel persona Molestari, nec impediri, vt habetur in Const. sub Tit°. de prohib. & Concessis Exequut. pers. §. CONSVETVM EST, fol. 54. à Tergo, quibusdam casibus exceptis in. §. HVIVS TAMEN, Tit°. eo.

Per tres Dies, antè ipſum Feſtũ Natiuitatis Dñi, quoꝝ Duo, antè Vigiliã, intelligantur ob hominũ neceſſitates feriati, Vigilia autèm Natiuitatis, videlicet, vſq; ad Feſtum Circumciſionis Domini proximè, incluſiuè,

Et intelligantur eſſe in Honorem Dei, & Sanctorum, Vltrà omnes Dies Dominicales,

Item, in Quadrageſſima, Iudices non reddant Ius, niſi in Veſperis, ità, ꝙ Duo Dies, ex eis, pro vno Die vtili, computentur, in omnibus Cauſſis, etiàm Cridarum, & Contradictionum, quando connumerantur Dies Vtiles,

Vide ſuprà, Capite, 107. TEMPORIBVS, in fine, fol. 56. à fronte. Et ſuprà, Capite. 25. CAVSSAE, in fine, fol. 9. à Tergo. Et in Nouiſs. Capite. 204. STATVTVM, §. ITEM LICET. fol. 65. à Tergo. Vide etiã Conſt. ſub Tit°. De Iudic. §. TEMPORE. fol. 38. à Tergo. Et ſub Tit°. de Bonis ad Cred. pon. §. FINITIS. fol. 49. à fronte in fine.

✠ De Svbitis Contestationibvs, et Seqvestris.

Cap. c. xj.

QVOLIBET Die Feriato, & nòn Feriato, niſi in contrarium pèr Iura Municipalia, reperiatur prohibitũ, poſſit fieri Cõteſtatio, & Sequeſtrum dè Bonis, & Rebus quibuſcunq;, de quibus dubitatur, ſeù timetur ne baratentur, vel tranſeãt in ſiniſtrũ, Saluò de Rebus, ſupèr quibus pẽdet Queſtio, niſi vbi alias, poſſet fieri de Iure Cõmuni, vèl ex Forma præſentium Statutorum, Et in Caſibus, in quibus dubitatur nè Negocium velocitèr, vel proptèr tarditatem, tranſiret in ſiniſtrum, poſſit fieri Sequeſtrum, vt ſuprà, Præſtita tamen Satiſdatione idonea, ſuppoſita Iuriſdictioni Iuſdicentis, de cuius Mandato, factum fuerit ipſum Sequeſtrum, præſente Parte, vèl abſente, pèr Contumaciam, de Iudicio ſiſti, Iudicatoq; ſoluendo, & de Re Sequeſtrata Exhibẽda, ſi expedierit, corã Iudice ſuo cõpetẽte, teuocet Sequeſtrũ ſine Litigio. Et, vt Satiſdare Debens ſit certus.

Statuitur, ꝙ Impetrans Sequeſtrum pro Debito, exprimere teneatur in Sequeſtro quantitatem Crediti,

Ità tamen, ꝙ per Expreſſionem ipſam, nòn fiat præiudicium ipſi Sequeſtranti, ſi de Maiori ſumma Creditor poſteà

✠ Socy. ρs°. 116. circà prin. lib. 4. poteſt etiã reuocari Bal. in. l. Dies circà princ. C. de ferus.

Vide infrà, Capite, 220. PENES, fol. 71. à frõte in fine.

De Copia Sequeſtri, & c. Vide infrà, Capite, 213. SI CONTINGAT, fol. 72. à tergo.

De Auxilio Dãdo ad Exequutiones, Vide infrà, Cap. 206. SI QVIS, fol. 69. à tergo.

Quòd Nobiles Teneãtur pro Sequeſtris ꝑ Nobil. Vide infrà, Capite. 218. IN OMNIBVS, fol. 73. à tergo, in fine.

Relationes Sequeſt. faciendę infrà Tempus, Vide infrà. Cap. 135. RELATIONES. fol. 81. à Fronte.

De Termino quindecim Dierum Vtilium pòſt Productionem Iurium, dicitur in Nouiſs. Capite. 201. STATVITVR, fol. 64. à Fronte.

Quomodò debeat obligari Fideiuſſor, In Nouiſs. Cap. 189. FIDEIVBENS, fol. 61. à Fronte.

De Prob. faciendis, de Idoneitate Fideiuſſoris, in Nouiſs. Capite. 87. SI CONTINGAT, fo. 30. à Tergo.

Et quàndo non reuocetur per Satiſdationem. Fel. in. c. Examinata, col. 7. ad fi. & Sequenti de Iudiciis.

Quòd, non Concedatur, Relaxum, niſi conſtet de Debito, In Nouiſs. Cap. 200. AD TOLLENDVM, fol. 64. à Fronte.

repertus fuerit, & Satisdatio præstetur, pro quantitate asserti Debiti in Sequestro, expressi, vel pro quantitate, vel Aestimatione Rei Sequestratæ, seu Rei, vel quantitatis, quam, sibi relaxari debere intendit Satisdans, in electione ipsius Satisdantis.

Et fideiussor remaneat obligatus, secundum Formam ipsius Satisdationis, & ipsa Reuocatio, seu Relaxatio Sequestri, fiat, seu concedatur de Rebus Sequestratis, vsq; ad summam, seu valorem, pro qua, vel quo, satisdatum fuerit, vbi Satisdatio non præstaretur pro quantitate Debiti expressi in Sequestro.

Et, vbi ille, de cuius Bonis fieret Sequestrum, compareret, & diceret se nolle, aut nõ posse Fideiussionem, vt suprà, præstare, tùnc, Ipso Iure, intelligatur Statutus illi, ad cuius Instantiam factum fuerit Sequestrum, Terminus octo Dierum Vtilium, ad probandum Creditum suum, si fuerit contrà Suppositum Iurisdictioni ipsius Iusdicentis, vel de Re Supposita ipsi Iurisdictioni.

Si verò, contrà non Suppositum, vel de Bonis non Suppositi, Dierum quatuor Vtilium.

Alioqui, ipsa Sequestra pro non factis habeantur, & in Caussis Sequestrorum procedatur summariè.

De Instantia, & Termino Suprà, Cap. 25. CAVSSAE, fol. 10. à Fronte, & de instantia sequestrorũ, Vide in Nouis. ca. 201. STATVITVR, fo. 64. à Fronte.

RVBRICA GENERALIS DE PRAESCRIPTIONIBVS.

DE SCRIPTO MANV DEBITORIS PETENDO INFRA ANNOS DVODECIM.

CAP. C. XIJ.

QVILIBET, qui habet, vel de cætero habebit scriptum, manu Debitoris factum, vel eius manu subscriptum, aut de eius Mandato factum, seu subscriptum, quod sit purum, & non habeat diem, nec Conditionem petẽdi Debitũ

De Exequutione Instrumẽti, & scripti manu debitoris facti, vel subscripti, vide suprà, cap. 42. SI QVIS, fol. 15. à Front.

De scriptis manu debitoris factis, vel subscriptis vide suprà, cap. 96. OMNES SCRIPTVRAE. fol. 32. à Tergo.

De contractibus recipiendis, nomine alicuius, Vide infrà, capite, 337. SI QVIS, fo. 109. à front.

debeat illud petere, seu saltem requirere in Iudicio, vel extrà, infrà annos duodecim, à tempore Confectionis illius Scripti.

Et, si Steterit per annos duodecim, quod non petierit, seu requisiuerit, vt supra, per illud scriptum, seu contenta in eo, quod illud scriptum sit nullius valoris, & momenti, & præsumatur esse solutum, vbi aùtem Scriptum sit aliter, quàm, vt supra, & steterit per annos duodecim, à tempore, quo, agi, & peti possit, ex eo scripto, & non egerit, vel non petierit, vt suprà, similiter scriptum ipsum, sit nullius valoris, & momenti.

DE PRAESCRIPTIONE TRIGINTA ANNORVM.

CAP. c. xiij.

Declarat latè Bal. Cons°. 477. libro. 3°.

VBI de Iure Communi Præscriptio decem, vel viginti annorum, currit in rebus Immobilibus, & corporalibus Possessis, cum Titulo, & bona fide, Iure nostro municipali tantùm, Præscriptio Annorum Triginta, locum sibi vendicet.

Et præsens Statutum etiam habeat locum quàndo agitur hypothecaria, contrà Tertium Possessorem, cum Titulo, & bona fide, Possidentem.

An per hoc tollatur præscriptio Triginta Annorum, & omnis Alia, stante Statuto, quòd verba intelligantur ad litteram, Aret. 95°. 102. in. 5. dubio, col. 5. Vers. 2°.

QVOD PRAESCRIPTIO NON PROSIT ALICVI, CONTRA COMMVNE MEDIOLANI, IN CERTIS CASIBVS.

CAP. c. xiiij.

Contrà Fiscum etiam Allegati non potest præscriptio, vt in Constit. Sub Tit°. de Iur. & priuileg. Fisci. §. NEC OPPONI, fol. 85. à Tergo. in prin. & §. NVLLA, fol. 86. à frōte c° Mediū.

CONTRA Commune Mediolani, in his, quæ ad Iurisdictiones, & Honores Communis Mediolani pertinent, Nemini prosit præscriptio præteriti temporis, nec Futuri, nec admittatur, nec currere possit Iuribus Communis Mediolani integris, & illesis, omni tempore permansuris.

Et per

Et per prȩsentia Statuta, & Ordinamenta, non tollantur, nec reuocentur, nec reuocata esse intelligãtur, aliqua alia Statuta, & Ordinamenta præsentia, facientia mentionem de aliquibus Iuribus, Honoribus, & Iurisdictionibus, pertinentibus Communis Mediolani, sed ipsa omnia Statuta, & Ordinamenta firma sint, & in suo Statu permaneant.

RVBRICA GENERALIS DE ARBITRIIS ARBITRAMENTIS, ET COMPROMISSIS.

Vide in Nouiss. capit 205. DECLARATVR, fol. 65. à fronte, in fine.

An Arbiter teneatur sequi Ius Cõmune, aut Municipale, Cȩpol. Caut. 160.

Ad hoc Statutum, & alia sequẽtia in Materia Arbitrorum, & Compromissorum, Vide Const. Sub Tit°. De Arbitris, & Arbitratoribus per totũ. Vbi aliqua, circà hanc Materiam, adduntur, & aliqua immutãtur, Ità, quòd ibi plenè videri potest Materia, Sub hac Rubrica, Tractata.

DE HIS, QVI POSSVNT COGI AD COMPROMITTENDVM.

CAP. C. XV.

SI de cætero fuerit Caussa, Lis, Quæstio, Controuersia, vel Discordia, inter Ascendentem, & Descendentem, vel inter Agnatos, Cognatos, vel Affines, affinitate præsenti, vel præterita, vel inter vicinos eiusdem Parochiæ Ciuitatis Mediolani, vel intrà Corpora Sanctorum, teneatur, & debeat quilibet Iusdicens, si sibi infrà Dies decem continuos, à Die Litis contestatæ, vel habitȩ pro contestata, requisitum fuerit Cõpromissum per aliquam Partium, vel Procuratorem, mandatum Habentem generale ad Caussas, & per ipsum Requirẽtem, fuerit nominatus suus Arbitrator, suppositus Iurisdictioni Potestatis Mediolani, vel Iurisdictioni illius Iudicis, coràm quo, facta fuerit ipsa Requisitio. Et tunc, Iudex ipse, vel ille, coram quo, Requisitio ipsa, facta fuerit, teneatur præcipere diuersæ Parti, quòd infrà tres Dies, tunc proximos, debeat coràm ipso Iudice comparere, & suum Arbitratorem, in Actis, nominare, in quos, sic nominatos, teneatur Iudex Partes ipsas cõpellere ad Compromissum faciendum, infrà duos Dies vtiles, tunc proximè futuros, simul, & concorditèr in Amicũ, seu Amicos Cõmunes

Publicatis Attest. non petitur Compromissum, Aret. cons°. 100, in. 2. Dub:

Quid, si à tali Præcepto applicatur Anch. cons°. 75, & cons°. 437. in prin.

nominatos, vt suprà, laicos, suppositos etiam, vt suprà, de Iure, & Amicabili Compositione, per publicum Instrumentum, de omnibus Differentijs, intèr ipsas Partes vertentibus, coràm ipso Iusdicente, ac etiam, de eis, quę per partes, vel alteram ipsarum Partium, peti voluerint.

Et, elapso Termino decem Dierum, illud ampliùs, requiri non possit.

Et, si omnes Partes ipsę, in eo Termino Compromissum fecerint, procedatur ad Expeditionem ipsius Caussæ, ab ipso Arbitratore, vel Arbitratoribus, absq; aliquo impedimento ipsius Iusdicentis.

Vt suprà in aliis Iudiciis seruatur Capite. 8. SI QVIS, fol. 4. à Tergo, Vbi Cōtrafaciēti imponitur pęna.
Et in Compromisso, Socy. ps°, 72. col. fi, lib. 4.

Et petito Compromisso, non liceat Alicui Partium, coràm alio Iusdicente, etiam pro aliqua alia Caussa Ciuili, in Ius, Partē trahere, durāte, tamen, Instantia ipsius Cōpromissi.

Si autèm, aliqua Partium, in faciendo Cōpromisso ipsó, Negligens, vel Renitens fuerit, seu alitèr, Partes Compromissum ipsum concorditèr non fecerint, eo casu, teneatur Iusdicens, ad omnem Requisitionem alicuius Partium, vel Procuratoris sui, de differentijs ipsis, Commissionem, seu Compromissum, facere, modo, & forma infrascripta in Actis ipsius Iudicis, videlicet, Citato illo, qui Negligens, & seu Renitens fuerit, in faciendo ipsum Compromissum, vt compareat ad certum Terminum ad ipsum Compromissum faciendum.

Alioqui, quod ipsum Compromissum fieri faciet, & faciat, ipso Termino elapso, in Arbitratorem, vel Arbitratores, nominatum, seu Nominatos, per alteram Partem, seu Partes, vel Procuratorē, vt suprà, qui Cōpromissum fieri instabit.

An Caussa Appell. veniat? Alex. ps°. 72. col. pe. lib. 3. Purpur. in. l. Si quis maior, in. 4. no. C. de Trans.
An in Claris proced. la. fas. ps. 26. in Vltimo Dub. lib. p°.

Et in tali Compromisso, seu Commissione decisa, non veniāt.

Quæ decisa intelligantur, tàm per Sententiam, quàm per Arbitramēta, quæ mereantur Exequutionē, vel per Iuramētum, à Parte, Parti, in Iudicio delatum, & pręstitum, vel habitum pro Relato, & præstito, & per quamlibet vltimam

voluntatem non abolitam, nec cancellatam, nec in aliqua ſui Parte viciatam, vel alium Contractum Iuratum, de quo appareat per Inſtrumentum, à publico Notario rogatum, etiam, hoc vltimum, videlicet, de Contractu, de quo appareat Inſtrumentum, Iuratum, vt ſuprà, procedat de Contractu, de quo, appareat Inſtrumentum, vbi agatur, alia via, quàm via Statuti incipientis, SI QVIS, PRIMA FACIE STATVTI, & cætera.

Declaratur Statu. In Nouis. Capite. 103. DECLARATVR, fol. 65, à Fronte, in fine.

Et in ea, etiam Commiſſione, poſſit ipſe Iuſdicens, & Partes, & quæcunq; earum Bona, viciſſim obligare, pro Arbitramentorum ipſorum, ſeu declarationis exindè faciendæ, obſeruatione, & Exequutione, appoſita etiam pœna pecuniaria, pro eadem obſeruatione, per ipſum Iuſdicētem, quæ ſibi, inſpecta qualitate Perſonarum, & Rerum, conueniens videbitur.

Et, ità, q; huiuſmodi Commiſſionibus, ſinè alia expræſſione, ſemper pro appoſitis habeantur Clauſulæ importantes ſolemnem, hinc inde, Stipulationem, & Renunciationem, & modum procedendi, ac Pacta Exequutiua, & reliqua omnia, quæ in Compromiſſis apponi ſolent.

Quòdq; Arbitramenta ipſa, & Declaratio, tàm Die Feriato, in honorem Dei, non introducto, quàm non Feriato, fieri poſſint.

Et in Cauſſis ipſis, omnia Acta, quæ fieri continget, & Arbitramenta ipſa, & Declarationes ipſæ, rogari poſſint, per quemcunq; Notarium, perindè ac ſi, Compromiſſa, de eis, iuxtà ſolitum, facta fuiſſent.

Et, ſi cōtingat, in ipſis Compromiſſorum, ſeu Reuiſionum, vt ſuprà, faciendorum, Cauſſis, ſeu etiam in Cauſſis aliorum Compromiſſorum, quæ ſponte, fieri contingunt, à partibus, ad ea facienda, compelli non valentibus, aſſumptionem de Tertio, aut alio Arbitratore, fieri, eo Caſu, priores Arbitri, & Arbitratores, à Iudice, vel à Partibus electi,

Nota, De Aſſumptione Tertii.

vt suprà, se amplius, de Caussa, non intromittant, sed ille tantummodò, qui, vt suprà, assumptus fuerit, Arbitrator solus remaneat, cuius authoritati pareatur.

Qui Tertius, habeat, & habere intelligatur, tàm in procedendo, quàm in decidendo, illud Arbitrium, & Potestatem, quod, & quam, alij Arbitri, seu Arbitratores, primo loco, electi, vt suprà, ex tenore, & Dispositione Compromissi, seu Commissionis, habere dignoscuntur, eamq; viam sequantur, quam illi priores, sequi poterant, non autèm procedat, nec terminet, Iuxtà Iuris Stricti rigorem, si, is, à veritate, sibi dissonare, videatur.

Vide suprà Cap. 32. ORDINES POSITI, fol. 11. à Fronte.

Et arbitramenta, quæ per ipsum, assumptum, facta fuerint, ità valeant, & operentur, ac si Compromissum, vel Commissio in eum solum, facta fuisset. Et facto ipso Compromisso, seu Commissione, modo, & Forma suprascriptis, Partes ipsę habeant, & habere intelligantur tantummodò Tempora, ad probandum, reprobandum, & producendum, quę, ex forma Statuti primi de Iudicijs, quod incipit STATVITVR, & cætera, indulta sunt, & non vltrà.

Quę sunt quindecim Dies Vtiles, Actori, & Reo, Communes, ad proban. & posteà decẽ ad reprobandũ, vt suprà, cap. 22. TERMINI. §. ET ELAPSO, fo. 9. à Frõt. Et ca. 24. POST TERMINVM, eodem fol. à Tergo.

Et petito Compromisso, donec factum fuerit, nullum tempus currat.

Vt in Nouiss. Cap. 59. IN CAVSSIS. folio. 34. à Tergo.

Et prędicta de Petitione Compromissi, non habeant locum in Caussis Appellationum, Reuisionum Arbitramentorum, nec Grauaminum, hec etiam in Articulis emergentibus, & incidentibus, nec in Caussis Cridarum, quæ fiunt pro Bonis vendendis secundum Formam Prouisionis, & Ordinum Communis Mediolani, quia in talibus, non habeat locum Petitio Compromissi.

DECLARATIO, Vt habet in Nouiss. fo. 66. à Tergo.

Declaratur, quòd quãdo incipitur agere via Executiua, videlicet. Alia via, quàm via Statuti Incipientis. SI QVIS PRIMA FACIE, Quòd non admittatur Denunciatio Compromissi, etiã si Instrumentum non esset Iuratum.

Et intelligantur coacti ad faciendum Compromissum, qui secundum Formam præsentis Statuti, aliàs cogi possent, ad faciendum ipsum Compromissum, licèt aliàs voluntariè Compromissum, fecerint.

QVOD ARBITRAMENTA NON POSSINT DICI INIQVA.

CAP. c.xvj.

PETITO Compromisso, donèc factum fuerit, nullum Tempus currat.

Et postquàm facta fuerint Præcepta, Arbitria, vel Arbitramenta inter Ascendentem, vel Descendentē, vel Agnatos, vel Cognatos, vel Affines, Affinitate præsenti, vel prçterita, vel Vicinos eiusdem Parochiæ, vlterius non possint dici iniqua, nec possit appellari, querelari, nec supplicari.

Saluò, q̄ si aliqua Partium ad petitionem Reuisionis ipsorū Arbitramentorum, admitti petierit, vel à Principe, vel ab eius Senatoribus, non audiatur, nisi infrà quindecim Dies Vtiles, a Die Scientię factorum Arbitramentorum, petat Ipsam Reuisionem.

Et, si contingat ipsam Reuisionem concedi, eo casu, obtenta Dispensatione ipsius Reuisionis, teneatur Pars, quæ eam Reuisionem obtinuit, intrà octo Dies continuos, ipsam Caussam Reuisionis,

COMMITTI FACERE Partium Confidenti, vel vnius in Contumaciam alterius.

Qua Commissione sic facta, intelligatur Statutus Terminus Vtriq; Parti, Ipso Iure, & facto (proùt in sequenti Statuto incipienti.

SI QVIS VOLVERIT DICERE, & cætera) ad probandum, & probatum habendum, ac ostendendum, quicquid voluerint, per omne genus Probationum.

Quo Termino elapso, Statutus sit, & esse intelligatur, Ipso Iure, & facto, Terminus, Iudici Caussæ Reuisionis, decem Dierum Vtilium, ad decidendum, & Terminandum ipsam Caussam Reuisionis.

Et, si Sententia fuerit confirmatoria ipsorū Arbitramentorū, in ea Parte, in qua fuerit Conformis ipsis Arbitramētis,

An toll. euidentem Null, Alex. cs°. 105. col. 1. ad. fi. & seq. lib. 5 & ex defectu Iurisd. cur. cs. 68 in fi.

Si Senator fuit Arb. An Reuisio sit per alium cognoscenda Senatorem, Bart. & Bal. in. l. 2. C. vbi, & apud quem.

DECLARATIO. Vt in Nouiss. Capite. 182 SVPER STATVTO, fol. 58. à fronte.

Statuitur (firma semper manēte Dispositione huius Statuti,) Quòd vbi petatur, & concedatur Reuisio aliquorum Arbitramentorum, quę ex forma dicti Statuti non possunt dici iniqua, & simpliciter concedatur, non facta aliqua mentione de Infrascriptis Ordinibus, nec limitatione, respectu cōtentorum in ipsis Ordinibus, tùnc ipse Petens Reuisionem talium Arbitramentorum, teneatur soluere, & numerare alteri parti, totū id, in quo condemnatus fuerit in ipsis Arbitramentis, occasione expēsarū Litis, & pro Salario,

Ad Intell. Vid. Alex. 9s°. 107. col. 3. lib. 3.

Aduerte tamen, q petita Commissione non currunt tempo. vt in Nouis. capite. 99. IN CASIBVS, fol. 34. à Tergo, Et, vt suprà, sub Cap. 42. SI QVIS PRIMA FACIE, fol. 15. à fronte, in fine.

mittatur Exequutioni, omnibus Iuris remedijs, etiam per inductionem in Possessionem, nec possit vlterius appellari, querelari, supplicari, nec de Nullitate agi, nec aliquo, quouis modo excipi, sed Exequutio ipsa, omnino sortiatē effectū. Et, si prædicta omnia, seruata non fuerint, prima Arbitramēta firma remaneant, & Exequutioni mittantur, vt suprà.

De Praeceptis Arbitriis, et Arbitramentis, quae possunt dici iniqua, et de Exequutione ipsorum.

Cap. c. xvij.

SI quis voluerit dicere, vel allegare Præcepta, Arbitria, vel Arbitramenta Arbitri, vel Arbitratoris, esse iniqua, vel iniusta, vel nulla, lata inter eos, qui sponte Compromissum fecerint, & qui aliàs, ex Forma præsentium Statutorum, ad compromittendum Compelli non poterant, teneatur, infrà decem Dies vtiles, à die Scientię, Præceptorum Arbitriorū, & Arbitramentorum latorum, dicere de Nullitate, Iniquitate, vel de altero ipsorum coràm Iudice Competenti.

De Iure Communi, vsq; ad. 30. ann. secundum Cōmunem, Teste Dec. 9s. 39. col. 6.

Quibus elapsis, si dictum fuerit de Iniquitate, vel Nullitate ipsorum Arbitramentorum, intelligatur, Ipso Iure, Statutus Terminus, ipsi Petenti Reuisionem, Dierum viginti Vtilium, ad probandum, & probatum habendum, & ostendendum, quicquid voluerit de Grauamine, & Iniquitate, ac Nullitate ipsorum Arbitramentorum, & de omnibus suis Iuribus, ità tamèn, q dicens Arbitramenta Iniqua, & nulla, & vt suprà, teneatur per octo Dies Vtiles, antè finem dictorum Dierum viginti vtilium, sua Capitula, & alia Iura, per eum producēda, producere, & pòst, aliqualitèr produci nequeant, nec admitti.

Qui Terminus viginti Dierum Vtilium sit etiàm Communis Parti Aduersæ, ad probandum, & reprobandum,

& ad ostendendum, quicquid voluerit, pro Defensione sui Iuris, quo Termino elapso, teneatur Pars, quę Reuisionem ipsorum Arbitramentorum petierit, Caussam ipsius Reuisionis, committi facere Partium Confidenti, infrà duos Dies Vtiles, vel vnius, in Contumaciam alterius. Quę Comissio, etiam fieri possit, ad Instantiam alterius Partis, contrà quam petita est Reuisio, qua Commissione, sic facta, intelligatur, Ipso Iure, & Facto, Statutus Terminus decem Dierum Vtilium, Iudici Caussæ Reuisionis, ad cognoscendũ, & Terminandum ipsam Caussam Reuisionis.

Et, si Sententia lata fuerit, confirmatoria ipsorum Arbitramentorum, mittatur Exequutioni, per quemlibet Iusdicẽtem, omnibus Iuris remedijs, etiam per Inductionem in Possessionem, in toto, vel pro ea Parte, in qua, fuerint confirmata ipsa Arbitramenta.

Et, si alitèr declaratum non fuerit in Termino suprascripto, ipsa Arbitramenta, firma remaneant, & Exequutioni demandentur, omnibus Iuris remedijs, vt suprà, & vt suprà.

QVOD TEMPVS PRAECEPTORVM, ET ARBITRAMENTORVM, NON CVRRAT, NISI SCIENTI.

CAP. c. xviij.

TEMPVS, de quo fit mentio in Præceptis Arbitrijs, & Arbitramentis, non currat, nisi Scienti.

QVOD ARBITRAMENTA, PRO QVIBVS PRONVNCIATVM FVERIT, MANDENTVR EXEQVVTIONI.

CAP. c. xix.

An intelligatur de scientia intrinseca glo. in. c. cõcertationi in 6°. sciuerit in fine de appell. in. 6.

IN omnibus Præceptis Arbitrijs, & Arbitramentis, quæ possunt dici, ex Forma pręsentium Statutorũ, iniqua, & dicta fuerint iniqua, vel iniusta, infrà tempus comprehensum

in præsentibus Statutis, super quibus pronunciatum fuerit pro ipsis Præceptis, Arbitrijs, & Arbitramentis, ab ea Pronunciatione, seu Sententia, non possit appellari, querelari, supplicari, nec de Nullitate agi, nec aliquo modo excipi, sed fiat Exequutio, prout in præsentibus Statutis continetur.

Vide infrà ca. 157. NVLLVS, Fol. 53. à Tergo. Et capite. 158. QVILIBET, fol. 54. à Fronte.

DE TEMPORIBVS INSTANTIAE COMPROMISSI.

Quomodò prorogan. Ias. in. l. properan. in prin. col. 4. vrs. p°. C. de Iud.

CAP. c.xx.

COMPROMISSA, quæ fient sinè Termino, durent tantùm spacio quadraginta Dierum Vtilium, à die facti Compromissi exclusiuè. Et, si Terminus fuerit appositus in Compromisso, & in eo data sit Potestas Arbitro, vel Arbitratori prorogandi Compromissum, prorogatio fieri non possit, vltrà dictos Dies quadraginta Vtiles. Qui quadraginta Dies Vtiles, currere incipiant, à Die facti Compromissi, quod Compromissum, siuè voluntarium fuerit, siuè necessarium, Ipso Iure, & Facto intelligatur acceptatum per Arbitrũ, & Arbitratorẽ, seu Arbitros, & Arbitratores. Et prædicta non habeant locum in Mediatoribus, qui assumuntur, super Contractu, vel Contractibus, Quorum mediatorum Commissio, nõ excedat tempus Trium Mẽsium.

De Iur. Communi durat perpetuò, Ias. pòst omnes, in. l. Si quis Arbitratu, col. 14. vrs. c°. principale, de Verb. oblig. vbi Socy. col. 15. dicit Communem.

QVOD POSSINT FIERI CORAM ARBITRIS, ET ARBITRATORIBVS, ET AMICABILIBVS COMPOSITORIBVS, OMNIA, QVAE POSSENT FIERI CORAM IVDICE ORDINARIO.

CAP. c.xxj.

POSSVNT Partes, & legitimæ personæ, pro eis, coràm Arbitris, Arbitratoribus, & Amicabilibus Compositoribus, facere Positiones, & deferre Sacramenta, & Acta

quęcunq; alia, quę facere possent coràm Iudice Ordinario. Et possint dicti Arbitri, Arbitratores, & Amicabiles Compositores, compellere Partes, ad respondendum Positionibus, & statuere Terminum ad iurãdum, vel referendum, & alia quæcunq; facere, quæ, & prout, facere possit Iudex Ordinarius, etiàm in habendo, vel pronunciando ipsas Positiones, pro confessis, prout posset Iudex. Et, q̃ Acta omnia, & Actitata, per eos, & coràm eis, sortiantur illum effectum, quem sortiri deberent, si facta forent coràm Iudice Ordinario, vel per eum.

Et Sententiæ Arbitramentales, & Arbitramenta, habeant vigorem, & effectum Sententiæ diffinitiuæ.

Et pro eis p̃sumitur sicut pro Sententia, Ias. ps. 12. col. 4. In prin. lib. p°.

Hoc tamèn intellecto, q̃ per prædicta, non intelligatur esse Concessa facultas appellandi ab eorum Sententijs, vel Arbitramentis, & contraueniendi, nisi prout possent, Circumscripto hoc Statuto.

RVBRICA GENERALIS DE VERBORVM SIGNIFICATIONIBVS.

QVOD COMPREHENSA IN LEGIBVS MVNICIPALIBVS COMMVNIS MEDIOLANI, POSSINT EXPLICARI PER LEGITIMAM PERSONAM.

CAP. C. XXIIj.

Quòd verba Statutorũ seruentur ad literã, vt iacẽt. Vide in Nouis. cap. 174. VERBA STATVTORVM, folio 55. à tergo.

PER legitimam Personam, quæ aliàs esset sufficiens, & habilis de Iure Communi, respectu eius, pro quo comparet, possint omnia in præsentibus Statutis, & alijs Legibus Municipalibus Communis Mediolani comprehensa, explicari, quamuìs, Verba præsentium Statutorum, & aliorum Iurium Municipalium, sint concepta in personam Principalis.

QVOD CERTA VERBA, IDEM REPRAESENTENT.

CAP.c.xxiij.

HAEC verba, Caussa, Lis, Quęstio, Contentio, Discordia, & Controuersia, idem repræsentent, siue Lis sit Contestata, siuè non.

DE EODEM.

CAP.c.xxiiii.

Actor dicitur Tutelæ coadiutor, Rub. ꝯs°. 162. col. 2.

HAEC verba, Procurator, Syndicus, Actor, Curator, & quilibet alius legitimus Defensor ad Caussas, quocunque nomine censeatur, siuè sit pro Parte Actoris, siue Rei, repræsentent Idem.

DECLARATIO VERBORVM, QVALITÈR DEBET PROCEDI SVMMARIÈ, DE PLANO, SINÈ STREPITV, ET FIGVRA IVDICII.

CAP.c.xxv.

An Ista verba, Tollāt Cōsilium Sapientis, Alex. ꝯs. 175. ante fi. lib. fi.
Et de modo ꝓceden. Bal. in. l. Iudices antè fi. C. de Iud.
Et an Tollant Exceptionē excussionis Marian. ꝯs°. 24. col. pe. ad fi. lib. p°. Et Anna. ꝯs. 55.
Ista Clausula, SVMMARIE, ET FACTI VERITATE ATTENTA, PROCEDATVR, & cęt. apposita in rescriptis, nō tollit cōsilium sapientis, Ità Not. in Cōst. sub Tit. de Rescrip. in prin. fol. 2. à fronte.

QVIA sæpe, in Statutis Cōmunis Mediolani fit mētio, quod in certis Casibus, procedatur, vel procedi possit, vel cognosci summariè, de plano, & sinè strepitu, & figura Iudicij, Declarantes dicta verba.

Statuitur, quod vbicunque, dicta verba, in Statutis, vel aliquo eorum, sint, possit procedi, & cognosci, hoc modo, videlicet.

Sinè Datione Libelli, sed qualis qualis Petitio, vel Requisitio, ad instar cuiusdam Memorialis, pro Parte Actoris, scribatur in Actis, coràm Iudice competenti, super qua, possit cognosci per Iudicem, absque aliqua Litis Contestatione.

Tamèn, Tempore Feriato, ob necessitates Hominum, introducto, non procedatur, nisi de voluntate Partium, tacita, vel expressa, vel, nisi in Ordinamentis Communis Mediolani, alitèr caueatur.

Dilationes quoq;,dentur, vel pro datis habeantur in prædictis Casibus,secūdum Formam Præsentium Statutorum. Si tamen in prçmissis Casibus, solēnis Ordo Iudiciarius,in toto,vel in Parte,non contradicentibus Partibus,obseruetur,non propter hæc erit Processus irritus, nec irritandus. Et ad tollendū omne Dubium,teneatur Iudex,cùm de hoc fuerit Requisitus,pronūciare,sinè aliquo Salario,vtrū ordinarie,an summarie,sit procedendum, & eius Pronunciationi stetur,omni Appellatione,vel Reclamatione,remotis. Idem,in quocunq; Casu,in quo summariè possit procedi.

QVALITER MASCVLINVM COMPREHENDAT FOEMININVM.

CAP.c.xxvj.

Quid è cōtrà? Dec. In.l.2. In prin. col. fi. de Regu. Iur.pòst Ias. in.l. SI QVIS,ID QVOD, de Iur.om. Iud.

IN Ciuitate,& Ducatu Mediolani,Masculinum comprehendat Fçmininum,in his,quæ congruunt vtriq; Sexui. Saluò,q in Successionibus,ab Intestato, hoc non habeat locum, sed in illis, seruetur secundum, quod iuxtà Sexum Masculinum,& Fçmininum,hoc Iure municipali,cautum est,quo deficiente,stetur Iuri Communi.

QVALITER INTELLIGANTVR HAEC VERBA. AB INTESTATO. VEL INTESTATVS. ET SIMILIA.

CAP.c.xxvij.

ITEM,q vbicunq;,in Statutis, vel Ordinamentis Communis Mediolani, vel aliàs reperiatur aliquid disponi per hanc dictionem AB INTESTATO,vel per hanc dictionem INTESTATVS, vel INTESTATA, vel per similia verba, q illa verba, trahantur, & intelligantur, ad quemlibet,& de quolibet, qui decesserit sinè Testamento, siuè fuerit Habilis ad Testandum,siuè non.

QVALITER SINGVLARE, TRAHATVR AD PLVRALE.

CAP. c. xxviij.

ITEM, quod verba Statutorum, & Ordinamentorum Communis Mediolani, prolata in singulari, trahantur ad plurale, & econtrà, nisi prauum resultare, contingeret intellectum, vel, nisi alitèr reperiatur dispositum ex forma alicuius Statuti, vel Ordinamenti Mediolani.

In Instrumentis, quid operetur, Signo, ps. 133.

QVALITER INTELLIGATVR HAEC DICTIO, CIRCA, POSITA IN ALIQVA DISPOSITIONE.

CAP. c. xxix.

ITEM Statuitur, quod si contingat in aliquo Contractu, Sententia, Arbitrijs, vel Arbitramẽtis, vel in aliquo alio Actu, vel in alia quauis Dispositione, poni dictionẽ, CIRCA, talis Dictio importet, vsque ad quinque pro Cẽtenario, Arbitrio Iudicis, vel Arbitri, vel Arbitratoris, & non vltrà, tàm circà Augumẽtum, quàm Diminutionẽ, de numero quinque, & à dicto Cẽtenario infrà ad ratã, pro rata dicti numeri quinque, Arbitrio Iudicis, vel Arbitri, vel Arbitratoris, vt suprà.

QVALITER INTELLIGATVR VERBVM, DVCATVS, POSITVM IN PRAESENTIBVS STATVTIS.

CAP. c. xxx.

Quòd Statuta seruẽtur in Terris Cõmunibus, Vide Infrà, Capite. 135. STATVITVR, fo. 45. à Fronte.
Vide etiam in Nouiss. cap. 174. STATVTA, fol. 56. à Fronte.
Et cap. 150. IN FAVOREM, fol. 57. à Tergo. in fine.

VBICVNQVE in præsentibus Statutis fit mentio de Ducatu Mediolani, intelligatur de Locis, & Terris, quæ aliàs erant de Comitatu Mediolani, antè habitum Titulum DVCATVS, & vlterius non extendatur ad alia Loca, nec ad alias Terras, quàm ad Loca, & Terras, quæ comprehendebantur sub Comitatu Ciuitatis Mediolani.

RVBRICA GENERALIS, DE APPELLATIONIBVS.

A QVIBVS SENTENTIIS POTEST APPELLARI, ET INFRA QVANTVM TEMPVS TERMINARI DEBEANT, ET DE MODO PROCEDENDI.

De appositione Interloquutorię, vide, In Nouis. capite, 196. APPELLANS, fo. 62. à Tergo.

CAP. c. xxxj.

LATA Sententia diffinitiua in Caussa Ordinaria, vel Summaria, Pars, quæ voluerit appellare, & quilibet alius, cui de Iure licet appellare, vel nullam dicere, teneatur infrà Terminum quatuor Dierum continuorum, à Die latæ Sententiæ, exclusiuè, & non vltrà ab ipsa Sententia diffinitiua, appellare, vel nullam dicere, ad Iudicem competentem, qua Appellatione, vel Nullitate interposita, procedatur in Caussa ipsius Appellationis, vel Nullitatis coram dicto Iudice, ad quē fuerit Appellatū, hoc ordine, Quod pòst Appellationem ipsam, vel Nullitatem propositam, & interpositam, & Commissionem factam, de ipsa Caussa Appellationis, Quam Commissionem teneatur Appellans, vel Appellatus, fieri facere, vni Partium Confidenti, vel vnius tantùm in Contumaciam alterius, de Collegio Doctorū Mediolani, per Dominū Potestatē Mediolani, ad hoc Deputatū, vel per aliū Iudicem competentē, vel alium Iudicē Ordinarium, qui ad hoc sit, & esse intelligatur specialitèr Delegatus, ad tardiùs, infrà tantum tempus, quod supersint ad minùs, Dies viginti Vtiles, si fuerit prima Appellatio. In alijs verò Appellationibus, Dies vigintiquinque Vtiles, ad complendum Annum, vel Biennium, vel Triennium datū, à Iure, ad prosequendas Appellationes, vbi indultū fuerit. Qui Commissarius ipsius Caussę Appellationis, cogatur ipsam Commissionem acceptare, omnibus Iuris remedijs, nec possit assumi vltrà dictum Commissarium, nec sibi dari

Hodiè Appellari, Vel de Nullitate dici debet, infrà Terminum quatuor Dierum Continuorum, à die Intimationis Sententię, sic disponentibus Cōst. sub Tit°. de Appellat. In prin. fol. 44. à Fronte, & ibi §. QVA APPOSITIONE, fol. eodē à Tergo.

Vide Multa ad hanc Statuti partem facientia.

Quod petita Cōmissione non currant Tempora. Vide in Nouis. capite. 99. IN CASIBVS. fol. 34. à Tergo.

aliquis alius socius ad Examinandum ipsam Caussam Appellationis, nisi fuerit de ambarum Partium voluntate.

Qua Commissione sic facta, habeat, & habere intelligatur Instantia ipsius Caussæ Appellationis, Dies viginti Vtiles tantùm, ad eam Caussam Appellationis, terminandam, Teneatur Appellãs, vel nullam Dicens, per se, vel Procuratorẽ suum, infrà Dies tres Vtiles, à Die factæ Commissionis, vt suprà, coràm Commissario electo, vt suprà, Libellum, seu Petitionem suam in Scriptis, porrigere, & Parti, vel Procuratori, qui cõparuerit ad Terminũ dandi Cõfidentes, vel in Cõmissione, notificare, personaliter, vel ad Domum Habitationis. Quæ petitio, qualiscunq; sit, dummodò tolerabilis, admittatur, & admissa esse intelligatur, Ipso Iure. Et iurare coràm ipso Cõmissario, se, non Dolo, nec Calumnia, sed Credens iustam fouere Caussam, appellasse, & nullam dixisse, ac statim, satisdare de restituendo, alteri Parti, omnia Damna, Interesse, & Expensas Litis prædictæ, quæ passa fuerit, & quę Taxata fuerint per Iudicẽ dictę Caussę, si Ipse Appellans, vel nullam Dicens, succubuerit in dicta Caussa Appellationis, vel Nullitatis, vel, si ipsam Appellationem, vel Nullitatẽ, non fuerit prosequutus, vsq; ad finẽ. Alioqui, ipsi Appellationi renunciasse, intelligatur, & prima Sententia, firma remaneat, & Exequutioni mandetur,

Instãtia Verò secũdę Appellationis durat viginti quinq; Diebus Vtilibus, vt infrà, capite. 138. ET INTELLIGANTVR, fol. 48. à Tergo, in fine.

Nota, q̃ hæc omnia, quæ in hac parte Statuti, & seq. vsq; ad Cap. Inferius, Incipiens, POSTQVAM VERÒ, dicuntur, Statuuntur etiam per Const. sub, Tit°. de Appellat. prædicto, à §. IS CONFIDENS, fol. 44. à Tergo, vsque, ad. §. LATA SENTENTIA, fol. 46. à Tergo.

Immò additur per dictũ. §. IS CONFIDENS, q̃ Commissarius Appellationis debet iurare, prout iuratur per Iudices in prima Instantia,

Iuramẽtum Appellantis, ac Satisdatio.

Et An sufficiat Iurare, vt in Statuto Marian. ps. 24 col. 8. vs. nec ob. lib. 1.

Acta Caussæ habentur, pro productis, vt suprà, Cap. 37. ACTA VERO, fol. 13. à Tergo.

DE EODEM.

CAP. c. xxxii.

POSTQVAM Statim, & sine vllo Interuallo, Statutus sit, & esse intelligatur Appellanti, vel nullam Dicenti, & Appellato, vel Appellatis, vel contrà Quem, vel Quos, nulla dicitur, Terminus octo Dierum Vtilium, probandi, producẽdi, ostendendi, & opponẽdi, tàm super Nullitate, q̃ Iniquitate dictę Sententię, & alijs, ad ipsam Caussam pertinẽtibus, quicquid ipsæ Partes, & quælibet earũ voluerint,

Ipso Termino finito, statim omnia agitata, producta, & ostensa in ipso Termino intelligantur, & sint, Ipso Iure, publicata, & de eis vtriq; Parti fiat Copia, si fuerit Requisita.

DE EODEM.

CAP. c. xxxiij.

SVCCESSIVE verò, statim Statutus sit, & esse intelligatur, Ipso Iure, vtriq; Parti, Terminus sex Dierum Vtiliũ reprobandi, & impugnandi, & excludẽdi quæcũq; agitata, producta, & ostensa in dicto primo Termino probatorio.

Et, si aliqua Partium, in ipso Termino Reprobatorio produxerit Articulos, vel Capitula tendentia ad Reprobandum probata, & producta per alteram Partem in primo Termino probatorio. De noua Iurium productione vide in Nouis, cap. 184. SI CONTINGAT, folio. 59. à Tergo.

Capitula ipsa, & Articuli produci debeant per tres Dies Vtiles, antè finem Dicti Termini reprobatorij, Parte præsente, vel legitimè ad hoc Citata, & sibi data, vel oblata Copia, alitèr produci non possint, nec admitti, & tunc liceat alteri Parti, contrà quam Producta fuerint, & cuilibet alteri, cuius intersit coadiuuare, & corroborare per Legitimas probationes probata, vel producta in dicto primo Termino, quo Termino reprobatorio Elapso, quęlibet agitata, p̄ducta, & ostensa in dicto Termino, intelligantur, & sint, Ipso Iure, publicata, & de eis fiat Copia, vt suprà, & q̄ omnes Exceptiones sint saluę in fine Litis, & reiectæ intelligantur, & cętera, pùt in Ordinibus Principalis Caussę superius cõtinetur, in Statuto primo posito sub Rubrica de Iudicijs. Quòd est in fol. 9. à frõte, sub cap. 23, STATVITVR.

DE EODEM.

CAP. c. xxxiiij.

DEINDE dictæ Partes Compareant, & deferant, vel Exhibeãt corã Cõmissario ipsius Caussę Processus, & omnia Acta dictę Caussę Nullitatis, & Appellationis Iura sua.

De eodem.

Cap. c.xxxv.

QVI Commiſſarius, viſis, & diligenter Examinatis prædictis. & Partium Allegationibus, quæ fieri voluerint, auditis, teneatur, & debeat, eã Cauſſam diffinire, & terminare, per eius Sentẽtiam Diffinitiuam, in Termino dictorũ Dierum Vtilium, vt ſuprà, limitatorum, cõgrue referendo.

De eodem.

Cap. c.xxxvi.

Idẽ per Cõſt. §. POSTQVAM VERO, ſub Tit°. de Appell. fo. 45. à Tergo.
Et in hoc volumine ſuprà, Cap. 143. SI QVIS. fol. 50. à Fronte.

POSTQVAM verò lata fuerit dicta Sententia, in dicta Cauſſa Appellationis, vel Nullitatis, in quantum, & quatenùs confirmata fuerit prima Sententia, lata in Cauſſa principali, non liceat ampliùs Prouocare, nec Appellare à dicta Sententia, nec, nulla dici, nec eidem aliqualitèr contrà iri, nec contra eã quicquàm excipi, vel opponi, ſed, prout lata fuerit, Exequutioni mãdetur, omnibus Iuris remediis.

De eodem.

Cap. c.xxxvii.

An dicatur diuerſa Sententia quando aliquid additur, vel diminuitur, quod ſit ſubſtantiale, Bart. in. l. Ius Ciuile. ff. de Iuſt. & Iud.
Idem per Cõſt. Tit°. eo. §. SI VERO, fol. 45. à Tergo, in fine, Saluò, ꝙ Appell. Intrà, quatuor Dies, à Die Intimationis.

SI verò per ipſam Sententiam latam in dicta Cauſſa Appellationis, vel Nullitatis, fuerit dicta prima Sententia, annullata, vel reuocata, vel aliqualitèr reformata, particularitèr, vel in totum, tunc liceat Succumbenti in Cauſſa Appellationis, vel Nullitatis, & cuilibet alteri, cui de Iure liceat, appellare, vel nullam dicere, infrà Terminum quatuor Dierum continuorum, à die latæ Sententiæ, excluſiue, & non vltrà, à dicta tali Sententia appellare, & Nullam dicere, ad Iudicem Competentem, vt ſuprà.

De eodem.

Cap. c.xxxviii.

ET intelligantur eſſe Termini limitati in omnibus, & per omnia

per omnia, proùt superiùs, in prima Caussa Appellationis, est expressum, mutatis, mutandis, & congrua congruis referendo.

Saluò, q̀ Instantia dictæ secundæ Appellationis duret Diebus vigintiquinq; Vtilibus, infrà quem Terminum proferri debeat Sententia, quę Sententia quatenus fuerit conformis, Exequutioni mandetur, omnibus Iuris remedijs.

Idem per Const. Tit°, eo. §. ET INTELLIGANTVR, &. §. seq. fol. 46. à Fronte. Et in. §. INSTANTIA, in §. Tit. & fol. eo. Additur, Quòd Instantia Caussæ, Appellationis prorogari, & suspendi potest, vt in prima Instātia sancitum est.

DE EODEM.

CAP. c. xxxix.

ITEM, q̀ omnes, & singuli Commissarij, Consultores, & Iusdicentes, singulariter referendo, teneantur, & debeant eorum Cōsilia, & Sententias, tàm in Caussis principal bus, quàm in Caussis Appellationum, singulariter referēdo, dare, & proferre in Scriptis, clarè, & apertè, ac sinè vlla Cōditione, vel Alternatione, Et in ipsis Cōsilijs, & Sētentijs declarare, & Taxare Expensas Litis, Damna, & Interesse, in Casibus, in quibus Pars, in ipsis Expensis, Damnis, & Interesse, de Iure veniat Condemnanda. Sub pęna librarum centum sexaginta Imperialium Consultori, vel Iusdicenti Contrafacienti, & Omittenti facere, proùt suprà, Ducali Camerę Applicandarum.

Quandò secunda Sententia dicatur confirmis primę, Dec. 95. 385. col. 1.

Et, prędicta non habeant locum in Caussis, & Casibus Specialibus, in quibus prohibita sit Appellatio, vel Nullitas, à Iure Communi, vel ex forma præsentium Statutorum, vel ex dispositione Prouisionis Cridarū, Decretorum, & Ordinum Ducalium pro Bonis vēdendis, Sed in his seruetur dispositio Prouisionis, super his specialitèr, ædita, Nec etiam in Caussis Mercatorum vertentibus coràm Consulibus Mercatorum inter Mercatores, & ex Caussa Mercantiæ, Sed in ipsis seruētur Statuta, & Ordines, & Decreta ipsorum Mercatorum, Nec etiam in Sententijs latis, à libris decem Imperialium infrà, si Sententia lata fuerit per aliquem

G

Iuſdicentem ſinè Conſilio Sapiẽtis,de Collegio Doctorum Mediolani,nec etiam ſi Sententia lata fuerit,à libris vigintiquinq; Imperialium infrà,de Conſilio Doctorum de Collegio,vt ſuprà,vel per aliquem de dicto Collegio Delegatum,vel Arbitrum,vel Arbitratorem,vt in Caſibus prędictis,alitèr appellari non poſſit,nec Reductio peti,nec grauari. Idem,in Interloquutoriis latis,Parte Citata,vel præſente,à quibus,Iure Communi Ciuili,appellari poteſt,obſeruetur,quoad tẽpus interponẽdæ Appellationis tantùm.

De Appellatione Interloquutoriſ, Vide in Nouiſs. Capite,196. APPELLANS, fol,62, à terg.

QVOD PROTESTATIONES NON IMPEDIANT TEMPVS APPELLATIONIS,NISI,ET CAETERA.

CAP.c.xL.

PER Proteſtationes,quæ fiunt per Commiſſarium Appellationis,aſſerentẽ non poſſe ſupereſſe Cauſſæ illius Appellationis,vſquè ad certum Terminum,vel quid ſimile,nõ impediatur,quominus tempus appellationis,vſq; ad certũ Terminum, vel quid ſimile, currat,niſi ille Commiſſarius Appellationis,tùnc iurauerit,q; calumnioſè, fruſtatoriè, nec fraudoloſè,non proteſtatur,& q; verè credit eſſe impeditus,durante Tempore illius Proteſtationis,in quo Caſu Proteſtationi ipſius Commiſſarij,credatur,& ſtetur,Et Tẽpora,eo Caſu,Ipſo Iure,non currant.

Vide ſuprà Capite.42.SI QVIS,fol.15,à fronte, in prin,& in fi.

Idem intelligatur de Commiſſario Reuiſionis Arbitramentorum,vel Reductionis,debitè referendo.

Appellatiõe remota,quomodò Reo ſuccurratur Cep.Caut.137.& an proced.reſpectu tertii poſſeſſoris Dec. 78.198. col. 4.verſ.Poſtremò.

A Sententiis Syndicorũ nõ poteſt appellari,in Nouiſ. Cap.35.A SENTENTIIS,fol.13,à t°.in fi.

A QVIBVS SENTENTIIS NON POTEST APPELLARI.

CAP.c.xLj.

APPELLARI non poſſit à Sententia lata in Cauſſis Bannorum,Interdictionum Adminiſtrationum Bonorum, vel Prædiorum,vel aliarũ Cauſſarum,in quibus Quęſtio

vertitur vtrùm cum Vicinis, vel vtrùm cum Nobilibus Burgi, vel Loci debeat sustinere quis Onera, an non, & in Caussis Alimentorum, quæ debentur, Pietatis Caussa, tàm de præsenti, quàm de futuro, non possit appellari, nec in Casibus, in quibus Appellationes prohibentur à Iure, nec in Casibus Mercedum, non excedentibus summam librarum quinquaginta Imperialium.

In alijs autem Casibus, in quibus potest appellari, Iudex ille, à quo appellatum fuerit, teneatur, & debeat deferre Appellationi, sub pœna librarum centum Imperialium, qualibet Vice, exigenda, etiam antè Syndicatum, sinè alia Condemnatione.

Et nihilominùs Processus, qui per eum fieret, pòst Appellationem, Ipso Iure, non valeat, & Appellationi Delatum sit, & esse intelligatur, Ipso Iure, & in Casibus, in quibus ex forma præsentium Statutorũ prohibita reperiatur Appellatio, prohibita etiã intelligatur Reuisio Arbitramẽtorum.

'A Sẽtentiis Taxationum experi. appell. n non potest, nec Aliud Officium Implorari, infrà cap. 148 AB ALIQVIBVS, fol. 51. à Fronte.

'A quibus Sẽtentiis Interloquutoriis non liceat appellare, infrà, Cap. 150. A SENTENTIIS, fol. 51. à tergo.

Quòd à Sententia lata in Caussa appellationis in quantùm est confirmatoria Sententię in principali Caussa latę, non possit appellare, Vide suprà Capite. 136. POSTQVAM VERO, fol. 48. à Tergo, & in Cõ 1.4. LATA SENTENTIA, sub tit. de app. fol. 45. à tergo.

QVOD VERVS CONTVMAX, NON POSSIT APPELLARE.

CAP. c. xlij.

NON possit verus Contumax appellare, & intelligatur verus Contumax tantùm, si Citatus personaliter, respondeat se nolle venire.

QVOD DICENS SENTENTIAM NVLLAM, SI SVCCVBVERIT, NON POSSIT APPELLARE.

CAP. c. xliij.

SI quis dixerit aliquam Sententiam nullam, & in ipsa Caussa Nullitatis succubuerit, non possit ab ea Sententia lata supèr Nullitate allegata, seù dicta, vt suprà, appellare, nec de eius Nullitate agere.

Vide suprà Capite, 136. POSTQVAM VERO, fol. 48. à Tergo.

QVOD QVILIBET EX IVDICIBVS, SEV COMMISSARIIS APPELLATIONVM, INTELLIGATVR ESSE MAIOR.

CAP. C. XLIIII.

QVILIBET ex Iudicibus Appellationum, censeatur, & intelligatur esse Maior Iudex, illo, qui tulit Sententiam, quoad hoc, vt appellari possit ad eum, à Sententia lata, vel ferenda per aliquem Iusdicentem, Commissarium, vel Delegatum.

DE SATISDATIONE DICENTIS SENTENTIAM NVLLAM.

CAP. C. XLV.

QVILIBET, qui dicere voluerit Sententiam nullam, teneatur dare Satisdationem, quemadmodùm tenetur, ille, qui appellat.

Bart. in. l. Quę sub Conditione. §. fi. ff. de Condit. Inst.

QVOD POSSIT SIMVL, ET SEMEL APPELLARI, ET DE NVLLITATE SENTENTIAE DICI.

CAP. C. XLVI.

POSSIT simùl, & semèl Appellari, & de Nullitate Sententiæ dici, & prosequi coràm Commissario Caussæ Appellationis, hoc modo, quod in quantùm sit nulla, dicatur nulla, & in quantùm aliqua, dicatur iniusta, seu iniqua.

QVALITER POSSIT PROCEDI, NON OBSTANTE ABSENTIA APPELLATI.

CAP. C. XLVII.

IN Caussa Appellationis, & Nullitatis, possit sempèr, & debeat procedi, nō obstante absentia Appellati, dummodò Citetur, vel aliàs moneatur ipse Appellatus, vel Procurator,

eius, seu legitima persona, pro eo, in Processibus, in quibus de Iure moneri debet, vsquè ad finem Caussæ.

QVOD A SENTENTIIS TAXATIONVM, NON POSSIT APPELLARI, NEC ALIVD OFFICIVM IMPLORARI.

CAP. c. xLviij.

AB aliquibus Sententijs latis, vel ferendis super Taxationibus expensarum Litis, vel super eo, de quo Quæstio vertitur an expensę Litis debeantur, vel ne, non possit appellari, querelari, nec supplicari, nec de Nullitate agi, nec excipi, nec aliud Officium implorari, nec peti Reductio ad arbitrium Boni Viri.

De Exequutione expens. & earum taxatione, vide supra, Capite. 56. SI QVIS, fol. 20. à tergo, in fine. & fo. 21. à fronte, in prin.

DE GRAVAMINE PRAECEPTI, ET INTERLOQVVTORIAE.

CAP. c. xLix.

SI quis dicere voluerit aliquod Præceptum, seu aliquam Interloquutoriam, latum, seu latam, Partibus pręsentibus, vel vna præsente, & altera per Contumaciam absente, absquè Consilio Sapientis de Collegio Iudicum Mediolani, contrario Imperio, per eundem Iudicem, debere reuocari, possit, & debeat hoc dicere, infrà duos Dies Vtiles, à Die Grauaminis illati, & scientiæ, computandos, & non vltrà. Idem habeat locum in Præcepto, seu Interloquutoria, facto, vel lata, Parte absente, & non Citata, in Casibus pędictis. Et nisi fiat Reuocatio, vt suprà, teneatur Iusdicens ad Petitionem cuiuslibet ipsarum Partium, Grauamen ipsum. COMMITTERE Partiũ Cõfidenti, vel vnius in Cõtumaciã alterius, infrà duos Dies Vtiles, pòst Interpositionẽ Grauaminis, videndũ, & examinandũ, & ipsi Iusdicẽti Consulẽdũ, qui Cõsultor teneatur Cõsiliũ suũ in Scriptis dare, infrà quindecim Dies, à die Commissionis sibi factæ exclusiuè.

De consilio sapientis super aliquo articulo, Vide suprà, cap. 56. IN QVIBVSCVNQVE, fol. 22. à fronte.

De Nullitatẽ, An semper possit dici? Ang. de Aretio. in. l. si expręssim, col. 39. vers. quęro, Vidimus, s. ff. de Appell.

Quid tūnc sit seruandum, Vide in Nouis. Cap.19°. APPELLANS, fol. 62. à tergo.

Et, si in dicto Termino non fuerit datum, vt suprà, vlteriùs non audiatur, sinè tamēn præiudicio Iuris Appellandi, vbi Ius appellandi competat, & tūnc, si in tempore dixerit, teneatur, ipsa Die, vel sequenti proximè Iuridica, deponere Salarium Sapientis, secundum formam Statuti de Sapientibus dandis.

Et, si contingat aliquem dicere Interloquutoriam, seu Præceptum, contrario Imperio, debere reuocari, & succubuerit, amplius ad tale Grauamen prosequendum, non audiatur, & Succumbens, condemnetur in expēsis, prout in aliis præsentibus Statutis, continetur.

A QVIBVS SENTENTIIS INTERLOQVVTORIIS NON LICEAT APPELLARE, QVERELARE, SVPPLICARE, NEC ALITER AGERE.

CAP. c. L.

A Sententijs Interloquutoriis latis, vel ferendis de Cōsilio alicuius de Collegio Iurisperitorum Mediolani, vel per Iusdicentem de expresso consensu Partiū, aùt per aliquem de Collegio prædicto, Delegatum, aut Arbitrum, vel Arbitratorem de Collegio, vt suprà, non possit Appellari, querelari, nec supplicari, nec alitèr de Grauamine agi, conqueri, nec excipi, nec Iudicis Officium implorari, nec Reductio ad Arbitrium Boni viri peti.

Et prædicta habeant locum, tantùm in Emergentibus, & Incidentibus.

An de Nullitate dici poterit? Pap. in lib. Exequut. Sententię diffin. §. primo col. 2ª. Vers°. QVID AVTEM, Aret. 75. 75. col. pen.

DE PERSONIS QVIBVS LICET APPELLARE PRO ALIO, SEV ALIIS.

CAP. c. L I.

App°. vnius prodest aliis. l. si qui separatim. §. si. ff. de appellat.

PROCVRATOR ad Caussas, possit, & ei liceat appellare, & Caussam Appellationis prosequi, & alia facere, quæ

expedierint in ea Caussa Appellationis, siuè dictus Procurator fuerit in ea Caussa, ex qua sequuta est Appellatio, siuè non, liceat etiàm cuilibet alij Personę, pro alio appellare, dũ tẽpore, quo appellat, vel infrà octo Dies, à Die talis Appellationis interpositæ, inclusiuè, Satisdationẽ faciat, cum Idoneo Fideiussore, vel Idoneis Fideiussoribus, q̃ ille, pro quo, vel cuius nomine, appellauit, vel appellat, ratum, & firmum habebit, & in Iudicio stabit, & perseuerabit, & quæ iudicabũtur, super ea Appellatione, attẽdet, & obseruabit.

De Satisdatione pręstãda per Defensorem, vide supra, Ca. 71. SI CONVENIATVR, fol. 26. à fronte.

QVOD VBI CONTINGAT APPELLARI A SENTENTIA LATA, SVPER PRAECEPTO QVINDECIM DIERVM VTILIVM, VEL ALIA EXEQVVTIONE COGNOSCATVR SVPER AGITATIS.

CAP. c.Lij.

SI contingat per Reum appellari, à Sententia lata supèr Præcepto quindecim Dierum Vtilium, vel alia Exequutione concessa, vel impetrata, contrà quam Exequutionem, facta fuerit, Contradictio, vbi ex forma pręsentium Statutorũ Cõtradictori, Statutus fuerit, vel pro Statuto habitus fuerit, Terminus quindecim Dierũ Vtiliũ, talis Caussa appellationis cognoscatur, & decidat' supèr Agitatis in principali Caussa, nec nouę Probationes admittantur, sed facta Solutione, si is, q soluerit, prętẽderit indebitè soluisse, salua sint sibi Iura, vt in pręsentibus Statutis, alibi scriptum est.

De quo Pręcepto tractat' suprà, Capite. 42. SI QVIS, PRIMA FACIE, fol. 15. à fron.

Quòd est suprà in. d. cap. 42. SI QVIS, PRIMA FACIE, Vers. SI VERO SATIS FACTO, folio. 16. à fronte, & habetur etiàm in Nouis, Capite. 201. STATVITVR, fol. 64. à fronte.

DE STATVTIS SERVANDIS IN TERRIS COMMVNIBVS, ETIAM IN CAVSSIS APPELLATIONVM.

CAP. c.Liij.

STATVITVR, q̃ omnes Terræ Communes existentes

Idem Statuitur in vltimo Statuto huius voluminis quod Incipit, STATVITVR, fo. 158. à f°. Qua pœna puniantur Negligentes obseruare, vel Dimittẽtes, Vide in Nouis Cap. 171. POTESTAS, fol. 55. à fron.

inter Mediolanum, & Papiam, & Mediolanum, & Laudem, teneantur seruare Statuta Communis Mediolani in omnibus, & per omnia.

RVBRICA GENERALIS DE EXEQVVTIONIBVS.

De Personis, & Pignoribus indebitè captis, relaxandis sinè vlla impensa, Vide in Nouis Cap. 70. SI CONTINGAT, fol. 22. à tergo. De prohibitis Captionib⁹, & Molestationibus habetur Rubrica in Nouis. folio. 20. à fronte, & ibi videas.

Quando dicitur in Pręcepto, FIRMO MANENTE PRAECEPTO, Iudex debet in Subscriptione facere mentionem, aliàs nõ valent ipsa verba, ità habetur in Nouis, Cap. 203. DECLARATVR, fol. 65. à Fronte, in fine. De Possessionibus tędialibus, vide suprà, cap. 15. IN POSSESSIONIBVS, fol. 6. à tergo, in fine.

QVALITER, QVIS, ET CONTRA QVOS, DEBET INDVCI IN POSSESSIONEM.

CAP. c. Liiij.

NON debeat Præcepto alicuius Iusdicentis aliquis induci in Possessionem, vel statui inducendum, alicuius Rei immobilis, nisi contrà Bannitum, vel Minorem, vel Mentecaptum, seù Furiosum, vel Bona vacantia, vel contrà aliquem, cui Bonis esset interdictum, vel quando aliquis conuenitur, Actione in Rem, & non defenditur, tùnc posse Actor petere pronunciari ipsum esse mittendum, & mitti in Possessionem Rei, in præiudicium ipsius non Defendentis vel, nisi in Casibus, de quibus fit specialis mentio, aliquem posse induci in Possessionem, vel statui inducendum, lege aliqua Municipali, vel nisi, vbi reperiatur lege Municipali cautum, q̃ per omnia Iuris remedia, vel æquipolentia verba fiat Exequutio.

De pactis Creditorum ingrediendi in Possessionẽ vide infrà, Capite, 173. PACTA, folio. 59. à fronte.

QVOD NON DETVR PRAECEPTVM INTRANDI IN POSSESSIONEM, NISI CITATO POSSESSORE.

CAP. c. Lv.

NVLLVS Iusdicens possit, nec debeat concedere aliquod Pręceptum intrandi in possessionem alicuius Rei immobilis, nisi Citato eo, qui esset in Possessione, seù tenuta. Et prædicta non vendicent sibi locum in Exequutione.

Sententię, vel Præcepti facti in confessum, nec in illis Casibus, quibus præcessit Possessio Tędialis. & vult procedi ad accipiendum Possessionem Corporalem, vel, nisi alitèr sit concessum, aliqua lege Municipali, quo Casu concesso, vel Casibus concessis, concedere possit, & debeat. & si contrà fieret, condemnetur Iusdicens in libris centum Imperialium, quę pęna applicetur pro medietate Communi, & pro altera medietate Parti, & id, quod fecerit in contrarium, nullius sit valoris, & momenti.

De praecepto concedendo ad Exeqvvtionem pactorvm.

Cap. c. Lvj.

De præcepto quindecim Dierum Vtiliũ, Vide suprà, ca. 42. SI QVIS, PRIMA FACIE, fol. 15. à fronte.

Quòd non fiant Exequutiones sinè Antianis, & Consulibus, Vide infrà, Capite. 194. ITEM QVOD IPSI, fo. 64. à tergo, Et in Const. sub tit°. de Exequut. & famul. Iusdicen. In princi. fol. 56. à fronte.

De Pactis Creditorũ, vide apostillam ad suprascriptum Statutũ factã.

Sed An contrà Tertium istud Pręceptum cõcedi possit? Bart. in. l. Creditores in. 4. q. princi. C. de Pign. Barba. 9s°. 28. col. 6. l°. p°. Anchar. 9s°. 113. col. p°. Socy 9s°. 82. col. 2. In. 4. & . 5. Conclusione, libro tertio.

VIGORE Pactorum Exequutiuorum Insertorum in Instrumento, vel Instrumentis publicis, cui, vel quibus non sit prę scriptum, teneatur Iusdicens contra Obligatum, vel Obligatos in Instrumento, vel Instrumẽtis. vt suprà, & eorum Hęredes, mittere Creditorẽ in Possessionem Rerum immobilium, vel concedere Præceptum intrandi in Possessionem Rerum immobilium, Citato tamẽ, eo, qui est obligatus in eo Instrumento, vel in eis Instrumentis, vel eius Hærede, si est in Possessione, seù tenuta.

Et hoc, nisi infrà quinq; Dies Vtiles, ipse Citatus possidens, vel tenens, si est Debitor nominatus in Instrumento, vt suprà, Si verò fuerit Hæres, vel talis persona, quæ indigeat Tutore, vel Curatore, infrà decem Dies Vtiles, ostendat legitimam defensionem, Hoc addito, q; facta Comparitione, per Debitorem, vel eius Hęredem, non currat Tempus ipsorum Dierum, vt suprà, nisi facta Productione Instrumẽti, vt suprà, Parte præsente, vel Citata, & oblata Copia Instrumenti, vt suprà. Et, si per Debitorem, vel eius Hæredẽ, Testes, vel aliqua Iura indicto Termino producta sint, tali Casu, habeant locum disposita in Statuto incipiente,

Est ſuprà fol.15. à fronte.

SI QVIS, PRIMA FACIE, firmis tamẽ manentibus Terminis limitatis, ex forma præſentis Statuti, ſi verò in eo Termino, vt ſuprà, non fuerint producti Teſtes, nec alia Iura producta, tunc fiat Miſſio in Poſſeſſionem, per ipſum Creditorem, requiſita, qua Miſſione facta, ſi Debitor, vel eius Hæres conſtare fecerit infrà triginta Dies Vtiles Debitum non ſubeſſe, pro quo facta fuerit ipſa Miſſio, illa per Iudicem reuocetur.

De vltimis voluntatibus, vide infrà, Capite. 319. SI QVIS, folio. 104. à fronte, & ſequẽtia Statuta vſquè ad fol. 106.

De modo procedendi in Cauſſis legatorum ad pias Cauſſas, vide ſuprà, cap. 47. DOMINVS POTESTAS, fo. 18. à Tergo.

Ad hoc Statutum etiàm, vide Conſt. ſub, Tit°. de Teſta. & vlt. volunt. per totum, fol. 60. à tergo.

DE EXEQVVTIONE VLTIMARVM VOLVNTATVM TESTAMENTORVM, ET DONATIONVM CAVSSA MORTIS.

CAP. C. LVIJ.

NVLLVS Magiſtratus, aut Officialis, ex quibuſcunq; Iuſdicentibus Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, vel Feudatarius, aut eius Officialis, aut Delegatus, quacunq; Fulgeat dignitate, vel præditus ſit Poteſtate, audeat, nec præſumat Defunctorum Teſtamẽta, Legata, ſeu Donationes, Cauſſa Mortis legitimè confecta, ſeu confectas, vel alitèr quomodocunq; in eis legitimè diſpoſita infringere, aut quouiſmodò, horum Exequutionem impedire, ſed ipſas vltimas volũtates, legitimè confectas, vt ſuprà, teneãtur, ij, ad quos, quomodocunq; ſpectet, poſtquã fuerint legitimè requiſiti, exequi, q̃ celerius, fieri poſſit, vlla abſq; prorsùs cauilloſa, vel ſiniſtra Interpretatione, & niſi illa, vel ea, quæ mẽti Teſtatoris legitimè deſeruiat, admiſſa, ac indè, & pro ipſis vltimis voluntatibus, de quibus ſuprà, per quemcũq;, ex Magiſtratibus, Officialibus, & Iuſdicentibus prędictis, procedatur ſummariè, ſimplicitèr, & de plano, ſinè ſtrepitu, & figura Iudicij, omni prorsùs cauilloſa Interpretatione, & Declaratione ceſſantibus, ac friuolis quibuſcunq; Exceptionibus, omninò, reiectis, nec quiſquã prætereà, ex Magiſtratibus, Feudatarijs, Officialibus, aut alijs Iuſdicẽtibus prædictis,

præſumat quouiſmodò, directè, nec per Indirectum alicui inhibere, quin quiſq; in Ciuitate, & Ducatu Mediolani poſſit, & valeat prout maluerit legitimè teſtari, aut Donationes Cauſſa Mortis, vel alias, quaſuis vltimas voluntates legitimè conficere.

Et prædicta omnia, obſeruentur, niſi per Literas Ducales, manu propria Principis ſubſcriptas, ſecus ſibi fuerit iniunctum, ſi quis autèm prædicta negligere, aùt contra ea venire, præſumpſerit, pęnas contra Iuris Diſpoſitionem Contemnentes æditas, ſe nouerit Incurſurum.

De Sententiis Exequutioni Mandandis. Cap. c. Lviij.

De Sententia Exequutioni mitteñ. contra Defenſum, & Defenſorem in Re Defenſa, Vide ſuprà Cap. 72. SI QVIS, fol. 26. à Fronte.

QVILIBET Iuſdicens, qui indè fuerit Requiſitus, teneatur Exequutioni mandare omnes Sententias, per quemcunq; Iuſdicentem, vel Delegatum latas, vel quæ de cætero ferrentur, & etiam Præcepta Arbitria, vel Arbitramenta, quæ in Rem tranſiuerint Iudicatam, & quæ mereantur Exequutionem, omnibus Iuris Remedijs, etiàm per Miſſionem in Poſſeſſionem, elapſo Termino in Sententia Arbitrijs, vel Arbitramentis Appoſito, vel elapſis triginta Diebus, ſi Terminus in Sentētia Arbitrijs, vel Arbitramētis nō fuerit appoſitus, ſub pęna Iuſdicēti librarū quinquaginta Imperialium, applicāda pro medietate Cōmuni Mſi. & pro alia medietate Parti Requirēti ipſam Exequutionē.

De eodem. Cap. c. Lix.

De quo habetur ſuprà in ſępèdicto, Cap. 42. SI QVIS, PRIMA FACIE, fol. 15. à frōte.

IDEM habeat locum in Exequutione Præcepti quindecim Dierum Vtilium, de quo ſit fienda Exequutio, ſecundum formam præſentium Statutorum.

Saluò, q; ſi quis petierit Exequutionem alicuius Sententiæ latæ, vel Præceptorum, Arbitriorum, vel Arbitramentorū

factorum à Triennio retrò, vel Præcepti quindecim Dierũ Vtilium, transmissi à Triennio retrò, tunc Iudex non debeat Exequutionem ipsam cõcedere, nisi citato eo, contra quẽ petitur Exequutio, vel eius Hærede, quo, vel eius Hærede Citato, & non comparente, vel legitimam Caussam Defensionis, non ostendente, infrà breuem Terminum, a Iudice statuendum, fiat Exequutio, non obstante eius Contradictione, nec Statuto de Sapientibus dandis, cui Statuto quantum est, in hac Parte, sit derogatum, Ipso Iure.

QVALITER SENTENTIA MANDETVR EXEQVVTIONI, CONTRA IMPEDIENTEM.

CAP. c. LX.

SENTENTIA lata, & ferenda in Actione Reali, mera, vel mixta, seu in Actione in Rem scripta, pro Actore Exequutioni mandetur, contrà quemlibet Impedientem Exequutionem, nisi Impediens docuerit se possidisse, tempore Litis cęptæ, vel incontinenti, videlicet, infrà breuem Terminum, vt suprà, docuerit se habere potiora Iura aliundè, quàm à Victo.

DE EODEM.

CAP. c. LXI.

IDEM locum habeat in Arbitrijs, & Arbitramentis, quæ in Rem transiuerint iudicatã, & Exequutionẽ mereantur.

DE EODEM.

CAP. c. LXII.

IDEM etiam habeat locum, si agatur, seu actum sit licere ingredi vigore Pactorum Exequutiuorum, super quibus sit Iudicatum, vel Arbitratum.

QVALITER CREDITOR, AD PETITIONEM ALIORVM CREDITORVM, TENEATVR RECIPERE IN SOLVTVM DE RE, QVAM POSSIDET.

CAP. c. Lxiij.

SI quis Creditor possideat de Rebus Debitoris sui, teneatur ad Petitionem aliorum Creditorum suorum, seù alicuius eorum, recipere In Solutum, de Re, quam possidet, vsquè ad quantitatem Crediti sui, & superfluum relinquere alijs suis Creditoribus, & hoc expediatur Officio Iudicis, sinè Libello, & absq; alia Lite.

Et hoc habeat locum in illis Rebus, quæ commodam Diuisionem recipiũt, Si verò res non receperit cõmodam Diuisionem, tùnc Creditor Possidens, teneatur, priùs facta Aestimatione Rei, quam possidet, satisfacere alijs Creditoribus, à quantitate Crediti sui, suprà, aùt, q; Res ipsa vendatur, facta debita Subastatione ipsius Rei, de quo Precio, satisfiat ipsi Creditori possidenti, pro quantitate Crediti sui, si fuerit Anterior, & superfluum relaxetur alijs Creditoribus suis, secundum Anterioritatem ipsorum Creditorum.

DE EODEM.

CAP. c. Lxiiij.

SALVO, si Creditor non possidens, habens Meliora, & potiora Iura, comparuerit, & contradixerit, ratione sui Iuris, & Interesse, alicui nouitati factæ, vel quæ fieri velit per alios Creditores, seù per aliquem eorum, supèr Rebus Debitoris, vt ipse Creditor contradicens, & habens meliora, & potiora Iura possit compelli ad Petitionem aliorum Creditorum, seù alicuius eorum, ad recipiendum In Solutum, de Rebus Debitoris, vsquè ad quantitatem Credito sui, facta priùs Aestimatione, vt suprà, si Res commodam Diuisionem receperit, & in supèrfluo non impedire alios

Proximo præcedēti Statuto, Incipien. SI QVIS CREDITOR, capite. 163.

Creditores, & hoc expediatur, vt suprà.

Et in quolibet prædictorum Casuū, dicta Receptio, & Datio In Solutum, sinè aliqua solemnitate Iuris, & Satutorum Communis Mediolani, possit fieri, & fiat per Iudicem competentem, facta Aestimatione, vt suprà, dum fiat in præsentia Partis, vel in absentia, ea, tamèn legitimè Citata, quod Dominium Rei, vel Ius ipsius Debitoris, transferendum, sinè tamen præiudicio aliorum Creditorum.

Hoc tamèn intellecto, q. si Creditor possidens, vel Contradicens, vt suprà voluerit relinquere alteri Creditori tantū, de dictis Bonis Debitoris, quantum ascendat suum Creditum, facta priùs Aestimatione, vt suprà, possit hoc facere.

De his, qui volunt offerre de Bonis insolutum, vide in Nouis. Capi. 413. DEBITOR, fo. 140, à Fronte.

Et, eo casu, non possit compelli ad recipiendum In Solutum, vt suprà, sed tamèn in prædictis Casibus, vbi facta sit Datio In Solutum, vt suprà, & in quocūq; alio Casu, in quo per Ordinarium, vel Delegatum, aut Arbitrum, vel Arbitratorem, de Bonis Debitoris, fit Datio In Solutum, possit Debitor, & eius Hæres, infrà Annum, redimere eam Rem, datam In Solutum, eodem precio, pro quo data fuerit In Solutum, soluendo etiàm expensas ipsius Dationis In Solutū, & etiàm expensas, vtilitèr, vel necessariò, factas, tàm in Re, quàm occasione Rei, quo Anno Durante, non possit Res ipsa Damnificari, nec deteriorari.

DE EXEQVVTIONE FACIENDA, OCCASIONE CONTVMACIAE.

CAP. C. LXV.

VIGORE solius Contumaciæ, datæ contrà Citatum non comparentem, non concedatur Præceptum robandi, contestandi, vel in Depositum ponendi, vltrà valorem librarum decem Imperialium.

Et, si Robatio semel facta fuerit, non concedatur amplius Præceptum robandi, & vt suprà, nec etiàm Vigore Præcepti iam concessi, possit fieri alia Exequutio, nisi elapsis octo Diebus.

Sed, Comparente Cõtumace, vt suprà, & soluente Expensas, reuocetur Præceptum cum Sequutis exindè, & Contumacia cancelletur, itàtamèn, q̃ illo Die, quo data fuerit Contumacia, Exequutio ipsa, non concedatur, neq̃ fiat.

Die Contumacię non possit concedi Exequutio.

QVALITER RES ROBATAE, DEBENT VENDI, AD VTILITATEM DEBITORIS.

CAP. c. Lxvj.

SI plures Res robatæ sint, siuè in vna vice, siuè in pluribus, & contingat eas Res posse vendí, q̃ vendantur, solummodò illę, quæ sufficiant ad Debitum soluendum, cum Expensis legitimis, si commodam Diuisionem, & non damnosam, recipiunt, & Residuum restituatur Derobato, & nullatenùs vendí possint.

Si verò Res vna, vel plures robatæ non capiant commodam Diuisionem, & vendantur maiori precio, quàm sit Creditum, cum Expensis, Residuum precij detur Debitori.

De Termino probandi cõtrà Exequutionem, vide in Nouis. Capite. 201. STATVITVR, folio. 64. à fronte, Et in Const. sub Tit°. de Iud. §. SI PER APPARENTEM, folio. 39. à Tergo.

Quòd Pignora derobata nõ possint peti lapsis duobus Annis, Vide infrà, Cap. 247. ELAPSIS, fol. 84. à Fronte.

De Denũciatione Pignorũ, vide infrà, Cap. 248. DENVNCIATIONES. d. fol. 84. à fron. & vide etiàm Statuta sequentia, quia faciunt ad hanc Materiam.

QVÒD PRO DEBITO PRIVATO NEMO PERSONALITER CAPIATVR, NISI IN CASIBVS INFRASCRIPTIS.

CAP. c. Lxvij.

PRO Debito priuato regularitèr, nemo Subditus Ducatui Illustrissimi Domini Domini Nostri possit personalitèr capi, nec contestari, nisi in Casibus, & in Caussis infrascriptis, videlicèt. Pro Condemnationibus Expensarum Litis, quæ transiuerint in Rem Iudicatam.

Ad hoc Statutum, vide Const. sub Tit°. de prohib, & concessis Exeq. p'onal. à Princ. vsquè ad. §. CONSVETVM EST, fo. 55. à fronte, & ibi eo. Tit°. §. COLONI, fol. 55. à terg. Quòd nullus extrahatur de domo, vel ecclesia occasione Debiti publici, vel priuati, vide in Nouiss. Capite 65. NVLLVS, fol. 21. à Tergo. in fine. Quòd etiàm Statutum fuit per Const. Immo etiàm per. d. §. additum fuit quòd istæ Captiones non possunt fieri in Cõfinibus Palatii Prętorum, nec post. 24. horam Diei, nec contrà conduceñ. victualia ad Ciuitates eundo, & redeundo, sub tit. de Exequut. & fam. Iuid. §. HAS TAMEN, folio. 57. à fronte.

Itèm pro Depositis, etiàm non sequuta Condemnatione, pro ipsis Depositis.

Item pro Alimentis.

Itèm pro Fictis, & Redditibus Debitis, per quoscunq; Colonos, Partiarios, Fictabiles, Pensionantes, pro Bonis, extrà Redefossum Mediolani existẽtibus, vel Molenarios, & quemlibet Masculum de Familia sua, Maiorem annis quatuordecim, Necnon Massaricijs, & Adiutoriis Massariciorum Bonorum immobilium, sitorum extrà Redefossa, vt suprà, scilicèt, in Corporibus Sanctis, vel Ducatu Mediolani.

Itèm pro Fictis Libellariis quorumcunq; Bonorum Immobilium, sitorum in Corporibus Sanctis, vel in Ducatu Mediolani, dummodo ipsa Bona Emphiteotica, non sint in aliquibus Fortilicijs, scilicèt, intrà mœnia aliquorũ Fortilicìorum, Et dummodò ipsa Bona, pro quibus solui debeat Fictum Libellarium, non fuerint per Emphiteotam vendita, seu aliquouismodò alienata, & successiuè ad Libellum conducta, per illum, qui alienasset, cum Promissione, Conuentione, siuè Concessione in eodem Instrumento, aut incontinenti, vel ex interuallo, appositis, possendi redimere, seu recuperare Bona ipsa in perpetuùm, vel ad Tempus, in pecunia numerata, & non aliter.

Qui Massarii, Partiarii, Coloni, Fictabiles, Pensionantes, Emphiteotę, & Molenarii, vt suprà, non possint vti beneficio indulto in fauorem Sexagenariorum, Nec etiam prędicti Massarii, Partiarii, Coloni, Fictabiles Pensionantes, & vt suprà, & Molenarii, Nec illi de eorum Fam lia Maiores annis quatuordecim, & Minores annis decemocto, vti possint beneficio ipsius Statuti de Sexagenario, & de Minore annis decemocto.

Itèm pro Banno de Fideiussore non exonerato.

Itèm in omnibus aliis Caussis, & Casibus Expressis in Statutis Communis Mediolani, & Decretis, ac Ordinibus

Ducalibus

Delictis, & Concessis Exeq ut quę fieri possint ad petitionem Domini contrà eius Massar. & cę. Vide infrà, capite. 2 . 2, LICITVM SIT, fol. 79. à fronte. in fine.

Quòd Detẽti pro Debito publico, nõ possint sequestrari, vide infrà Ca. 242. ALIQVIS, folio 82. à tergo, quòd etiàm habet locum quãdò Detẽtio indebitè facta fuit, siuè pro Debito publico, siuè priuato, vt ibi. d. cap.

Quòd Relaxatus è carcere, intuitu pietatis, vlterius non possit capi, Statutum est in hoc vol. sub Cap. 2 9. SI QVIS, fol. 82, à fronte.

Et, q Relaxati non possint ipso die capi. Statuitur in hoc vol. sub Capite. 241. ALIQVIS, folio. 82, à tergo.

Quòd Cont stàtio notificãda sit Captiuo, Die Cõtestationis, vel sequenti, vide infrà cap. 259. SI CONTINGAT, fol. 87. à fronte, in fine.

Quòd Nullus impediatur in certis Locis, nec dieb9, pro aliquo Debito publico, nec priuato, vide infrà cap. 260. ALIQVA, fol. 87. à Tergo.

Quod Statutum est infrà, ca. 243. MINORES, folio. 82. à Tergo.

Ducentes Victualia, molestari non possunt pro Debito & cęt, (quibusdã personis exceptis) Cap. 67. FERRVM. fol. 21. à tergo, & Capite. 177. QVAELIBET, fol. 56. à Tergo. in Nouis. Quod etiam habetur in Const. vt Dictum fuit in suprà scripta Apostilla, Quòd nullus extrahatur, & cætera.

Item quòd Inquilini pro Debito Pensionis possint cap. si euacuẽt Domum sinè licentia, Domini, vide In Nouis, Cap. 417. PENSIONANTES, fol. 141. à fronte.

Ducalibus,in quibus sit cautum in contrarium.

Item illi Debitores,quorum Bona per eorum vxores, aut earum nomine,Iurium suorum dotalium vigore,aprehendantur.

QVOD PRO DEBITO NON LIQVIDO NON POSSIT IVSDICENS,NEC AESTIMATOR DARE IN SOLVTVM.

Quando non possint Bona in solutum offerri,habetur etiam in Nouis, Ca.413.DEBITOR, fol.140.à fronte.

CAP.c.Lxviij.

NON possit de cætero per Iusdicentem,nec Aestimatorem dari In Solutum Creditori aliquid,prætextu alicuius Debiti non liquidi, Et si contrafactum fuerit non valeat Aestimatio,nec In Solutum Datio,pro tali Debito, facta.

DE ELECTIONE AESTIMATORVM.

CAP.c.Lxix.

AESTIMATORES Communis Mediolani de cætero eligantur per Illustrissimum Dominum Dominum Mediolani Principem,seu eius Magnificum Senatum secretũ, singulis annis,in principio ipsius anni,& eorum Officium durare tantùm habeat annum vnum,& non vltrà,nec possint Aestimatores ipsi vlterius confirmari,nec denuò constitui, nisi elapsis tribus annis, steterint sine ipso munere Aestimandi.

Et facta ipsa electione,vt suprà,iurare teneantur ad Officium Prouisionum,iuste,& legaliter ipsum Aestimandi Officium exercere, ac etiam iurent ipsi electi, vt suprà,de non accipiendo aliquid directe,nec per indirectum, nec alio quouis modo pro eorum Aestimationibus,vltra Salarium, quod sibi ex forma præsentium Statutorum taxatum est,& de ipsis Iuramentis,sic prçstitis,fiat publica scriptura,ad ipsum Officium Prouisionis.

Et tamen, proptèr huiusmodi Iuramenta præstanda, & quãlibet Scripturam proindè faciendam aliquid ab ipsis Iurantibus exigi nequeat, sub pęna librarum sexdecim Imperialium, & plùs, Arbitrio Iusdicentis eligentis ipsum Aestimatorem, pro qualibet vice, qua contrafecerit, in quam, Ipso Iure, & Facto, incurrãt talitèr Exigentes, contra Formam præsentis Statuti, applicandam pro medietate Communi Mediolani, & pro alia medietate illi, vel illis, a quo, vel à quibus fuerit exactum.

Et quam pęnam exigere teneatur dictus Iusdicens, omnibus Iuris remedijs, statim cùm fuerit ei notificatum.

Et Facta electione Aestimatoris, vel Aestimatorum cogantur ipse Aestimator, vel ipsi Aestimatores, omnibus Iuris remedijs, etiam per personalem Detentionem, acceptare Commissionem, & ipsam exequi, pro remuneratione sibi taxata in præsentibus Statutis tantùm.

De modo servando in Aestimationibus Rerum, quae Aestimari debent.

Cap. c. LXX.

IN Aestimationibus Rerum quarumcunqꝫ, quę de cætero fieri contingent in Ciuitate, vel in Ducatu Mediolani per quoscũqꝫ Iudices, Ordinarios, vel Delegatos, Arbitros, vel Arbitratores, vel alios quoscunqꝫ Iudices, coràm quibus agi continget, de Aestimatione cuiuslibet Rei, teneantur Iudices ipsi, & vt supra, eligere, ad Instantiam Partium, vel alterius earum, Aestimatorem vnũ, in Arte peritum, secundùm qualitatem Rei, quæ fuerit ęstimanda, Partium Cõfidentem, vbi in vno Partes cõcordare possint, vbi verò Partes in vno non concordent, quęlibet ipsarum Partium, eligere teneatur suum Aestimatorem, peritum, vt suprà, qui ambo electi à Partibus, facere habeãt Aestimationẽ

Rei de qua agitur, vt infrà delato priùs ipsi Aestimatori, seu Aestimatoribus Iuramento, per Iudicem, Arbitrum, vel Arbitratorem, &, vt suprà, coràm quo agitabitur Caussa de iustè, & legalitèr faciendo dictam Aestimationem.

Et, si in ipsa Aestimatione fuerint discordes, eligatur vnus per dictos Iudices, & vt suprà, in Tertium, ex Aestimatoribus Communis Mediolani, Partium Confidens, vel vnius in Contumaciam alterius, qui habeat facere dictam Aestimationem, & se, cum vno ex alijs electis à Partibus, concordare, infrà Terminũ ab ipso Iudice, vt suprà, statuendum, & qui Aestimator habeat iurare, modo, & forma suprascriptis.

Et teneantur dicti Aestimatores electi, vt suprà, antequàm suas Aestimationes faciant, assumere in scriptis summarias Informationes, quas Partes facere voluerint, vel etiam ex Officio, si sibi videbitur, & Rem oculis subijcere, si opus fuerit, aut etiàm si per Partes ipsas, vel per alteram earum, requisitum fuerit, in Termino, per Iudicem ipsum, vel, vt suprà, statuendo, ipsas etiàm Informationes assumendo per Notarium Partium Confidentem, vel vnius, in Contumaciam alterius, de valore, & precio Rerum, quas Aestimari continget.

Et præmissa habeant locum, nisi alitèr inter Partes conuentum fuerit.

De Salario Aestimatorvm.

Cap. c. Lxxj.

De Agrimensoribus, & eorum mercede, Vide in Nouiss. Capite, 212. AGRIMENSORES, fol. 69, à Tergo. Et latè Fel. in c. Quià Iudicante, col. p^a. de præscript.

AESTIMATORES, pro eorum Aestimationibus, de cętero faciendis, accipere possint, pro singulis Ducatis centum Aestimationis per eos faciendæ, seu factæ, ad Computum Soldorum decẽ Imperialiũ tantum, pro singula Parte, pro singulis Ducatis centũ dictæ Aestimationis, quæ summa Salarij, sic multiplicata, vsquè ad Ducatos decẽ, posteà maior fieri non possit, pro quacunq; summa Aestimationis.

Et, si contingat ipsos Aestimatores, se transferre supèr loco Rei æstimandæ equitando, non possint accipere, pro mercede sua, nisi Florenum vnũ à Soldis triginta duobus, pro singulo Die, quo equitauerint, eundo, & redeundo, Famuloq; computato, si eum habere contingat, vltra expẽsas cibarias, ei, & Famulo faciendas per Partes, vel alteram earum, & prò tempore, quo remanebunt firmi, & morantes, nihil petere possint, neq; habeant, nisi expensas, vt suprà, tantùm, pro se, & Famulo, & Equis, sed sufficiat Salarium Aestimationis per eos faciendæ, de quo suprà, & Contrafacientes incurrant pęnam, Ipso Iure, & Facto, librarum centum Imperialium applicãdarum prò medietate Communi Mediolani, & pro altera medietate Accusatori, quæ pœna possit exigi, absquè alia Condemnatione, & credatur Accusatori cum Iuramento, & vno Teste fidedigno.

De Satisdatione præstanda per non Suppositum Vide suprà, Capite. 44. SI QVIS, fol. 17. à fronte.
De Satisdatione facienda per Foresterium, Qui cõuenitatur, Vide suprà, Capi. 45. SI QVIS SVPPOSITVS, folio. 17, à Tergo.
Vide etiàm ad hoc Cõst. sub tit. de Iudic. §. HVIVS TAMEN, fol. 40. à fronte.

QVALITER PRAECEPTVM EXEQVVTIVVM NON DEBET CONCEDI AD PETITIONEM ALICVIUS NON SVPPOSITI DOMINO POTESTATI MEDIOLANI.

CAP. C. LXXIJ.

NON concedatur aliquod Præceptum robandi, nec cõtestandi, nec aliqualitèr molestandi in Aere, nec in Persona, aliquem Subditum Domino Potestati Mediolani, nisi antè, ille non Suppositus, satisdederit, cum idoneo Fideiussore supposito Iurisdictioni prædictæ, qui sit idoneus, & facultatibus, & facilitate conueniẽdi, de consignandis Pignoribus, coràm Iudice, vel vbi iusserit, & de Re saluãda, & proùt pronunciatũ fuerit per ipsum Iudicẽ restituẽda, & de restituẽdis Expẽsis, faciẽdis, occasione Exequutionis illius Pręcepti, & occasione cuiuslibet Quęstionis, vel Caussę abinde emergentis, Subdito, si ille non Subditus succubuerit.

Sed tale Præceptum non concedatur, nisi ille Satisdans, se, pro prędictis subiiciat Iurisdictioni ipsius Iudicis, à quo impetrare voluerit tale Præceptum, & renunciet Priuilegio Fori, & qui Fideiussor constituat se principalem Debitorem, cum Debitis Renunciationibus.

Nec ipse Fideiussor possit opponere Principalem fore priùs conueniendum, & tempore, quo satisdat, teneatur eligere Habitaculum in pręsenti Ciuitate Mediolani, vt alibi in præsentibus Statutis dispositum est. De qua electione Habitaculi fiat mentio in Præcepto.

De qua Electione habitaculi habetur suprà, Capite. 38. OMNES, fol. 13. a Tergo, in fine.

Et, si aliter factum fuerit, Præceptum cum sequutis exindè, non valeat.

DE PACTIS CREDITORVM INGREDIENDI IN POSSESSIONEM.

CAP. c. Lxxiij.

Qualitèr quis, & contrà quos, debet Iudici in Possessionem, Vide suprà, Cap. 154. NON DEBEAT, fol. 52. à Terg.

Quòd nō detur Pręceptū intrādi in Possessionem nisi Citato Possessore, vide suprà, cap. 155. NVLLVS, fol. 60. à tergo.

De Pręcepto Concedendo, ad Exequutione Pactorum, Vide suprà, ca. 156. VIGORE, folio. 53, à Fronte.

Quòd Creditor Vigore pactorum Exequutiuorum, non possit vendere, dicitur infrà, Capite. 277. PACTA, folio. 92, à Tergo.

PACTA Creditorum ingrediendi in Possessionem, sua Authoritate, non vendicent sibi locum contrà extraneum Possessorem, nisi primò Citato extraneo Possessore, & fide facta Iudici per Creditorem de Iure suo, & nisi auditis Exceptionibus, & Defensionibus Possidentis, Libello dato per Creditorem, si petitus fuerit per extraneum Possessorem, Iuris Ordine vtrinque seruato, Iurante prius Possessore, quòd non tenet, nec possidet in fraudem Creditoris, seu Petitoris, nec ad commodum, seu vtilitatem illius, cum quo pactum fuerit celebratum, seu Successoris sui.

Et, si illud Sacramentum facere recusauerit, mittatur Petitor in Possessionem, secundùm formam Pacti, & talitèr Agenti non possit opponi, quòd non fecerit Personalem Conuentionem, vel Bonorum Excussionem contrà principalem Debitorē, vel Fideiussorē, & eorū Hæredes, Res, & Bona.

Quòd Excussio non habeat locum in Ciuitate, nec Ducatu Mediolani, habetur in Nouis. cap. 189. FIDEIVBENS, fo. 61, à fronte, in fi.

Et intelligatur, etiàm talitèr agere, & in Instrumento adsint Pacta ingrediendi, & dicatur in Libello Rem pertinere, &

ſpectare declarari, vel habere meliora, & potiora Iura, per hoc tamen, quò ad alium effectum, q̄ ingrediendi, non derogetur alicui Exceptioni competenti de Iure Communi.

De Praeceptis Exequvtoriis.

Cap. c. Lxxiiij.

ITEM Statuitur, ꝙ in quolibet Præcepto Exequutorio Reali, & non Perſonali, exequendi, in Ciuitate, & in Corporibus Sanctis, intelligatur appoſitus vnus Seruitor, nominandus in Præcepto cum vno alio Seruitore, vel Famulo Poteſtatis Mediolani, & non vltrà, Saluò in Ciuitate, & Suburbijs, vel Corporibus Sanctis, pro exequendo vnum Præceptum, ſi prohibeatur verbo, vel opere, aut Facto, ipſa Exequutio, de ea Prohibitione ſtetur Relationi Seruitoris, dando, ſeu nominando Conteſtem.

Pro ſecunda verò vice, poſſit concedi Præceptum pro Exequendo in Ciuitate, vel, vt ſuprà, ſeruitori, cum illis Famulis, vel Socijs, proùt videbitur Iudici, dummodò ſint Seruitores Communis Mediolani, vel de Familia Poteſtatis Mediolani, pro Exequendo contenta in Præcepto.

In Ducatu verò, Iudex concedere poſſit vſq; ad numerum tantùm quatuor, pro prima vice, computato Seruitore, & de Familia, vt ſuprà.

Pro ſecunda verò vice, & alijs vicibus, vbi facta fuiſſet ſemèl prohibitio, de qua ſtetur Relationi Seruitoris, nominando, ſeu dando Conteſtem, poſſit Iuſdicens concedere numerum Famulorum, proùt ſibi videbitur, dummodo, in eo Præcepto exprimatur numerus Famulorum, vel Seruitorum, & pro alijs vicibus, ſub pęna Iudici Præceptum, & licentiam, aliter Concedenti, & non Ponenti expreſſum numerum Seruitorum, & Famulorum, Librarum viginti Imperialium, Cameræ Ducali applicandarum, pro medietate, & pro alia medietate Parti, contrà quem facta fuerit

Ad hoc Vide infra, fol. 68. à tergo, Aliud ſimile Statutum, quod Incipit, IN QVOLIBET, ſub, Cap. 204.

Quòd Pignora robata deſcribantur, coràm Iudice, Vide infrà, cap. 234. QVILIBET, fol. 80. à tergo.

Quòd Pręcepta non durent, elapſis triginta Diebus, Statuitur infrà capi. 236. PRAETEXTV. fol. 81. à fronte, in fi.

Quòd Elapſis ſex menſibus, non poſſit Poſtulari debere exhiberi Præceptum Seruitoris, Vide infrà, cap. 237. QVOD ELAPSIS, folio. 81. à Tergo.

Aduerte, ꝙ per Statutum In Nouiſs. Capite. 205. DECLARATVR, Verſ. ITEM STATVTO, fol. 67. à fronte, In fin. Declaratur, ꝙ in Ducatu Mediolani pro prima vice ſeruetur, quod ſeruandum eſt ex forma huius Statuti in Ciuitate, taliter, ꝙ pro prima vice non ſint vltrà duos, Cōputato Seruitore.

In Nouiſs. ſub d. cap. 205. fol. 66. à Tergo, in fin. Statuitur, ꝙ Diſpoſita in hoc Statuto Intelligant, & habeant locum tantummodò in Pręcepus robandi, In Alia verò Pręceptis Exequutorus, tàm Realibus, quàm Perſonalibus Iuſdicens poſſit cōcedere Numerum Famulorum, proùt ſibi videbitur expedire, inſpecta qualitate Facti, & Perſonarum, Qui tamèn Numerus famulorum deſcribatur in Præcepto.

Vide Tamèn Conſt. ſub tit°. de Exequnt. & fam. Iudic. §. fi. fol. 57, à tergo. Vbi diſponitur, ꝙ Iudices teneantur numerum Famulorum in Pręceptis Exequutiuis pręciſum apponere, Maiorem, vel minorem, ſecundùm Caſuum qualitatem.

Exequutio,& similiter Notario scribenti Librarum quinque Imperialium applicandarum Cameræ Ducali, & Parti, vt suprà, qualibet vice.

Et super dicto tali Præcepto, si numerus Famulorum non fuerit positus, nulla possit fieri Exequutio, & facta non valeat.

De eodem.

Scilicet quod Servitores habeant licentiam in scriptis.

Cap. c. lxxviij.

ITEM, quod nulla Exequutio Realis, vel Personalis, vel mixta, pro aliquo Debito pecuniario, nec occasione alicuius Criminis, vel Maleficij, ex quo veniat pęna pecuniaria imponenda, fieri possit, nec valeat per aliquos Seruitores, vel Famulos, nisi habuerint licentiam, vel Præceptum in Scriptis faciendi ipsam talem Exequutionem, à Iusdicente, ad cuius Officium pertinet ipsam licentiam posse concedi, & quam ad requisitionem cuiuslibet Detenti, vel Debitoris Pignorati, Statim ostendere, & demonstrare, teneatur, Seruitor, sub pęna infrascripta, & nisi ipsi Seruitores fuerint Seruitores Communis Mediolani, & satisdederint idoneè secundùm formam Statutorum Communis Mediolani.

Ad hoc Statutum, Vide Cōst. sub tit°. de Exequut. & fam. Iusdic. in princ. fo. 56. à fronte.

Et, nisi ipsi Famuli, & Barueri j, & alij quicunque, facientes, & qui fecerint dictas Exequutiones, vt suprà, fuerint de Familia officialium, & Iusdicentium Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, & scripti ad Banchum Officii Collateralium, & hoc, sub pęna Florenorum decem in totum, Ducali Cameræ applicanda pro dimidia, & pro alia dimidia Parti, pro quolibet Seruitore, & Famulo, seu Baruerio, contrafaciente, & qualibet vice, & quilibet Iusdicens possit, & teneatur

H iiij

procedere, sinè aliquo Processu, aduersùs Contrafaciētes, tàm ad Requisitionem Partis, quàm ex Officio.

De Remvneratione laboris Servitorvm.

Cap. c. lxxvj.

Circà Remunerationem, seù Mercedem Seruitorum, & Famulorum per Const. sub allegato proximè tit°. 5. EXEQVVTORES, folio. 57. à fronte. in fin. Cautum est, Quòd per Famulos istos Maior Merces, etiam, à spontè dantibus, non accipiatur, q̃ ex Ordinibus limitatum est.

SERVITORES habere debeant pro citando aliquem in Broleto, vel Confinibus Broleti, pro quolibet Citando, Imperiales sex.

Itèm, pro citando per Ciuitatem, extrà Broletum, Curiam Ducis, & Confinia prædicta, vbicunq; sit, intrà Portas Ciuitatis Mediolani, Soldum vnum Imperialium.

Itèm, pro citando extra Portas Ciuitatis Mediolani in Suburbijs, Soldum vnum, cum Dimidio Imperialium.

Itèm, pro citando extrà Suburbia, dummodò sit infrà duo Milliaria, Soldos duos Imperialium.

Et prædicta, locum habeant, siuè per Officium, siuè ad alterius Petitionem fit.

Et pro Maleficio habeant duplum.

De eodem.

Cap. c. lxxvij.

DE qualibet Citatione facienda per Seruitores in Ducatu quocunq; vadat Seruitor, habeat pro qualibet persona nominata, Soldum vnum, vltrà Taxationem Itineris, quæ est Denariorum duodecim pro Milliari, & pro quolibet Communi Citando, Soldos duos Imperialium, vltrà Taxationem Itineris.

Saluò, q; si in eadem Terra, Plures citauerit, vltrà numerum quatuor Personarum, habeat solum Denarios sex Imperialium pro quolibet Citato.

Et Expensa Itineris Compartiatur intèr eos Citatos, quot quot fuerint ipsi Citati.

Si verò prædicta fuerint pro Maleficio, Seruitor habeat duplum, respectu Citationis tantùm, & respectu Itineris, prout suprà Taxatum est.

Idem habeat locum pro præcipiendo, & sequestrando.

PRO PIGNORANDO SVPER CONTVMACIA, SEV BANNO, AVT MVLCTA QVALITERCVNQVE DATIS.

CAP. c.Lxxviij.

SI Robatio facta fuerit in Ciuitate, & Suburbijs, tamèn intrà Redefossum, habeant, Seruitor, & Famuli, quot quot fuerint simùl, in totum, Soldos tres, & Denarios sex Imperialium.

Si verò in Corporibus Sanctis, extrà Redefossum, vel etiàm alibi, PER DVCATVM, habeant Soldos sex Imperialium, & vltrà, pro Itinere Soldum vnum, quot quot fuerint, vt supra, pro quolibet Milliari.

Saluo, si in eadem Terra fieret Exequutio, cōtrà plures Personas, & tàm ex Caussis infrascriptis, quàm suprascriptis, tùnc soluatur per omnes, respectu Itineris tantùm, facta Compartitione intèr eos.

Si verò fuerit pro aliquo Debito pecuniario, vel alia Caussa pecuniaria, à Florenis decem Infrà, habeāt, Pro prima Robaria, si fuerit in Ciuitate, vt suprà, Soldos sex Imperialium.

Extrà, verò Redefossum, & vbicunq; per Ducatum, habeant similitèr tantùm, Soldos sex Imperialium, pro ipsa Pignoratione, vltrà Soldum vnum, pro Milliari, vt suprà.

Et pro Secunda vice, si eis in prima facta fuerit, Prohibitio, vt suprà, Soldos duodecim Imperialium.

Et pro Tertia vice Arbitrio Iusdicentis, & ab indè suprà, dumtamèn non excedat quantitatem Soldorum triginta duorum, vltra Expensam Itineris, vt suprà.

De eodem.

Cap.c.Lxxix.

A Florenis decem, vsquè in vigintiquinq;, habeant,

Pro prima vice in Ciuitate, vt supra, Soldos octo Imperialium.

Pro secunda verò vice, si eis in prima facta fuerit Prohibitio, vt suprà, habeant duplum.

Pro tertia verò vice, si Prohibitio facta fuerit, vt suprà, in secunda, Arbitrio Iudicis, vt suprà, & ab indè suprà, dummodò non excedat quantitatem Soldorum quadraginta Imperialium.

De eodem.

Cap.c.Lxxx.

A Florenis vigintiquinq;, vsquè ad quinquaginta, habeant,

Pro prima vice in Ciuitate, vt suprà, Soldos duodecim Imperialium.

Pro secunda verò vice, si eis in prima facta fuerit Prohibitio, habeant duplum.

Pro tertia vero vice, si eis in secunda facta fuerit Prohibitio. Arbitrio Iusdicentis, vt suprà, dummodò non excedat quãtitatem Soldorum quinquaginta Imperialium.

De eodem.

Cap.c.Lxxxj.

A Florenis verò quinquaginta, vsquè in centum, habeant,

Pro prima vice in Ciuitate, vt suprà, Soldos viginti Imperialium.

Pro secunda verò vice, si eis in prima facta fuerit Prohibitio, duplum habeant,

Pro tertia, si facta fuerit Prohibitio, vt suprà. Arbitrio Iusdicentis, vt suprà, non excedendo summam Librarum trium Imperialium.

DE EODEM.

CAP. C. LXXXII.

A Florenis verò centum suprà in quacunq; quantitate, & summa, si fuerit in Ciuitate.

Pro prima vice, habeant Soldos triginta duos Imperialium.

Pro secunda vice, si eis in prima facta fuerit Prohibitio, duplum habeant.

Pro tertia verò vice, Arbitrio Iusdicentis, vt suprà, non excedendo quantitatem Librarum quatuor Imperialium.

Et prædicta habeant locum quando Exequutio fit, respectu Robariarum, de tot Pignoribus, quæ sunt valoris Crediti, pro quo concessum erit Præceptum.

Si verò Pignora fierēt de minori summa, seu Valore, q; tunc Solutio fiat ad Ratam, pro Rata.

PRO CAPTVRA PERSONAE, PRO DEBITO PECVNIARIO, VEL EX CAVSSA PECVNIARIA.

CAP. C. LXXXIII.

A Florenis vigintiquinq; inclusiuè infrà, si fiat in Curia Arenghi, vel in Broleto Communis Mediolani, vel Confinibus, vbi ex forma præsentium Statutorum, vel Decretorum, ibi possit talis Exequutio fieri, habeant dicti Seruitor, & Famuli, quotquot fuerint, in totum, Soldos viginti Imperialium, in Casibus tantùm, in quibus Captura in dictis Locis, sit licita.

Si verò alibi, extrà dicta Confinia, per Ciuitatem, intrà Portas tantùm Ciuitatis, habeant Soldos triginta duos Imperialium.

Extrà verò Portas, intrà Redefossum, habeāt Soldos quadraginta octo Imperialium pro Captura.

Extra verò Redefossum, & vbicunq; per DVCATVM habeant prædictos Soldos quadragintaocto Imperialium pro Captura, vltra soldum vnum Imperialium pro itinere, pro quolibet Miliari, pro quolibet Famulo, pro eundo, & redeundo, vsq; ad numerum contentum in præsentibus Statutis, singulariter referendo, ad plùs, & non plùs.

De eodem.

Cap.c.Lxxxiiij.

A Florenis verò vigintiquinq;, vsq; in quinquaginta, si in Curia, & Broleto, vt suprà, habeant Soldos triginta Imperialium, Alibi autem per Ciuitatem, Soldos quadraginta Imperialium, & Intrà Redefossum, Extrà tamen Portas Ciuitatis, Soldos quinquaginta Imperialium.

Extrà Redefossum, Soldos quinquaginta Imperialium, & Soldum vnum Imperialium pro Itinere, vt suprà.

De eodem.

Cap.c.Lxxxv.

A Florenis verò quinquaginta, vsq; in centū, si in Curia, & Broleto, vt suprà, habeāt Soldos quadraginta Imperialium, Alibi per Ciuitatē, Soldos quinquaginta Imperialiū.

Intrà Redefossum, extrà Portas Ciuitatis, Libras tres Imperialium.

Extrà verò Redefossum, Libras tres Imperialium, & Soldum vnum pro Itinere, vt præfertur.

De eodem.

Cap.c.Lxxxvj.

A Florenis centum, vsquè ad quācunque quantitatem, quantacunque sit, si in Curia, & Broleto, vt suprà, Soldos

quinquaginta Imperialium.
Alibi per Ciuitatem, Libras tres Imperialium.
Extrà portas. & intrà Redefossũ, Libras quatuor Imperialiũ.
Extra verò Redefossum. & vbicunq; per Ducatum, Libras quatuor Imperialium. & Soldum vnum Imperialium pro Itinere, vt supià.

DE EODEM.

CAP. c. LXXXVIJ.

ITEM, q̃ dicti Seruitor, & Famuli facientes dictas Exequutiones, tàm Reales, quàm Personales, & etiã facientes Sequestra, vel alia Pręcepta, teneãtur, & obligati sint dare, & dimittere dictis Derobatis, vel illis, qbus fient Sequestra, vel alia Pręcepta, vel eorũ Domibus Habitationũ. & Captiuis, singulariter referẽdo, Copias Præceptorũ, quorũ vigore faciãt dictas Exequutiones, incõtinenti, tẽpore dictarũ Exequutionũ, vel tempore, quo fient Pręcepta, vel alia Sequestra, vt suprà. In quibus Copiis, exceptis Pręceptis capiendi, & robãdi, vbi apponatur Clausula Iustificatiua, apponatur certa Dies, nominãdo ipsam Diẽ in Tertiis, vel in Vesperis, quibus cõparere debebũt, Qui Terminus cõparẽdi, nõ sit minor, q̃ prout dictũ fuit de Termino Citationũ. Respectu verò Præceptorũ intrandi, vel continuãdi, mittatur Copia illi, cõtra quẽ cõcederetur talis Exequutio, si habitauerit in Ciuitate, vel Ducatu Mediolani, & quę omnes Copiæ, sint signatę manu Iusdicentis, qui cõcesserit Pręceptũ, de qua Dimissione Copiæ, stetur Relationi Seruitoris. Alioqui, q̃ dictæ Exequutiones, etiam Præcepta, & Sequestra, sint nullæ, & nulla, & pro nullis habeantur.

Ad hoc, Vide etiàm Cõst. sub allegato tit. de Exequut. & Fam. Iusdicen. fol. 56. à Fronte. Vbi circà Exequutiones idẽ disponitur.

Quod de quolibet Sequestro Mittatur Copia illi de Cuius Bonis fiat Sequestratio, Vide infrà. Capi. 213. SI CONTINGAT, folio. 72. à Tergo.

Quòd Pręcepta non durent elapsis triginta Diebus dicit infrà, cap. 236. PRAETEXTV, fol. 81. à Fronte.

Et quòd Nullus Consul, qui non est Doctor, non Possit signare quędam Pręcepta, Vide in Nouis Capite. 55. CONSVLES, vs. Et, q̃ Nullus, fol. 18. à Fronte.

DE EODEM.

CAP. c. LXXXVIIJ.

ITEM, q̃ ipsi Seruitores, & Famuli pro Stando in

Possessione aliquorum Bonorum immobilium, siuè in Domibus Debitoris, siuè in Ciuitate Mediolani, siuè extrà Ciuitatem, possint habere pro quolibet Die, siuè fuerit Seruitor, siuè Famulus, Soldos quinq; Imperialium, vltrà Expensas cibarias, & mercedem Itineris pro stando, eundo, & redeundo, semel tantum, ad computum soldi vnius Imperialium, pro quolibet Miliari.

Et, si contrafactum fuerit puniantur in Soldis viginti Imperialium, pro quolibet, & qualibet vice, qua contrafecerint, in quam, Ipso facto, incurrant, Quę pęna applicetur Communi Mediolani pro medietatè, & pro altera Accusatori, cui credatur cum Iuramento, & vno Teste fidedigno.

DE EODEM.

CAP. c. LXXXIX.

ITEM, q; ipsi Seruitor, & Famuli, pro qualibet Detentione, & Captura facienda, & facta, de aliqua Persona inculpata de aliquo Crimine, seu Delicto, ex quo, pęna Mortis veniet imponenda, habeant, & habere debeant duplicem Solutionem.

Si verò alia venerit pęna Corporalis, & non mortis, imponenda, habeant, & habere possint libras quatuor Imperialium, & hoc, vltra Soldum vnum Imperialium pro Miliari, vt suprà.

Si verò, ex aliquo Crimine, seù Delicto, ex quo, Solummodò pęna pecuniaria veniat inferenda, habeant, & habere debeant, pro Pignoratione, & Captura, quantum Superiùs, pro Pignorationibus, & Capturis, pro Debito pecuniario, Taxatum est, ad Ratam, pro Rata, & singula singulis, debitè referendo.

Si verò dictus Captus, fuerit repertus non culpabilis de Delicto, seù Crimine, ex quo fuerit Inculpatus, & Detentus, & veniat relaxandus, q; ipsi Seruitores, & Famuli, quicquã

habere non possint, nec valeant, ab ipso tali Captiuo, ne duplici Damno, & Iactura afficiatur ipse Detentus, sed possint consequi Solutionem suam prædictam, ab illo, ad cuius Instantiam, vel Querelam, facta erit Captura.

Si verò facta fuerit ex Officio, habeat Solutionem à Capto, eo postmodùm Regressum habente, proùt Iuris fuerit.

DE EODEM.

CAP. C. LXXXX.

ITEM, q; circà Mercedem Famulorum, & Facientium Exequutiones, tàm Reales, quàm Personales pro Caussa minima, Solutio taxetur, inspecta Rei qualitate, ne Impensa, Sortem, seu Capitale excedat, ità, vt quartam principalis Rei, non superet.

DE EODEM.

CAP. C. LXXXXI.

ITEM, q; non possint fieri Exequutiones Reales, nec Personales, sub Præceptis generalibus, nisi cōtrà illos, qui præcisè erunt nominati, & descripti in ipsis Præceptis.

Per Cōst. sub tit°. de Offic. & Iurisdict. diuers. Iud. §. OMNES IVSDICENTES, folio. 32. à tergo, Prohibētur cōcedi Pręcepta generalia, ac Exequutiones, & Missiones Famulorum in Possessionem, nisi in Casibus à Iure, & ex Constitutionibus permissis, & ibi omninò Vide, Quid, eo in casu, requiratur.

DE EODEM.

CAP. C. LXXXXII.

ITEM, q; nullus Officialis, vel Custos Carcerum Ciuitatis, & Ducatus Mediolani possit, audeat, nec præsumat accipere, consequi, nec habere ab aliquo Carcerato, pro Introitu, Exitu, Clauibus, Compeditura, Cipo, & Ligatura, etiàm ad Torturam, nec aliqua alia ex Caussa, prætèr Expensas Cibi, & Potus, tantummodò Soldos quatuor Imperialium, & pro Custodia cuiuslibet Diei, Denarios sex Imperialium, percipiat.

Ad hoc Statutum, Vide Cōst. Idē Disponen. sub tit. de Custodia Reorum. §. NVLLVS, folio. 81. à Tergo.

Saluò, q; Custodes Carceris Domini Capitanei Iustitię Mediolani pro prædictis, Introitu, Exitu, & vt suprà, duplum

quantitatis prædictæ percipere, & habere possint, & valeant, & pro Custodia cuiuslibet Diei, Denarios sex Imperialium, & non vltrà, sub pęna Florenorum decem, Ducali Cameræ applicandorum, pro quolibet Contrafaciente, & qualibet vice, vt suprà. Et in prædictis Casibus, Dominus Capitaneus Iustitiæ, & quilibet alter Officialis, teneatur pro omnibus illis, qui fuerint de Familia sua, qui in prædictis, vel aliquo prædictorum contrafecerint quouismodò, siuè Sciente, siue Ignorante ipso Domino Capitaneo, vel alio Officiali. Circa verò Cibum, & Potum, non intelligatur derogari Ordinibus Ducalibus, superindè æditis.

De eodem.

Cap. c. Lxxxxiij.

ITEM, quod Caneparius præfati Domini Capitanei, nec non Caneparius Domini Potestatis Mediolani, & Officialium Curiæ Arenghi Mediolani, non possint, nec valeant accipere ab aliquibus Incarceratis, pro Cibo, & Potu eis datis in Carceribus, nisi solummodo Soldos sex Imperialium, pro quolibet Die, & non plus.

Quòd non fiant Exequutiones sinè Antianis, & Consulibus.

De eodem.

Cap. c. Lxxxxiiij.

De Antianis Parrochiarum, & eorum Officio. Vide in Nouiss. Capi. 188. ELIGANTVR, fol. 61. à Fron. Et in Cōst. sub tit. de accusat. & Denunc. fol 66. à t°. à princ. vsque ad. §. DELATIS. Ad hoc Statutum etiàm, vide omnino Const. sub tit. de Exequut. & Famul. Iuldic. à princ. vsque ad. §. CVM, Quia Idem disponitur, immò etiā additur, quòd in defectu Antianorum, vel Consulum, Exequutiones fieri debent, præsentibus duobus vicinis.

ITEM, quod ipsi Seruitores, & Famuli non possint, audeant, nec præsumant facere aliquas Exequutiones Pignorum, nisi in præsentia Antiani, in cuius Parrochia, vel Consulis Loci, in quo, vel cuius Territorio fieri voluerit, vel eo requisito. Et, qui sic requisiti, ire teneātur statim, cum ipso Seruitore, & Famulis, sub pęna librarum quatuor Imperialium, pro quolibet sic requisito, & non eunte, vt suprà Ducali Cameræ applicanda, & prout suprà, & ipsis Seruitore, & Famulis aliter Exequutionem facientibus, vt suprà, sub pęna librarum quatuor Imperialium, pro quolibet eorum, & qualibet

qualibet vice, Ducali Cameræ applicanda, & ad eius Solutionem compellantur per Captionem personæ, & nisi infrà sextam Diem soluerint, teneantur in Cathena, aut Barlina per vnam Diem, & priuati remaneant ab ipso Officio, vt suprà, saltim per Quinquennium.

Et, quilibet possit accusare, & habeat Medietatem Condemnationis pecuniariæ, & teneatur secretus.

De qua Requisitione, Antiani, vel Consulis, stetur Relationi Seruitoris.

De eodem.

Cap. c. Lxxxxv.

ITEM, q̃ ipsi Seruitores, & Famuli teneantur consignare, quæcunq; Pignora per eos derobanda, vt supra, penes Antianos Parrochiæ, aut Vicinum vnum Fidum, aut Consules Locorum, aut portentur ad Cameram, penes Gubernatores Pignorum, sub pęna cuilibet Contrafacienti, standi ad Cathenam, aut ad Barlinam, per vnam Diem.

Et vltra, sub pęna Librarum decem Imperialium, Ducali Camerę applicanda, & quilibet possit accusare, de qua Consignatione non credatur Relationi Seruitoris, nisi fiat scriptura, manu Depositarij, aùt alitèr probetur, quo ad pręiudicium asserti Depositarij.

Idem disponitur per Cōst, sub tit. de Exequut. & & Fam. Iudic. §. SI EXEQVVTIONES, fol. 56. à tergo, in prin.

Vide ad hoc etiàm infrà, Ca. 217, SI QVOD, fol. 73, à tergo.

De eodem.

Cap. c. Lxxxxvj.

ITEM, quòd dicti Famuli, & Seruitores non audeant impignare Pignora derobata in Exequutione Præceptorum Hospitibus, nec Tabernarijs, nec aliis personis, nec Hospites, supèr eis Pignoribus audeant dare Cibum, nec Denarios mutuare ipsis Famulis, & Seruitoribus.

Et, si contrafactum fuerit, nulla Actio, nec Exceptio cōpetat Hospitibus, nec Tabernarijs, nec Alijs pretendentibus

Ad hoc Statutum, Vide Const. sub allegato proximè tit°. §. POTERVNT, fol. 56. à tergo circà prin.

Quòd nihil detur Seruitori, nec aliis pro consignatura alicuius Bestiæ, Vide infrà cap. 223. HOSPITES, fol. 76. à fronte, in fin.

habere debere, ex Contrafactione, vt suprà.

De eodem.

Cap. c. Lxxxxvij.

Pro Debito priuato, Quando quis personalitèr capi possit, Vide suprà, ca. 167. PRO DEBITO, fol. 56. à fronte, in fin. Vide etiam ad Disposita in hoc Statuto Constit. sub. d. Tit°. de Exequut. & fam. Iusdicen. §. SI VERO. fol. 57. à Frõ. vbi ferè Idem Disponit.

ITEM, q Nullus, qui de cætero capietur, Præcepto alicuius Iusdicentis, in Ciuitate, vel in Ducatu Mediolani pro aliquo Debito publico, vel priuato, vel aliquo Datio, seu occasione alicuius Datii, vel Concessionis, possit Duci ad Carceres Communis Mediolani, nec ad alium Carcerẽ, nisi primò, ille, qui fuerit Captus, ductus fuerit, seu pręsentatus coram eo Iusdicente, de cuius Præcepto Captus fuerit.

Et Seruitor, qui eum ceperit, si contrafecerit, pro Condemnato, Ipso Iure, habeatur, in Libris decem Imperialium, applicandis, & exigendis, vt suprà.

Et quilibet Stipendiarius, qui fuerit cum illo Seruitore ad capiendum eum, in totidem Libris decem Imperialium, qualibet vice, applicandis, & exigendis, vt suprà.

Et, si ille talitèr Captus, & Detentus coràm dicto Iusdicente, de cuius Pręcepto fuerit Captus, non ostenderit incontinẽti Caussam rationabilẽ, pro qua nõ potuerit capi, primo, eo, ad cuius Instantiã fuerit Captus, ostẽdente Caussam legitimã Captionis, in cõtinenti ipse Iusdicẽs teneatur, & debeat mittere, & cõduci facere ipsum talitèr Captũ ad Carcerẽ.

Et, si Iusdicens contrafecerit in aliquo ex pṙdictis, & infradictis, pro condemnato habeatur, Ipso Iure, in Libris viginti quinq; Imperialium, applicandis, vt suprà.

Et, quilibet possit accusare, & habeat Medietatem Condemnationis.

Et, si ille, ad cui⁹ Petitionẽ fuerit Captus, nõ ostẽderit statim Caussam legitimã Captionis corã eo Iusdicente, & ille Captus prius ductus fuerit ad Carcerẽ, antequã fuerit pręsentatus corã Iudice, de cuius Præcepto, fuerit Captus, Captio sit nulla, & Captus liberè relaxetur, sinè aliqua Impensa.

DE EODEM.

CAP.c.Lxxxxviij.

ITEM, q Nullus Seruitor, Officialis, vel Baruerius, tàm Domini Capitanei Iusticiæ, q Domini Potestatis Mediolani, vel Curiæ suæ, vel aliorum Officialium, audeat, nec præsumat relaxare aliquem Captiuum, pro Portatione Armorum de Die, vel de Nocte, nisi talis Detentus satisdederit de stando, & parendo Iuri, & de soluendo pœnam incursam, vbi non habuerit legitimam Defensionem, qua Detentione facta, teneantur dicti Seruitor, Officialis, vel Baruerius, ipsa Die, vel sequenti, Noticiam dare, ad Officium Dominorũ Magistrorum Intratarũ Extraordinariarum, vel Commissariorũ super Exequutionibus præsentiũ Ordinũ Deputatorũ, sub pœna cuilibet Cõtrafacienti, Librarũ vigintiquinq; Imperialium, Ducali Cameræ applicanda, qualibet vice. Et quilibet possit accusare, & habeat quartam partem Condemnationis, & teneatur secretus, Et ad Solutionem dictæ penæ compellantur ipsi Potestas, & Capitaneus, pro ipsis Famulis, & Baruerijs, vel Collateralibus, vel Contestabilibus suis, toties, quotiès contrafactum fuerit, De quo possint Syndicari, per quemcunq; Syndicatorem, ad quẽ Recursus habebitur, non expectato fine Officij eorum.

DE EODEM.

CAP.c.Lxxxxix.

Seruitores teneãtur facere Exequut. ad instantiã Habentium Præcepta.

ITEM, q omnes, & Singuli Collaterales, Contestabiles, Seruitores, & Baruerij, & alij quicunq; Deputati ad dictas Exequutiones faciendas, teneantur, & debeant ad Instantiam, & Requisitionẽ cuiuscunq; Personæ habentis Licentiam, vel Præceptum de pignorando, robando, saxiendo, vel Sequestrando, de Bonis, & Rebus alicuius Personæ, Communis, Collegij, vel Vniuersitatis, fecisse realitèr, & cum effectu Exequutiones prædictas, vsq; ad quantitatem

Ad hoc Statutum videantur Const. sub. d. tit. de Exeq. &c. §. EXEQVVTORES, fol. 56. à tergo, vbi idem disponitur saluò, q Terminus exequendi restringitur, & Contrafacientibus pœna maior imponitur.

cõcurrentẽ eius, quod cõtinebitur in Licẽtia, vel Pręcepto, p̃dictis, infrà Terminũ Dierũ triũ, si fuerit, in Ciuitate, Suburbijs, vel Corporibus Sanctis faciẽda Exequutio p̃dicta. Et, si extrà Corpora Sanctorum longe à Ciuitate Mediolani per milliaria decem, infra sex Dies, & abindè suprà, per totũ, DVCATVM, infrà decẽ Dies, sub pęna Cõtrafaciẽtibus, & Cuicũq; eorũ, quibus data fuerit ipsa Licẽtia, vt suprà, & non facientibus Exequutionẽ prædictã, Librarum decem Imperialium, Ducali Camerę applicandarũ pro medietate, & pro alia medietate Parti accusanti, vel notificanti, qualibet vice, si Debitũ fuerit à Libris cẽtum Imperialiũ infrà. Et, si à centũ Libris suprà, sub pęna Librarũ quindecim Imperialium, pręfatę Ducali Camerę applicanda, vt suprà in quam pęnam, Ipso Iure, & Facto, cecidisse intelligantur, & ad ipsius pęnæ Solutionem, compellantur per Detentionẽ Personæ, & nõ relaxentur à Carcere, nisi soluta pœna prædicta. Nisi talis Seruitor, vel Exequutionem facere Debẽs, infra Terminos prædictos, singula, singulis, congruè referẽdo, Iusdicẽti Fidẽ fecerit, q; ipsam Exequutionẽ facere nõ potuerit, nisi pro Quantitate, & Rebus, in qua facta fuerit dicta Exequutio, aut portauerit Vetitũ ad Officiũ Vetitorum, vel corã Iusdicente, qui concesserit Præceptũ ipsum. Hoc intellecto, q; si Debitor esset Inhabilis ad soluendum, taliter, q; Exequutio fieri non potuisset, prædictę pœnæ locum non habeant.

De eodem.

Cap. cc.

Videantur ad hoc Const. sub Allegato proximè ne°. §. IDEM QVOQVE, fol. 56. à tergo, vbi hoc Item ferè Dispositum.

ITEM, q; eodem modo, teneantur prędicti Facientes Exequutiones, vt suprà, facere quascũq; Exequutiones p̃sonales, prout in Licẽtiis, & Pręceptis, sibi datis, cõtinebitur, vbi fieri possint ad omnẽ Requisitionẽ cuiuslibet Personæ Habẽtis dictas Licẽtias, seu Præcepta Exequutiua personalia.

Et, si per ipsos Exequutiones ipsas facere Debentes, vt præfertur, steterit quominùs ad Requisitionem cuiuslibet Habentis dictas Licentias capi faciendi, vt suprà, dictas Exequutiones non fecerint, ipsi, sic Omittentes facere Exequutiones prædictas, cadant, & Ipso Iure, & facto cecidisse intelligantur in pœnam Librarum decem Imperialium, Ducali Cameræ applicandarum, vt suprà, si Debitum fuerit à Libris centum infrà. Si verò Debitum fuerit à libris cẽtum suprà, sub pęna Librarum vigintiquinꝗ Imperialium, præfatæ Ducali Cameræ applicanda, vt suprà, quæ pœna totiès cõmittatur, quotiès contrafactum fuerit, & intelligatur stetisse per eos Omittentes, vt suprà, quominùs dicta Exequutio facta non fuerit, si Iusdicenti summatìm Fides facta fuerit, ꝙ dicti, qui capi debuerint, demonstrati fuerint prædictas Exequutiones facere Debentibus, Et in tali Esse, & Loco, ex quo verisimilitèr dicta Exequutio personalis fieri potuisset, si fieri voluisset, aut, ꝙ alitèr Iusdicenti vísum fuerit prædictam Exequutionem fieri potuisse verisimilitèr, si fieri voluisset. Supèr quibus, stetur Arbitrio Iusdicentis, inspecta qualitate Facti, & Personarum.

RVBRICA GENERALIS DE SERVITORIBVS.

De Sacramento, Satisdatione, et Approbatione Servitorvm.

CAP. cc. j.

De Seruitoribus Vicarij Prouisionum, & eorum Salarijs, Vide in Nouis. Cap. 75. SERVITORES, fol. 25. à fronte.

Quòd liceat cuilibet, Seruitorem Communis Mediolani etiam pro Maleficijs, Vide in Nouis. Cap. 76. LICEAT, fol. 68. eo. à tergo.

De Seruitoribus, qui exercentur circà Actus criminales, Vide in Nouis. Cap. 77. NON POSSINT. fol. eodem.

NVLLVS, à Calendis Mensis Ianuarij proximè futuri in anteà, exerceat Officium Seruitoriæ, nisi sit Habitator Ciuitatis, vel Suburbiorum Mediolani, Et nisi sit maior annis viginti, Et nisi priùs constitutus, vel approbatus fuerit per Officium Prouisionum Mediolani, & vnum ex Duodecim Pręsidentibus, vel ex Syndicis Communis Mediolani,

vel vnum ex Abbatibus, vel Antianis Collegij Notariorũ Mediolani, & iurauerit, & satisdederit de Libris viginti-quinque Imperialium coràm Officio Prouisionum, vel vt supra, de exercendo benè, & legaliter dictum Officium Seruitorię, & ipsa Satisdatio cedat, & perueniat ad commodum Passi Damnum, si aliter fecerit, & quæ Satisdatio duret, donec fuerit innouata, & in prædictis Satisdationibus non sit necesse Officium alterius Approbatoris, & habeat Notarius, & vt supra, pro qualibet Satisdatione cum exemplo, & subscriptura, Soldum vnum Imperialium, & non vltrà, sub pęna Priuationis, sui Officij.

Et singulis Annis eligantur tres de melioribus Seruitoribus Mediolani, Arbitrio Vicarij Officij Prouisionum, vnacum Abbatibus Collegij Notariorum Mediolani, vel altero eorum, qui Omnes simul eligant tres Notarios Mediolani, laudatos ad omnia, secundum Formã Statutorum Mediolani, qui examinent omnes Seruitores descriptos in Matricula Seruitorum, & qui secretò quemlibet approbent, vel reprobent, & ille, qui per prædictos approbare Debentes, pluriès fuerit reprobatus, eximatur de Matricula, & amplius non exerceat Officium Seruitorię, sub pęna Incisionis linguæ, & Fustigationis per Broletum Communis Mediolani, & eadem pœna puniatur quilibet, qui exercuerit Officium Seruitoriæ, qui non fuerit approbatus, vt supra.

Saluò, quod Seruitores, qui habitabunt per Ducatum Mediolani, possint Citare, Sequestra, & Præcepta quæcunque facere, dummodò non sint capiendi, nec robandi, nec etiam, expellendi aliquem de Possessione, nec aliquem inducendi, nec continuandi in Possessionem, licet non sint Habitatores Ciuitatis Mediolani, vel Suburbiorum.

Et, quod nullus debeat exercere dictum Officium Seruitoriæ, qui sit Scutifer, aut Famulus alterius, exceptis Famulis Iusdicentium, & Locorum piorum, sub pęna Librarum

quinq; Imperialium, applicanda pro medietate Communi Mediolani, & pro alia medietate Accusatori.

Et vltrà, ea, quæ in contrarium fierent, sint nullius valoris, & momenti, quatenùs fierent de Mandato alicuius Iusdicentis in Ciuitate Mediolani.

Respectu verò exequendorum de Mandato Iusdicentis in Ducatu Mediolani Seruitores habitantes per Ducatum (approbati tamèn) vt suprà, possint ipsa talia Præcepta exequi, & omnes Seruitores electi, & approbati, vt suprà, teneantur se describi facere, antequàm exerceant Officium Seruitoriæ, ad Officium Gubernatoris Statutorum Communis Mediolani, pro qua Descriptione, aliquid accipi non possit.

De eodem.

Cap. cc. ij.

ET Notarius Officij Prouisionum paritèr teneatur habere vnum librum, in quo scribere teneatur Nomina, & Cognomina eorum Seruitorum Communis Mediolani, qui approbati fuerint, & satisdederint, & iurauerint, proùt suprà, & Tempus præcisum ipsius Approbationis, vt suprà, & vbi habitat ipse Seruitor, & in Parochia, si sit Habitator Mediolani, vel Suburbiorum, & nomen Loci, vel Terræ, si habitauerit in Ducatu.

Qvòd Servitor Bannitvs de Maleficio, et falsitate, non possit, aliqvomodo, exercere Officivm Servitoriae.

Cap. cc. iij.

NVLLVS Seruitor, qui sit Bannitus de Maleficio, vel Falsitate, aut qui amiserit Membrũ pro aliqua Falsitate,

possit esse Seruitor, nec etiam aliquis Seruitor, possit exercere Officium Seruitoriæ in fauorẽ alicuius, cũ quo stabit. Saluò, si staret cum aliquo Pio Loco elemosinario possit in fauorem ipsius Pij Loci, ipsum Officium exercere.

De Famulis Domini Potestatis Mediolani, dandis pro Exequutionibus faciendis.

Cap. cc. iiij.

Vide suprà Capite. 174. ITEM STATVITVR, fol. 59. à tergo, Aliud simile Statutum. Et Ibi vide Declarationes Factas ad dictum Statutum in Nouiss. cap. 205. DECLARATVR, vel. ITEM STATVTO, fol. 67. à Fronte, in fin. & fol. 66. à tergo, in fin. sub. d. Cap. Quia secundùm eas etiàm præsens Statutum Intelligitur.

Et, quod per Seruitores, & Famulos dimittãtur Præcepta, & seu Sequestra, quibus fiunt, vel Domibus eorum habitationis, habetur suprà, cap. 187. ITEM QVOD DICTI, fol. 63. à fronte.

IN quolibet Præcepto Exequutorio, apponatur quantitas Fangiorum, seu Famulorum, vsque ad quam Iudex concedet, & ad quam quãtitatem, Iudex in Ciuitate, & Suburbijs Mediolani possit concedere, vsque ad Duos inclusiuè, & non vltrà.

Saluò, si in Ciuitate Mediolani, vel Suburbijs eundo pro exequendo dictum Præceptum, seu explicando, fieret aliquod Obstaculum, vel Impedimentum, per quod non potuisset Exequutionem, seu Explicationem facere, de iis, quæ in dicto Præcepto continerentur, Possit iterùm reassumere de alijs Seruitoribus, seu Fangijs, vsquè ad illum numerum, qui videbitur dicto Iudici, pro dicto Negocio explicando, inspecta qualitate Facti, & Personarum.

In Ducatu verò, Iudex concedere possit, vsquè ad numerum Seruitorum, siuè Fangiorum quatuor, & non vltrà, Saluò tamen, quod si in Ducatu eundo pro explicando contenta in eo Præcepto, aliquod Obstaculum, vel Impedimentum fieret, per quod, non potuisset dictam Exequutionem, vel Explicationem facere, Possit iterum reassumere de aliis Seruitoribus, seu Famulis, vsquè ad eum numerum, qui videbitur dicto Iudici, inspecta qualitate Facti, & Personarum,

Et, si in Ciuitate, Suburbijs, vel in Ducatu, vltrà quantitatẽ, seu numerum taxatum, vel additum, vt suprà, pro aliquo

Præcepto exequendo ïuerint Famuli,ſeu Fangiĳ. tùnc ille, contrà quem fieret Exequutio,pro iis, qui erunt, vltrà numerum taxatum,vel additum,vt ſuprà,ad Soluendum non teneatur.

DE RELATIONIBVS FACIENDIS, ET INTRA QVAE TEMPORA.

CAP.CC.V.

QVILIBET Seruitor teneatur, & debeat ad Petionem vtriuſq; Partis, & cuiuſlibet, cuius interſit.

Infrà tres Dies,reſpectu Citationum Præceptorum, & Sequeſtrorum, ac eorum, quæ per eum facta, vel Exequuta fuerint in Ciuitate,& Suburbiĳs,ac intra Corpora Sanctorum,

Et infrà quinq; Dies, reſpectu eorum, quæ facta, vel Exequuta fuerint in Ducatu Mediolani, vltrà Corpora Sanctorum, ſuam Relationem facere, coràm Iuſdicente, Arbitro, vel Arbitratore, vel Commiſſario,ex cuius Parte,facta erit Citatio, vel de cuius Mãdato,facta fuerit Exequutio,ſeu factum fuerit Sequeſtrum, vel aliud fuerit Exequutum, vel factum.

Saluò,ſi reſpectu eorum, quæ,ex forma præſentium Statutorum fieri poſſint per Seruitores Habitantes in Ducatu, ſufficiat,q; Relationes fiant in manu alicuius Notariĳ habitantis in Ducatu Mediolani, dummodò, infrà dictum Terminum deferantur Notariĳs, vel Coadiutoribus Iuſdicentium,ſeu Arbitrorum, vel Arbitratorum, vel Commiſſariorum,vel Delegati,ex cuius Parte facta fuerit Citatio,vel aliud Exequutum,vel factum fuerit.

Et in qualibet Relatione ſcribatur vbi habitat Seruitor referens,ſcilicet, NOMEN, PORTA, & PAROCHIA.

De forma Citationum, Vide cap. 1. fol. 1. à fron.

De Pignoribus deſcribendis, Vide infrà, cap. 234. QVILIBET, fol. 80. à tergo.

De Relatione, & deſcriptione Sequeſtrorũ, Vide infrà, cap. 235. RELATIONES, fol. 61. à fron.

Aliud tempus datum eſt pro faciendis Relationibus, vt habetᷣ in Nouiſſ. Ca. 192. RELATIONES, fol. 61. à Tergo.

De Relationibus, quę fieri poſſunt ad Inſtantiam Citati Infra ſex menſes, Vide in Nouiſſ. cap. 209. RELATIONES, fol. 68. à Fron.

Relationes poſſunt fieri etiàm tẽpore fęriato, vel ſuſpenſo, vt habetur in Nouiſs. cap. 214. AD TOLLENDVM, fol. 70. à fronte.

Quòd non poſſit Quis interrogari an velit vti Relatione Seruitoris? Vide in Nouiſs. ca. 208. AD DECLARATIONEM, fol. 67. à tergo.

si erit Habitator Ciuitatis, vel Burgorum Mediolani, & NOMEN LOCI, Si Habitauerint in Ducatu.
Alitèr, elapso Termino, vt suprà nulla recipiatur Relatio. HOC INTELLECTO, q. si Citatus comparuerit, non sit necessaria Relatio, sed præsumatur Citatus ad videndum fieri ea, quibus Præsens fuerit.

RVBRICA GENERALIS DE AVXILIO DANDO PER COMMVNIA, ET VNIVERSITATES SERVITORIBVS AD EXEQVVTIONES FACIENDAS.

De Auxilio Dando ad Exequutiones faciendas Servitoribus per Consules, et Officiales Terrarum.

CAP. CC. VI.

SI quis Seruitor iuerit Præcepto alicuius Iusdicentis, vel alterius Habentis Iurisdictionem pro robando, contestando, vel sequestrando de Bonis alicuius, in aliquo Burgo, Terra, vel Territorio Ducatus Mediolani, teneantur Consules, & Officiales illius Burgi, vel Terræ, vel aliquis eorũ, si de hoc fuerint requisiti, vel petiti, per Seruitorem, comparere, & ducere, bona fide, ipsum Seruitorem, & ostendere eidem Domum, seu Habitationem illius, contrà cuius Bona vult fieri Exequutio, si quam habet in eo Burgo, Terra, vel Territorio, sub pęna cuilibet Consuli, Librarum viginti Imperialium, & Communi Burgi, vel, vt suprà, Librarum vigintiquinque Imperialium, & Communi Loci Librarum decem Imperialium, Communi Mediolani applicandarum.

Et nihilominus, Communia Burgorum, Locorum, vel aliarū Vniuersitatum, in quibus Habitēt quindecim Familię, vel abindè supra, teneantur sub eadem pęna, dare Auxilium, & Fauorē cū effectu, dicto Seruitori, si de hoc fuerint requisiti, vel petiti, per Seruitorē, ad faciendū aperire Portas, & Hostia, & ad ea exequēda, vel facienda. q̄ ille Seruitor habebit in Mādatis, de qua Requisitione, seu Petitione, stetur Relationi Seruitoris, nisi in contrarium probatū fuerit.

Hoc intellecto, q̄ si Seruitor iuerit pro sequestrando, vt supra, & Consul requisitus, vel petitus, recusauerit, vel neglexerit ire cum Seruitore, vt suprà, super Bonis, de quorum Fructibus, vel Redditibus vellet fieri Sequestrum, & sic non posset fieri Debita Aestimatio Fructuum, seu Redditùum sequestrandorum, tunc Seruitor, a se ipso possit facere Aestimationē, cuius Relationi stetur, nisi infra Mēsem, pòst factam Relationem, in contrarium probatum fuerit.

Et tùnc stetur veritati probatę, Et si Consul recusauerit, vel neglexerit ire cum Seruitore, vt suprà, tùnc ipse Consul, incurrat poenam, de qua suprà.

Et teneantur Communia prædicta, singulo Anno, de Mense Ianuarij, pòst Publicationem præsentium Statutorum, ad Officium Statutorum Communis Mediolani, describi facere Nomen, & Cognomen Loci, & Consulis sui, sub simili poena, vt suprà. Gubernatores autèm Statutorum, quicquam pro Descriptione prædicta, accipere non possint.

QVOD COMMVNIA, CONSVLES, ET OFFICIALES, AC HOMINES, TENEANTVR DESIGNARE, ET PALIFICARE BONA IMMOBILIA, ET FRVCTVS. CAP. cc. vij.

TENEANTVR, & debeant Communia Burgorum, Locorum, & Terrarum Ducatus Mediolani, seu Consules, &

Officiales eorundem, nec non Homines cuiuscunq; Burgi, Loci, & Terrę, si de hoc requisiti fuerint, videlicet, ipsa Cōmunia, seu Consules, & Officiales, designare, & palificare Bona immobilia suorum Territoriorum, & Fructus pendentes, ac etiam sectos, seu à Solo, vel à Brochis separatos, existentes in Rusticis prędijs, & Seruitorem ducere ibidē.

Et hoc, si sciuerint, & per Sacramentum, sub pęna Librarum viginti quinq; Imperialium, Communi Burgi, Librarum decem Imperialium, Communi Loci, Librarum quinq; Imperialium pro quolibet Consule, Communi Mediolani applicandarum.

Ipsi verò Homines cuiuscunq; Burgi, & vt suprà, si ad hoc requisiti fuerint per Sacramentum, secundùm suum scire, manifestare teneantur Terras, & Bona cuiuslibet, quæ sint in illo Territorio, vel Partibus circunstantibus.

Et ad hæc compelli possint per omnia Iuris remedia.

Quòd nō cōcedatur Relaxum, nisi Constet de Credito, Vide in Nouiss. cap. 200. AD TOLLENDVM, fol. 54. à fronte, in prin.

De subitis Contestationibus, & Sequestris, Vide suprà, Cap. 111. fol. 39. a tergo, & ibi videbis Multa.

Quòd de quolibet Sequestro, Mittatur copia illi, de cuiᵒ Bonis fiat Sequestratio, Vide infrà, ca. 213. SI CONTINGAT, fol. 72. à terg.

QVOD DEPOSITA, ET SEQVESTRA, NON FIANT PENES SINGVLARES PERSONAS.

CAP. CC. VIIJ.

NVLLVS, & singularis, Depositū, nec Cōtestum, nec Sequestrum, recipere cōpellatur, nec supèr aliquo singulari, vt singulari inuito, ponatur Depositum, nec Sequestrū. Et, si contrafactum fuerit, non valeat, & conseruetur Indemnis, per Seruitorem, & per Actorem, & quemlibet eorum In Solidum, donèc Conseruatio, ad plenum fuerit subsequuta, quæ non habeant locum in illis, nec eorum fauorem, penès quos, essent, tempore Contestationis, Bona, quæ Sequestrarentur, vel deponerentur, vel in Recomandatione ponerentur, sed ipsi, penès quos talia essent, conseruare teneantur, ad voluntatem Iudicis, si, & prout aliàs debebit de Iure.

Et etiam non habeant locum, si intrà Corpora Sanctorum fiet Depositum, siuè Sequestrum de Fructibus, seu Redditibus pendentibus penès Laborantes Terras, in quibus sint dicti Fructus, vel Redditus, si laborant, vt Fictabiles, vel Partiarij.

Sed, eo Casu, possit fieri Depositum, seu Sequestrũ de Fructibus, seu Redditibus pdictis, penès dictos sic Laborãtes.

Si verò laborentur per Dominum, vel eius sumptibus, tùnc Sequestrum, vel Depositum possit fieri de dictis Fructibus, & vt supra, penes duos, ex Vicinis dictæ Parrochiæ, in qua sunt situatæ dictæ Terræ, qui compellantur, & teneantur illud Sequestrum, seu Depositum recipere, & custodire, expensis tamẽ dicti Depositi, seu Sequestri.

Et Dominus Potestas, & quilibet Exercens Iurisdictioné, & Vicini dictæ Parrochiæ, & quilibet eorũ, cũ requisiti fuerint, teneãtur dictis, penès quos factum sit Sequestrum, seu Depositum, vt suprà, prçstare Auxilium ad prçdictum Sequestrum, seu Depositum saluandum, seu custodiendum.

QVOD CAPTI IN DVCATV, CONSIGNETVR LIGATI IN CARCERIBVS COMMVNIS ILLIVS TERRAE, VEL IN ALIO SEDIMINE, PRAESENTIBVS CONSVLIBVS, VT PETITVM FVERIT.

CAP. cc. ix.

ALIQVIS Captus, seu Detentus per aliquem Seruitorem in Ducatu Mediolani, non possit cõsignari, nec intelligatur esse Consignatus Captus, penès aliquod Cõmune, Cõsules, & Officiales alicuius Terrç, vel Vniuersitatis, nisi p eũ Seruitoré, vel Famulos, siuè Seruiẽtes, quos secũ habuerit, cõsignetur Ligatus Idoneè, cũ manibus, in Carceribus illius Communis, vel Vniuersitatis, in qua cõsignari voluerit, p aliquo, aut in aliquo alio Sedimine, vel Camera

idonea dictę Terrę, pręsentibus Consulibus, vel Officialibus illius Terrę, vel aliquo corũ, in quo, vel in qua, per Cõsules, vel Officiales illius Vniuersitatis, vel per aliquem ex eis, Petitũ fuerit ab eo Seruitore debere duci, & cõsignari.
Et de hoc fiat Mentio, in Relatione Seruitoris, quæ fiet de ipsa Captione, & Consignatione.
Et, si prædicta, seruata non fuerint, tunc illud Commune, Vniuersitas, Consules, & Homines eiusdem, in aliquo non teneantur, pro ipso Capto, nec ad eum custodiendum, nec reddendum.
Et eos Captos consignatos, modo prædicto, custodire teneantur, vsq; ad Dies sex, ad plus, tũc proximos, & eos repręsentare, seu dare, si, & prout, infrà ipsos Dies sex præcipietur eis, vel mandabitur per Iusdicentem, expensis tamen illius, qui ipsam Captionem fieri fecerit, &, si in dicto Tẽpore, nihil eis dictum, seu præceptum, vel Mandatum fuerit per Iusdicentem, vlterius non teneantur dictos Captos custodire, nec reddere, sed à tali Captione, & Consignatione, Ipso Iure, sint liberati.

QVOD COMMVNIA NON TENEANTVR CONSIGNARE DEPOSITA, NEC CAPTOS EXTRA SVVM TERRITORIVM.

CAP. CC. X.

COMMVNIA Burgorum, Locorum, & aliarum Terrarum, Ducatus Mediolani, non teneantur consignare illas Res, quæ fuerint depositæ penès ea Cõmunia, vel eorum Consules, vel Officiales, vel Homines, ad Ciuitatem Mediolani, nec alibì, extrà suum Territorium, sed eas Res penès eos, vel ea, legitimè cõsignatas, saxitas, vel sequestratas, colligere, reponere, & saluas facere, & custodire, teneantur, Expensis earum Rerum, & eas consignare in eo Burgo

loco, & Terra, vel eius Territorio, in quo erant tempore, quo fuerunt depositæ, vel sequestratæ, vel repositæ, illi, ad Petitionem cuius fuerint depositæ, vel sequestratę, vel eius speciali Procuratori Habenti Præceptum, vel Licentiam à Iusdicente, de accipiendo ipsas Res.

DE EODEM.

CAP. cc. xj.

IDEM intelligatur, si aliquis consignatus fuerit, legitimo modo, per aliquem Seruitorem, pro Capto, quem quidem Captum, & eis Consignatum, custodire teneantur Diebus sex cōtinuis, & abindè in anteà, liceat eis relaxare eum Captum, nec vlteriùs teneantur eum consignare, nisi Præcepto Iusdicentis interìm petitum fuerit.

QVOD COMMVNIA NON TENEANTVR CONSIGNARE, NEC TRADERE, DVRANTE CONTRADICTIONE.

CAP. cc. xij.

CONSVLES, Officiales, & Communia, non teneantur consignare, nec tradere Res sequestratas, durante Contradictione, nec possit contrà eos procedi per Contumaciam.
Sed, si nulla Contradictio facta fuerit, tunc elapsis quindecim Diebus, teneantur ipsam Consignationem facere, proùt Mandatum fuerit per Iusdicentem.
Et, si facta fuerit Contradictio, & sopita, tùnc teneantur ipsam Consignationem facere absquè aliqua Exceptione, vel Contradictione proùt mandatum fuerit, vt suprà.
Et tempora Consignationis faciendæ, tùnc currant, & currere incipiant à tempore Contradictionis sopitæ, si quæ facta fuerit.

De subitis Contestationibus, & Sequestris, Vide suprà, cap. 111. QVOLIBET, fol. 39. à terg. Quòd Relatio, & Descriptio sequestrorum infrà tēpora limitata per Statuta, fiat, alitèr, Quòd Sequestrum non valeat, Vide infrà, Capit. 235. RELATIONES, fol. 81. à fron. Quod Dimittantur Copiæ Sequestrorum illis, Quibus fient Sequestra, vel eorum Domibus habitationum, Vide suprà, Capite. 187. ITEM QVOD DICTI, fol. 63. à Fron.

QVOD DE QVOLIBET SEQVESTRO MITTATVR COPIA ILLI DE CVIVS BONIS FIAT SEQVESTRATIO.

CAP. cc. xiij.

SI contingat fieri aliquod Sequestrum de Bonis alicuius Habitantis in Iurisdictione Iudicis, de cuius Mandato fiet Sequestratio, teneatur Pars, ad cuius Instantiam fiet Sequestratio, Intimare, seu mittere Copiam ipsius Sequestri, illi, de cuius Bonis fiet Sequestratio personaliter, vel ad eius Domum Habitationis.

Si verò contingat Sequestrum fieri in Ciuitate, vel Ducatu Mediolani de Bonis non Suppositi repertis in Iurisdictione Iudicis, à quo fuerit impetratum dictum Sequestrum, vel non Habitantis in ipsa Iurisdictione, tùnc Copiæ mittantur in Locis, vbi Citationes fieri possunt ex forma secundi Statuti, positi sub Rubrica speciali de Citationibus Absentis, & cætera, & stetur Relationi Seruitoris de Dimissione dictarum Copiarum.

Quod Statutum est suprà, fol. 2. à fronte.

Et, si prædicta seruata non fuerint, Sequestratio facta non valet.

DE MEMORIA CONTRADICTIONIS PONENDA PER NOTARIOS IN MARGINE, VBI ERIT RELATIO EXEQVVTIONIS.

CAP. cc. xiiij.

De Ter°. probandi contra Exequutionem, Vide in Nouis. Capite. 201. STATVITVR, fol. 64. à Fronte. Quid de Pignoribus Derobatis, quæ stare debēt penès Gubernatorem Pignorum, & per Quod, Tempus, Vide infrà cap. 233. PIGNORA, fol. 80. à fronte.

SI fiat Contradictio Pignoribus robatis, vel Deposito, seu Sequestrationi, vel Introitui, vel alij Exequutioni, scribat de hoc Memoria in margine Relationis, si facta reperiatur. Et vbi non reperiatur facta Relatio Scribatur in libro, in quo solent, & debent scribi Firmationes Contumaciæ, & Banna, videlicet, de Die Contradictionis, & per quem facta fuerit

fuerit, ſub pęna Notario Banci, Librarum decem Imperialium, applicanda pro Medietate Communi Mediolani, & pro altera Medietate Parti, quæ contradixerit.

Et vlteriùs, ſub pœna ipſi Notario conſeruandi indemnem quemlibet, qui, ea occaſione lęderetur, ad hoc, vt Iudex non decipiatur, aliquo modo.

Et vbi contingat Notarium ſubſcribere aliquod Præceptum, vel Relaxetur, in quo facta non fuerit Memoria, vel Mentio ipſius Contradictionis, q; habeatur pro Conſtanti ipſum Notarium non feciſſe Memoriam in margine, nec in Libro Firmationum, vt ſuprà.

Nec admittatur Probatio in contrarîum, & ſi contrafiat, nullius ſit valoris, & momenti.

QVOD DEPOSITA, CONTESTATIONES, ET SEQVESTRA CONSEQVANTVR INFRA SEX MENSES.

CAP. CC. XV.

De ſubitis Conteſtationibus, & Sequeſtris, Vide ſuprà, Cap. 111. QVILIBET, fol. 39. à tergo, & ibi Vide Multa alia ſubſequentia.

SI quis Depoſitum, Conteſtationem, vel Sequeſtrum fieri fecerit penes Commune, Conſules, vel Officiales alicuius Vniuerſitatis, proſequatur Ius ſuum in conſequendo prędicta Depoſita, Conteſtationes, vel Sequeſtrationes, infrà Menſes ſex, à Die facti Depoſiti, Conteſtationis, vel Sequeſtri.

Et, ſi per Mēſes ſex ſteterit Negligens, quin ſuum Ius proſequatur contrà ipſam vniuerſitatem, Conſules, vel Officiales ipſius, vlteriùs non audiatur, nec poſſit habere Recurſum contrà Commune, Conſules, & Officiales.

Sed ſaluum ſit Ius illi, de cuius Bonis Sequeſtrum, Depoſitum, vel Conteſtatio, factum, vel facta fuerit.

De Rebvs Mobilibvs robatis, vel Contestatis singvlariter Aestimandis.

Cap.cc.xvi.

Quòd Pignora derobata stent penès Gubernatorem, vel Depositarium, per Dies quindecim, Vide infrà, Cap. 233. Pignora, fol. 80. à fronte. Et intrà quod Tēpus fieri debeant Relationes, Vide suprà, capite. 205. QVILIBET SERVITOR, folio, 69. à fronte.

OMNES Res mobiles, quæ actualitèr poni contingent in Sequestrum, Contestationem, vel Depositum, vel quæ robentur, Aestimentur singularitèr, Bona fide, per Seruitorē, & de qua Aestimatione FIAT MENTIO in RELATIONE SERVITORIS.

Et, si de Aestimatione facta per Seruitorem aliquis, cuius interfit, conqueratur, audiatur, si de hoc conqueri voluerit, vsquè ad Tempus, quo continget Denunciationem Pignorum, durare.

De recipientibvs sponte Depositvm, Contestationes, vel Seqvestrvm, vel aliqvid alivd.

Cap.cc.xvii.

Vide etiàm ad hoc suprà Capite. 195. ITEM QVOD IPSI, fo. 65. à fronte.

SI quod Depositum, Contestatio, vel Sequestrum, vel aliquid in Saluamentum positum fuerit per Seruitorem volūtariè, seu spontè receptum, de hoc FIAT INSTRVMENTVM, vel Scriptum subscriptum, manu Recipientis Sequestrum, vel subscriptum per alium, PRAESENTIBVS DVOBVS TESTIBVS ad minus in scriptura illa, appositis, nec soli Seruitori credatur, ꝙ voluntariè receptū sit per Aliquem.

Qvod pro Depositis, Nobiles teneantvr tantvm pro Nobilibvs, et Vicini pro Vicinis.

Cap.cc.xviii.

IN omnibus Burgis, Locis, & Terris, in quibus fuerint

Nobiles, & Vicini compellantur Nobiles pro Nobilibus, etiam, qui non sint de Vniuersitate Nobilium illius Loci, in quo fiet Exequutio, Et Vicini pro Vicinis tantùm, ad recipiendum Deposita, & Res, & Personas Nobiliũ, & ad colligẽdum Fructus, ad hoc, ne compellãtur Vicini relinquere Terras, quas tenent, vel laborant, propter Debita, & Potẽtiam Nobilium, & etiam ad maiorẽ firmitatem, OMNES OFFICIALES, & Seruitores, qui fuerint per Ducatum Mediolani, occasione alicuius Officij, vel Exactionis, vel occasione faciendi aliqua Deposita, siuè fuerint Præcepto Iudicis Potestatis, siue Pręcepto alicuius Consulis Iusticię, siuè Mercatorum, siuè Alterius Iusdicentis, debeant FACERE IBI DEPOSITA, si fuerint Nobilium, vt suprà, per Nobiles illius Burgi, Loci, seu Terræ.

De Subitis Contestationibus, & Sequestris, Vide suprà, Cap. 109. QVOLIBET DIE, fol. 39. à tergo. Vide etiã infra, Cap. 229. PENES COMMVNIA, fol. 78. à fronte, in fine.

Et, si fuerint Vicinorum, debeant facere, & recipere Deposita, & alias Res per Vicinos illius Burgi, Loci, vel Terre, in quibus prædicta fuerint.

Et sic Nobiles teneantur recipere pro Nobilibus, vt suprà, & Vicini pro Vicinis.

Et, si prædicti Officiales, vel Seruitores facerent vel venirent contrà prædicta, nisi sicut superiùs dictum est, ꝙ omnia ea, in quibus Contrafecerint, sint cassa, & irrita, & nullius valoris, & momenti, videlicet, quo ad hoc, vt NOBILES non teneãtur pro Vicinis, nec Vicini pro Nobilibus.

DE ARCA COMMVNI AD PETITIONEM CREDITORIS FACIENDA.

CAP. CC. XIX.

SI quis habere debet, vel de cætero habere debuerit aliquid, ab aliquo Communi, Burgi, vel Loci, vel Vniuersitate aliqua, & DENVNCIAVERIT per publicum Instrumentum, vel per Seruitorem Communis Mediolani, DIMISSA COPIA dictæ Denunciationis in Scriptis ibidẽ

Consulibus, vel Consuli, nomine Communis, & Vniuersitatis illius Burgi, vel Loci, vel Villę, vel Castri, & in ipsa publica Platea, & Vicinantia, seu Domibus Habitationũ Cõsulum, vel Consulis Vniuersitatis, dimissa Copia dictę Denunciationis ibidem dictis Consulibus, vel Cõsuli, vel Domi Habitationis eorum, & cuiuslibet eorum, & in ipsa Platea publica, vt faciant, & fieri faciant Arcam Communem, infrà quindecim Dies, pro ipso Debito sanando.

Et, si illud Debitum non sanauerint infrà ipsum Terminum, ꝙ post modùm vnusquisque de ipsa Vniuersitate, teneatur ad totum Debitum, & possit abindè inanteà conueniri pro toto Debito, ac si principaliter foret obligatus, ipso, à quo exactum fuerit, habente Regressum contrà ipsam Vniuersitatem, & quamlibet singularem Personam ipsius Vniuersitatis pro ea quantitate, ab eo exacta, cum omnibus Expensis, Damnis, & Interesse, factis, & passis per eum, à quo fuerit exactum. De quibus, stetur Iuramento ipsius, præmissa Iudicis Taxatione, & nullus, de ipsa Vniuersitate, possit se eximere, aliquo modo.

De Satisdatione, et Officio Gubernatoris Pignorum.

Cap. cc. xx.

Gvbernator Pignorum, qui per Tempora erit, teneatur per se, vel Personam summissam, in vno Libro, quem habere teneatur, scribere Pignora, quæ consignata fuerint, statìm, quandò præsentantur, scribendo etiàm qualitates, & quantitates ipsorum Pignorũ, & Nomina, & Cognomina eorum, ad quorum Instantiam derobata fuerint, & quibus derobata fuerint, & per quem, vel quos cõsignata fuerint, sub pœna ipsi Gubernatori contrafacienti, seù prædicta non seruanti, pro qualibet vice, Librarum viginti quinque Imperialium, applicanda pro Medietate Cõmuni

Mediolani,& pro altera Derobato.

Et etiam teneatur de ipsis Rebus derobatis, dare Scriptum, subscriptum manu eius propria, prout nota facta erit in Libro, vt suprà, tàm Derobanti, siue ei, ad cuius Instantiā sit facta Derobatio, quàm Derobato, si ab eo requisitū fuerit.

Et hoc, sine aliqua Præstatione pecuniæ, sub dicta pęna, applicanda, vt supra, quam pęnam incurrat singulariter referendo, Ipso Iure, pro qualibet vice.

Et adhibeatur Fides ipsi Scripto in præiudicium ipsius Gubernatoris Pignorum, & teneatur ipse Gubernator ad Petitionem cuiuslibet, cuius intersit, ipsum Librum exibere, & ostendere in Iudicio, & extrà, toties, quotiès requisitum fuerit, sub eadem pęna, & prout suprà.

Et etiam teneatur ille Gubernator, satisdare ad Cameram Communis Mediolani, vel in manibus Notarij Referendarij Domini, & Communis Mediolani, de Libris duabus millibus Imperialium, cum bonis Fideiussoribus, approbādis, prout approbantur alij Fideiussores Datiorum, de saluando, & custodiendo, ac bonam Rationē reddendo de Pignoribus ipsis, & curando, ne ipsa Pignora deuastentur, & etiam, de restituendo ipsa Pignora, prout sibi mandatū fuerit per Iudicem, de cuius Mandato facta fuerit Derobatio.

Et quilibet Gubernator aliorum Locorum, de Ducatu Mediolani, satisdet de Libris mille Imperialium, prout suprà, debitè referendo.

Et, ꝙ nullus Gubernator Pignorum se intromittat de dicto Officio, per se, nec summissam Personam, nec de exigendo aliquid, occasione dicti Datij, nisi prius præstita dicta Satisdatione, prout suprà.

Et hoc, sub dicta pęna, quam incurrat, Ipso Iure, & Facto.

Et de hoc possit inquiri, procedi, & exequi summarie, de Facto, etiam per Detentionem Personæ, & omnibus alijs Iuris remedijs.

Et casu, quo, non restituat Pignora, stetur Sacramēto Derobati de vera Scientia, vel de Credulitate alterius, cui debēt relaxari de valore Rei robatę, nō obstāte alia Aestimatione.
Et Gubernator Pignorum, teneatur ad omnia, pro Excercentibus pro eo.

De Libro Gubernatoris Pignorum consignando, et de Pignoribus per eum consignandis Successori suo.

Cap. cc. xxj.

CAMERARIVS seu Gubernator Pignorum in fine sui Officij teneatur consignare Librum suum in Forma Libri Mastri, & benè ordinati, ad Officium Gubernatoris Statutorum Communis Mediolani, sub pęna Ducatorum cētum auri, quam incurrat, Ipso facto, applicandorum Communi Mediolani.
Et nihilominùs teneatur consignare ipsum Librum in fine dicti Officij sui, sinè alia Interpellatione, infrà duos Dies immediatè sequentes, pòst finem dicti Officij sui.
Et similitèr teneatur consignare Pignora Successori suo, quæ penès eum, in fine dicti sui Officij erunt, infrà similem Terminum, & sub dicta pęna, & proùt suprà, quæ Consignatio fiat de ipsis Pignoribus, talia, qualia erunt.
Et nihilominus teneatur consignare, vt suprà, & de tali Consignatione fiat Noticia in Scriptis Officio Gubernatoris Statutorum, vt suprà, per Consignantem, & per eum, cui fiet dicta Consignatio, sub prædicta pęna, quam soluere teneatur, infrà Mensem immediatè sequentem.
Alias procedatur cōtrà eum de Furto, Et quod ipse Gubernator Statutorum aliquid accipere non possit pro prædictis, nec aliquo prædictorū, & teneatur ostendere dictum Librum volentibus eum videre, sinè aliqua Solutione, vt suprà.

De Remvneratione Gvbernatoris Pignorvm.

Cap.cc.xxij.

NON liceat alicui Gubernatori Pignorum, nec illud Officium Gerenti per se, nec summissam personam petere, nec recipere pro omnibus suis Brigis, Gubernatione, & Remunerationibus vltrà Soldos duos Imperialium, pro quolibet Pignore, non excedente valorem Librarum sexdecim Imperialium.

A valore autèm Librarum sexdecim suprà, non possit accipere, pro quolibet Pignore, nisi Soldos quatuor Imperialium, & hoc sub pęna ipsi Gubernatori Soldorum quinque Imperialium, pro quolibet Imperiali eius, quod plus acceperit, vel receperit, vltrà dictam quantitatem ei taxatam.

Et teneatur Gubernator, pro omnibus Gerētibus illud Officium, & de quo pluri recepto credatur Sacramento eius, cuius Pignus fuerit, vel qui dederit, vsquè ad Soldos viginti Imperialium eius, quod Iurauerit datum, quam pœnam per quemlibet Iusdicētem compellatur de Facto, Soluere, etiam sinè aliqua Scriptura, cuius pęnæ Medietas sit Notificantis, & alia Communis Mediolani.

Et intelligantur vnum Pignus totum id, quod fuerit robatum vni Personæ, vel pluribus, ex eadem Caussa, etiam si Bestiæ fuerint.

Qvod nihil detvr Servitori, nec Aliis, pro Consignatvra alicvivs Bestiae.

Cap.cc.xxiij.

De solutione faciēda Hospitibus, vel Depositarijs pro Custodia, & Pastura Bestiarum, Vide in Nouis, Cap.197. SI ALIQVIS, folio, 62, à tergo, in fin.

HOSPITES, vel Tabernarij, & pro eis se Exercentes in Hospitio, vel Taberna, Tenentes, & Recipientes Bestias robatas, contestatas, vel in Depositum Positas, non possint, nec debeant alicui Seruitori, nec alijs, qui cōsignabunt

ipsis Hospitibus, & vt suprà, aliquam Bestiam robatam, contestatam, & vt suprà dare aliquam Remunerationem pro ipsa Consignatura.

Et, si aliquid dederint, non reddatur eis Hospitibus, & vt suprà, per Dominum illius Bestiæ, nec per Derobatum, nec aliam Personam.

Et vltrà, ille talis Hospes, & vt suprà, cogi possit per quemlibet Iusdicentem, de facto, soluere Communi Mediolani Soldos viginti Imperialium, pro qualibet Bestia, de qua contrafecerit.

Nec etiam possint super ipsis Bestijs, nec alijs Pignoribus mortuis, dare aliquem Cibum, nec Potum, nec etiam aliquid aliud in pecunia, nec alia Re mutuare, nec aliter.

Et, si contrafecerint, nulla eis competat Actio, nec Retentio super ipsis Pignoribus.

DE SVMMARIA RATIONE FACIENDA CONTRA GVBERNATOREM PIGNORVM.

CAP. cc. xxiiij.

CONTRA Gubernatorem Pignorum Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, fiat per quemlibet Iusdicentem Ius summarium, & expeditum, etiam extrà Ordinem, & de plano, sinè strepitu, & figura Iudicij, Facti veritate inspecta.

Et cogatur, etiam per Detentionem Personæ, ad Exhibitionem Librorum suorum, & Pignorum, & ad bonam Rationem reddendum, & reliqua restituendum, de omnibus, quæ tangunt ad suum Officium.

Et hoc possit expediri, Officio Iudicis, & sinè Libello, durante Officio suo, & finito.

QVOD ANIMALIA ROBATA RESTITVANTVR, SI FIET DEPOSITVM DE AESTIMATIONE ANIMALIS.

CAP.cc.xxv.

SI quis robari fecerit aliquod Animal, teneatur ille, ad cuius Petitionem Robatio facta fuerit, restitui facere Animal robatum, si robatus Depositum fecerit penès idoneam Personam, eligendam per Iudicem, de Aestimatione Animalis robati, seu de Re æquiualenti, alias robata, vel Aestimata.

Et Aestimatio fiat per Personam electam per Iudicem.

Et prædicta locum habeant, nisi dictum Animal fuerit venditum pòst Denunciationem legitimè factam.

Idem intelligatur, si aliquod Animal sit detentum, eo, quia dicatur in Commissum cecidisse.

DE POENA VETANTIVM SERVITORI, VOLENTI FACERE EXEQVVTIONEM.

CAP.cc.xxvj.

NVLLVS debeat claudere Ianuam, nec Hostium habitationis suæ, nec alterius, nec alitèr prohibere, nec impedire quin fiant, & expediantur Pignorationes, & alia, quæ Seruitor in Mandatis habuerit.

De Impedientibus, vel impedire Facientibus Exequutiones Criminales, vel Ciuiles, & eorum pœna, Vide etiám, quę Dicuntur in Const. sub tit°. de pœn. Diuers. Crimin. §. PROHIBITVM EST, folio. 78. á tergo in fin.

Et ille, contrà quem fieri debuerit Exequutio, si contrafecerit, puniatur, Arbitrio Iudicis, inspecta qualitate Facti, & Personarum.

Et credatur de hoc Seruitori, cum vno teste fide digno de Vicinis Contratæ, in qua fieret Exequutio, si fieret in Ciuitate.

Si verò in Ducatu, Testis sit Sacerdos, vel Consul, vel alius Homo Bonę Condictionis, Habitator Terræ, in qua fiet Exequutio, vel Cassinæ, seu de Loco proximo illius Terrę, vel Cassinæ.

Eodem modo, puniatur ille, contrà quem fieri vult Exequutio, si inuenta fuerit Ianua clausa, vel Hostium, & per Seruitorem petatur debere aperiri, si non aperiatur, De qua Requisitione per Seruitorem facta, stetur Dicto eius Seruitoris, cum vno Teste idoneo, vt suprà.

Saluò, ꝗ in prædictis Casibus, & quolibet eorum, si Reus cum Actore fuerit in Concordia, infrà decem Dies, à Die Citationis, de prædictis, non procedatur.

Possit tamèn Iudex ad Requisitionem Actoris, elapsa ipsa Die, concedere aliud Præceptum Exequutiuum amouēdi, & frangendi quęlibet Obstacula, vt Exequutio fieri possit.

De poena Auferentis Rem robatam, contrà voluntatem Servitoris.

Cap. ccxxvij.

SI quis Rem legitimè robatam, seu Pignoratam, de Facto abstulerit, contrà voluntatem Seruitoris, vel Deferentis, condemnetur in Libris decem Imperialium, & plùs, arbitrio Iudicis, inspecta qualitate Rerum ablatarum, & personarum, applicandis, pro medietate Communi Mediolani, & pro altera Parti.

Et nihilominùs, teneatur Auferens ad Consignationem Rerum ablatarum, Et ad prædicta omnia, compelli possit realitèr, & Personalitèr per Iusdicentem, de cuius Mandato concessa fuerit Exequutio. Et auferens, & ille, qui pignoratus fuerit, si præsens fuerit dictæ Ablationi, vel aliquis de Familia eius, & quilibet alius Contrafaciens, vt suprà.

Et credatur Seruitori cum Vno Teste idoneo.

Eodem modo, puniatur ille, qui non legitimè Sequestratam, vel in custodiam positam abstulerit, vel exportauerit, sinè Iudicis licentia, vel illius, ad cuius Instantiam factum fuerit Sequestrum, & vt suprà.

Et de hoc credatur illi, penès quem, Res fuerit sequestrata, vel, vt suprà, cum Sacramento, & vno Teste idoneo.

Et nihilominus, ille, qui exportauerit, vel, vt suprà, teneatur conseruare indemnem quemlibet, qui, ea occasione, Damnum sustinuerit.

De eodem, pro Capto ablato, de manu Seruitoris, vel Famulorum.

Cap. cc. xxviij.

SI quis de manu Seruitoris, vel Famulorum, per vim abstulerit Captum, seu Detentum legitimè, pro Debito priuato, vel Contumacia priuata, condemnetur in Libris viginti-quinque Imperialium, & plùs, & minùs Arbitrio Iudicis, de cuius Præcepto facta fuisset Captio, Quę pęna applicetur pro medietate Communi Mediolani, & altera Parti, ad cuius Instantiam esset facta Captio, vel Exequutio.

Et nihilominùs teneatur ille, qui abstulerit, vt suprà, ad consignandum ipsum, infrà Mensem vnum, ex quo requisitum fuerit, aut ad soluendum, pro ipso, illud, pro quo detinebatur, & esset Debitor, si de Debito constet, quæ expediantur Officio Iudicis, & sinè strepitu, & figura Iudicij.

Rubrica Generalis de Robationibus, Contestationibus, Sequestris, Captionibus, Denunciationibus, et Alienationibus Pignorum.

De Subitis Contestationibus, & Sequestris, Vide suprà. Cap. 111. QVOLIBET DIE, fo. 19. à tergo.

Quòd de quolibet Sequestro Mittatur Copia, &c. Vide suprà. Capite. 213. SI CONTINGAT, fol. 72, à tergo.

De Depositis, Sequestrationibus, et Contestationibus.

Cap. cc. xxix.

PEnes Communia, Consules, seu Officiales Burgorum

Locorum, & Terrarum Ducatus Mediolani, vel aliquod eorum, Præcepto Iusdicentis, non possit, ipsis inuitis, fieri Sequestratio, Cõtestatio, nec Depositũ, nisi Persona, contrà quam petitur Sequestrum, Depositum, seu Contestatio fieri, sit suspecta, & in alijs Casibus cõcessis à Iure Cõmuni. Et suspecta Persona QVO AD HOC intelligatur si Persona sit bannita, vel talis, contrà quam data esset, Loco Banni, Possessio Tędialis, aut, si de Debito constet per Instrumentum, cõtinens Pacta Exequutiua, vel aliter constet per publicam Scripturam, etiam non continentem Pacta exequutiua, vel, q Debitor Sententia, Pręceptis, vel Arbitriis, vel Arbitramentis, sit conuictus, quibus Casibus, & quolibet eorum, Communia, Consules, & Officiales, possint cõpelli ad suscipiendum ea Deposita, Sequestrationes, & Cõtestationes. Ita tamèn, q circà modum satisdandi, & relaxãdi, seu reuocandi, seruentur disposita in præsentibus Statutis, & maximè in Statuto incipiente.

De Auxilio Dãdo ad Exequutiones, & cęt. Vide suprà, Capite. 206. SI QVIS, fol. 69. à terg.

Quòd Nobiles solùm pro Nobilibus teneantur pro Sequestris, Vide suprà. Capite. 218. IN OMNIBVS, fol. 73. à tergo, in fin.

Quòd nõ concedatur Relaxetur de Rebus Sequestratis, nisi Cõstet de Credito, habetur in Nouiss. cap. 200. AD TOLLENDVM, fol. 64. à fronte, in princ.

QVOLIBET DIE, FERIATO, ET NON FERIATO, posito sub Rubrica speciali, de Subitis Contestationibus, & Sequestris, & illis Casibus, quibus Sequestra, Deposita, & Contestationes, fieri conceduntur, fiant, & fieri possint de omnibus Rebus mobilibus, q̃ alias specialiter nõ sunt prohibitę, & de Fructibus pendentibus, si sint maturi, vel propè Maturationẽ per Dies quindecim, vel circa, Et, si alitèr factum fuerit, nullius sit valoris, & momenti.

Quod est suprà. d. cap. 111, fol. 39. à tergo.

DE SEQVESTRATIONE, QVAE POTEST FIERI AD PETITIONEM DOMINI DE FRVCTIBVS PENDENTIBVS.

CAP. CC. XXX.

AD Petitionem Locatoris, Partiarii, vel Fictabilis ad Denarios, aut ad aliud Fictum, Dantis, seu Hęredum suorum in præiudicium eius Massarii, Coloni, Pensionantis,

Fictabilis, & Inqlini, & in præiudiciũ Creditoris, seu Creditorum ipsius Massarij, & vt suprà, possit fieri Depositum, & Sequestratio de Fructibus pendentibus in Re locata. Et prædicta fieri possint cum Banno, & sinè Banno.

QVOD PRO DEBITO, VEL OCCASIONE FICTABILIS, MASSARII, COLONI, INQVILINI, PENSIONANTIS, ET EMPHITEOTAE, NON POSSIT FIERI EXEQVVTIO, CONTRA DOMINVM, NEC IN EIVS PRAEIVDICIVM.

CAP. CC.XXXI.

De Colono debitore non recipiendo, si Denunciatum fuerit, Vide in Nouiss. capite. 379. NVLLVS COLONVS, fol. 129. à fron. in prin. Quòd Nominans Dominum in Iudicio, Denunciet Nominato, Vide supra. Ca. 69. SI QVIS, fol. 25. à tergo.

PRO Debito aut Banno, vel Contumacia alicuius, Fictabilis, Massarij, Coloni, Inquilini, Pensionantis, vel Emphiteotæ, non possit, nec debeat fieri aliqua Exequutio in Proprietate, nec super Proprietate, vel in Iure Domini illius Fundi, seù Prędii, vel Iuris, per quod talis Dominus priuetur, nec priuatus sit, nec esse intelligatur, aliqua sua Possessione, vel Iure, quã, vel quod Dictus Dominus antè talẽ Exequutionem habebat, etiam, si cõtrà ipsum, Fictabilẽ, Massarium, Colonum, Inquilinum, Pensionantem, vel Emphiteotam, reperiretur latam esse Sententiam, vel Processus foret factus, vel fieret, nulla facta legitima Denuncia. Et, si contrafiat, non valeat, nec teneat quantùm est in Damnum, nec Pręiudicium, nec Priuationem Possessionis talis Domini.

DE LICITIS, ET CONCESSIS EXEQVVTIONIBVS, QVAE FIERI POSSINT AD PETITIONEM DOMINI CONTRA EIVS MASSARIVM, ET CAETERA.

CAP. CC.XXXIJ.

Vide suprà Statutum, Quod pro Debito priuato, Nemo capiat. Cap. 167. PRO DEBITO, fol. 56. à fronte.

LICITVM cuilibet sit, qui dederit aliquam Possessioné,

Quòd Domini possint Fructus in Fundo diuidere, Vide in Nouiss. cap. 383. DOMINI, folio. 132. à fronte.

De Familiaribus, Qui possunt cogi pro Debito Massarij, Partiarij, vel Fictabilis, Vide in Nouiss. Capite. 380. QVILIBET MASCVLVS, fol. 131. à fronte.

Quòd Dominus præferatur alijs Creditoribus, & in certis Casibus. Vide in Nouiss. Capite. 390. DOMINVS, fol. 133. à fronte, in fin.

vel prædium rusticum, scilicet, situatum extrà Redefossa Mediolani, ad Massaricium, vel per viam Medietatis, vel Tertij, vel alterius Quotæ Partis, vel ad Fictum, vel eius Nuncio, Procuratori, vel Hæredi, sua propria authoritate, etiam sine Præcepto, & authoritate Iudicis, & sine alio Processu, capere, robare, & recipere, & etiã quoscũq; Fructus, & Redditus, qui ex Re locata exierint nec non quascunq; Res mobiles, seu, semouentes, etiam Bestias aratorias, Plaustra, & alia Vtensilia, apta ad Laboreria Terrę, quas, vel quæ habeat, & teneat, vel possideat Massarius, siue Partiarius, vel Conductor, vt suprà, pro quocũque Debito, quod Dominus, seù Locator, ab ipso Massario, vel Fictabile, vel aliquo, de eius Familia, maiore annis quatuordecim, habere debuerit, occasione Fructuum, & Reddituum sibi debitorum.

Item, pro Blado dato pro Semine, & pro comedendo per Massarios, & Familias eorum, & Denarijs datis pro Manegijs, Palis, & Rachis, seu Scarionibus.

Itẽ pro Denarijs datis pro Sapatoribus, vel Laboratoribus.

Pro Feno, Pro Stramine, Pro Grassa, & Pensione Sediminis, seu Domus, Locati, vel locatę, & pro alijs Datis, occasione Massaricij, non obstante Statuto incipiente. NVLLAE BESTIAE ARATORIAE, PLAVSTRA, ARATRA, & cætera, nec contentis in eo, nec aliquo alio Statuto, nec Iure, nec Ordine, in cõtrarium loquente, Saluò Iure tertiæ Personę, quæ probet de Dominio, vel Socido.

De Adiutorio Massaricij, Vide in Nouiss Ca. 407. SI QVIS, fol. 135. à fr°. Istud Statutum est sub cap. 251. fol. 85. à fron. Quid si Duceret victualia ad Ciuitatem. Vide in Nouissimis Cap. 177. QVAELIBET PERSONA, folio. 56. à tergo.

Et in prædictis Rebus mobilibus, vel se mouentibus, & vt suprà, quas habuerit, vel tenuerit, vel posséderit Massarius, vel Fictabilis, vel alius, eius nomine, vel aliquis alius, eius nomine, vel aliquis de eius Familia, Masculus maior annis quatuordecim, Dominus ille, seù Locator, vt suprà, præferatur alijs Creditoribus, etiam tempore, Prioribus, vel quocunque Priuilegio priuilegiatis, cum

hypotheca, vel sinè, de quo Debito stetur proprio Sacramento Locatoris, vel eius Hæredum aduersus Conductorem, & quemlibet de eius Familia, ac quemlibet alium Tertium, vsquè ad quantitatem Librarum quinquaginta Imperialium.

Nec audiatur Massarius, vel Conductor, nec alius Tertius, nec aliquis Masculus de eius Familia, maior, vt suprà, si aliquam Accusam, Denunciationem, Notificationem, vel Querelam, de prædictis, vel aliquo prædictorum, detulerit. Sed penitùs, per Iudicem reijciatur. & Processus indè sequutus, Ipso Iure, nullius sit valoris, & momenti.

Circà hoc, Vide in Nouissimis Cap. 205. DECLARATVR. 205. ITEM PRO DECLARATIONE, fol. 67. à fron. circà Medium, vbi.

Statuitur, quod Facultas Iurandi contrà Fictabiles, non habeat locum, nisi contrà Fictabiles, qui sunt Rurales, Laborantes proprijs manibus, vel ad suas manus laborari faciunt. Et illos de familia sua, in Reliquis, dictũ Statutũ firmum remaneat.

De Pignoribus derobatis, quae stare debent penès Gubernatorem Pignorum.

De Termino probandi cõtrà Exequutiones aut impetrata Sequestra, Vide in Nouiss. Capite. 201. STATVITVR, folio. 64. à fronte.

CAP. cc. xxxiij.

PIGNORA derobata, debeant stare per quindecim Dies penès Depositarium, seu Gubernatorem, vel illum, penès quem reposita fuerint, & si in ipso tempore, nullus legitimus Contradictor, vel Defensor comparuerit, tùnc de Præcepto illius Iudicis, relaxentur ei, qui fecit Pignorari.

Quid si compareret, vide suprà, cap. 214. SI FIAT, fo. 72. à tergo.

Saluò, tamèn Derobato, & vtriq; Parti, omni alio suo Iure.

Saluò, etiam, quod interim dictus Gubernator, seu Depositarius, teneatur, & debeat, ea relaxare, seu reddere, si fuerit de Præcepto Iudicis, vel ex Conuentione Partium.

Quod Relaxetur registretur in Actis Iudicis à quo concessum fuerit, absquè alia Solutione, pro ipsa Positione in Actis.

Et ità Notarius in Subſcriptione ſua, talis Relaxetur, ponat, quòd eſt in Actis, ſub pęna ipſi Notario Librarum decem Imperialium, pro qualibet vice, applicanda, Ipſo Iure, Communi Mediolani, pro medietate, & pro altera medietate, Parti derobatę.

De Pignoribus robatis, describendis coràm Iudice.

Cap. cc. xxxiiij.

Quilibet, qui robauerit, vel robari, ſeu Pignorari fecerit Aliquē, vel fieri fecerit aliquod Depoſitum, aliqua occaſione, teneatur, & debeat, infrà tres Dies, ſi fuerit in Ciuitate, vel Suburbijs Mediolani, & infrà quinq; Dies, ſi Exequutio facta fuerit in Ducatu Mediolani, facere deſcribi coràm Iudice, de cuius Pręcepto facta fuerit Exequutio, Bona derobata, vel Pignora ſingulariter, quantitates, & qualitates, & Aeſtimationes eorum, clarè deſignando, & in Relatione facienda per Seruitorem, teneatur ipſe Seruitor Bona derobata, vel depoſita, vt ſupra, declarare.

Et, ſi ille, ad cuius Inſtantiam facta fuerit talis Exequutio, prædicta non obſeruauerit, teneatur, & debeat, ea talia Bona derobata, vel, vt ſuprà, ſeu eorum Aeſtimationem, vel valorem, reſtituere Moleſtato, vel cui iuſſerit Iuſdicens, de cuius Mandato facta fuerit Derobatio, vel, vt ſuprà, & cum pęna Librarum decem Imperialium, & maiori, vel minori, Arbitrio Iuſdicentis, inſpecta qualitate Facti, & Perſonarum, applicãda Communi Mediolani pro medietate, & pro altera Moleſtato, quæ pęna poſſit exigi, abſquè alia Condemnatione.

Et etiam tùnc adhibeatur fides Moleſtato, cum Sacramēto, & vno Teſte idoneo, vel cum alijs Indicijs, arbitrio Iuſdicētis de ipſis Rebus derobatis, vel depoſitis, vt ſuprà, & de quantitate, & valore, ſiue Aeſtimatione dictorū Bonorum.

Ista Deſcriptio Pignorum Hodiè debet fieri, reſpectu eorum, quæ Exequuta fuerint in Ciuitate, Intrà vnam Diem, & Reſpectu Exequutorum, Intrà tres Dies, ità habetur in Conſt. ſub d. tit. de Exequut. & fam. Iuſdic. §. EXEQVVTORES, fol. 57. à fronte, in fin.

De pęna Officialis nō exhibentis Pignora, Vide infrà, Capite. 246. SI QVIS SERVITOR, fol. 83. à terg.

De Pignoribus, vel Depoſitis Derobatis exhibendis, Vide infrà, cap. 245. PIGNORA, fol. 83. à fronte.

De Pręceptis Exequutionis, Vide ſuprà, ca. 174. ITEM STATVITVR, fol. 59. à tergo.

De Relationibus faciendis, Vide ſuprà, cap. 205. QVILIBET SERVITOR, fol. 69. à frō.

Seruitor

Seruitor verò,qui prædicta non obſeruauerit,condemnetur in Libris decem Imperialium,applicandis, vt ſuprà, & ponatur Seruitor cum Collo ad Cathenam Palacij Magni Broleti Communis Mediolani, vbi ſtet per vnam Diem, quas Libras decem Imperialium, ſi infra quindecim Dies non ſoluerit,amputentur ei Auriculæ.

Et nunquàm abinde, in anteà poſſit exercere Officium Seruitoriæ, & credatur Moleſtato, vt ſuprà,de qualitate, & quãtitate Bonorum derobatorum, vel depoſitorum, & eorum valore.

Et de prædictis,& quolibet prædictorum, quilibet Exercens Iuriſdictionem, poſſit, & debeat inquirere, procedere, & condemnare,ac exequi,ex Officio,& Summariè.

Et ad euitandum pęnas huiuſmodi Statuti, quò ad illum, ad cuius Petitionem facta fuerit Exequutio, ſufficiat, ſi ipſe Creditor, vel eius Nuncius,aut Seruitor, vel aliquis eorũ, infrà prędicta tẽpora,faceret ſcribi prędicta Pignora, vt ſuprà, alitèr Pignora relaxẽtur, ſiuè vlla expenſa, Moleſtato.

DE RELATIONE,ET DESCRIPTIONE SEQVESTRORVM, INFRÀ TEMPVS FACIENDA. CAP. CC. XXXV.

De Subitis Conteſtat. & Sequeſtris, Statutum eſt ſuprà,Cap. 111, QVOLIBET DIE,fol. 39. à tergo.
Vide etiam ad hoc Statutum,ſuprà. Capite. 2. QVOD QVILIBET, vs. DEBEATQVE, fol. 2. à tergo.
Vide etiàm ſuprà Statutũ de Relationibus faciendis, & Intrà, quę Tẽpora, ſub ca. 205. QVILIBET, fol. 69. à fronte.

RELATIONES Sequeſtrorum, Fiant infrà Tempora limitata in præſentibus Statutis, & niſi factæ fuerint, non valeat Sequeſtrum.

Saluò,q, ſi ille, ad cuius Inſtantiam factum fuerit Sequeſtrũ, fecerit eam ſcribi, infrà Tempora, vt ſuprà, valeat, quò ad ſui Commodum, non autèm ad euitandum pęnam Seruitoris.

QVOD PRAECEPTA EXEQVVTIVA NON DVRENT, ELAPSIS TRIGINTA DIEBVS. CAP. CC. XXXVI.

PRAETEXTV alicuius Præcepti Exequutiui non

Vide Statutum de Precepis Exequutoris, suprà Capite. 174. ITEM STATVITVR, folio. 59. à Tergo.

debeat fieri aliqualis Exequutio, elapsis triginta Diebus, à Die Cōcessionis illius Precepti, sub pena Seruitori, Librarum decē Imperialium, applicanda, Ipso Iure, & Facto, pro medietate, Communi Mediolani, & pro altera, Molestato. Et ea, quæ fient contrà prædicta non valeant, & vltrà prædicta, ipse Seruitor teneatur Expensas RESTITVERE Damnum Passo.

QVOD PRAETERITIS SEX MENSIBVS, NON POSSIT POSTVLARI DEBERE EXHIBERI PRAECEPTVM SERVITORIS.

CAP. cc. xxxvij.

Vide suprà, de Relationibus, Capi. 202. QVILIBET SERVITOR, fol. 69. à fron.

QVOD elapsis Mensibus sex, postquàm Seruitor retulerit fecisse Ambasiatam, siuè Exequutionem, siuè ea, quæ Seruitor habuerit in Mandatis, NON POSSIT POSTVLARI debere exhiberi Præceptum, cuius occasione fecit Ambasiatam, aut Exequutionem.

Sed intelligatur eius Relatio rata, & firma, perindè, ac si Præceptum appareat, non obstante, quòd illud Præceptum non appareat, Saluò, si in dicto Termino fuerit petitum, & non exhibitum, quod, eo casu, possit peti, donèc exhibitum fuerit.

QVOD QVILIBET POSSIT SCRIBERE CERTA VERBA IN PRAECEPTO SERVITORIS.

CAP. cc. xxxviij.

IN Precepto possit scribi per Quēlibet ANNVS, MENSIS, & DIES, & NOMEN SERVTORIS, & RESERVATIONES, quæ fient, seù fieri contingent, Nec propterea vicietur, nec incurrat quis penam aliquam, etiam, si sit de diuersis manibus.

HOC INTELLECTO, quòd talia Verba, quę possunt scribi,

vt suprà. postquàm scripta fuerint, non possint cancellari, nec glossari.

QVOD RELAXATVS À CARCERE, INTVITV PIETATIS, VLTERIVS NON POSSIT CAPI.

CAP.cc.xxxix.

SI quis Relaxatus fuerit à Carceribus, intuitu Pietatis, non possit, ipsa occasione, vlterius capi, & pro Condemnatione facta, quæ deberet peruenire in Commune Mediolani, in Toto, vel in Parte, & pro Debito publico, pro quibus, vel altero eorum fuerit Captus, & Relaxatus, vt suprà, NON POSSIT VLTERIVS molestari per Commune, sed dicta Condemnatio, & Debitum, quæ debebant peruenire in Commune, CANCELLETVR, & Ipso Iure, pro cancellatis habeantur, de Libris, in quibus scripta forent.

Vide suprà, q̃ pro Debitō Priuato Nemo personaliter capiat̃ nisi in certis Casibus, ca. 167. PRO DEBITO, fol. 56. à fronte, in fin.

QVOD CAPTI, VEL IMPEDITI PRO ALIO, CONSERVENTVR INDEMNES.

CAP.cc.xl.

QVILIBET, qui stetit, vel stabit Captus, vel Robatus, seu Coactus pro aliquo Cōmuni, Vniuersitate, vel singulari Persona ad Instantiam Communis Mediolani, vel Ducalis Cameræ, vel alicuius Habentis Datum à Communi Mediolani, vel à præfata Camera, vel ad Instantiam alicuius Officialis ipsius Communis, vel Cameræ, possit omne, & totum id, quod ipsum soluisse, vel rationabilitèr expēdisse reperiatur pro eo Communi, Vniuersitate, vel singulari Persona, consequi, & exigere, proùt poterat Commune, vel Ducalis Camera, vel vt supra.

Et, q̃ talem habeat Actionem, & Exequutionem, quam, & proùt habebat Commune, vel Camera, pro Creditis suis. Et hoc, quatenùs petierit infrà Annum.

Quòd Impediti extrà, Iurisd. conseruentur Indemnes, Vide in Nouis. cap. 441. SI QVIS, fo. 147. à fronte.
Quòd Scolares, & Certi Alii non impediantur, Vide in Nouis. Cap. 68. QVILIBET, fo. 22. à fronte.
Vide etiàm, Capite. 92. QVILIBET, fol. 31. à Tergo.
De ll o, qui Damnum senstit pro Repræsalijs cōcessis, Ang. 2a. 216. col. pe.

QVOD RELAXATI A CARCERIBVS NON POSSINT IPSO DIE CAPI.

CAP.cc.xLj.

ALIQVIS, qui pro eo, quod Captio de eo facta non tenebat, vel alia occasione, a Carceribus relaxetur, nõ possit pro aliquo Debito publico, nec priuato, capi Personalitèr, ipso Die.

QVOD DETENTI PRO DEBITO PVBLICO NON POSSINT CONTESTARI.

CAP.cc.xLij.

ALIQVIS, qui pro Debito publico detineatur, nõ possit pro alio Debito contestari, & si contrafieret, non valeat. Idem quandò Detentio indebitè facta fuit, siuè pro Debito publico, siuè priuato.

DE IIS, QVI NON POSSVNT CAPI, RATIONE AETATIS.

CAP.cc.xLiij.

Quòd pro pauca Sũma, nõ possit fieri Captio, Vide in Nouis, Capite. 67. NVLLVS, fo. 54. à t°. Ductores victualium detineri non possunt. Capi. 177. QVAELIBET, fol. 56 a ter. in Nouis. Vide suprà Stat. Quod pro Debito priuato nemo capiatur, nisi in certis Casibus. sub. Ca 167. PRO DEBITO, fol. 56. à fronte, in fin. De etate legitima, Vide infrà, Cap. 452. QVILIBET, fo 153. à fron.

MINORES annis decemocto, Maiores Annis sexaginta, nec Mulieres bonę famæ, detineri non possint, nec capi pro aliquo Debito publico, nec priuato.

Et hoc Statutum præcisè seruetur, nisi reperiatur specialis Derogatio de ipso Statuto. Quod non habeat locum, vbi per præsentia Statuta, aliter reperiatur dispositum, vel per Decreta Ducalia.

DE DENARIIS DECEMOCTO IMPERIALIVM DANDIS IN DIE PAVPERIBVS CARCERATIS.

CAP.cc.xLiiij.

De Iis, qui petere non possũt istos Denarios decemocto, Vide in Nouis, sub Cap. 379. NVLLVS COLONVS, fol. 129. à fronte. ys. Idẽ per omnia, folio, 130 à fronte.

SI quis capi fecerit, aut captum tenere voluerit Aliquem, pro aliquo Debito, etiam, si sit pro Maleficio, & Fideiussoria, si ille Captus non habet de suo proprio, vndè possit se

pascere,& alere in Carceribus, teneatur eum relaxare, aut ei dare pro eius Pastura, Denarios decemocto Imperialium, pro quolibet Die, quo ipsum tenere voluerit in Carceribus, vel probare, ꝙ habeat, vndè possit se pascere, & alere in Carceribus.

Ias.in.l. si victum in primo not. ff. de Re iud. Fel. in.c.ex Rescripto ad fin. de Iur. Iur. c°. p°. col. pen.in fin.d lib.obl.Boer. Decis.j 25.col. secunda.

Et, Ipso Iure, intelligatur esse probatum, ꝙ habeat vndè se alere possit, nisi renunciauerit Bonis, in manibus Creditoris, vel Creditorum, vel Notarij, suo nomine stipulantis, & Renunciatio, aliter facta, etiam Iuramento vallata, non valeat, Ipso Iure.

DE PIGNORIBVS, VEL DEPOSITIS DEROBATIS EXHIBENDIS.

CAP.CC.XLV.

PIGNORA derobata, vel deposita ad voluntatem Iudicis, etiam non dato Libello, exhibeantur, aùt tradantur, si extant, & possibilis sit Exhibitio, & Traditio, aliàs satisdare compellatur de Precio, seù valore eorum vero, & iusto exhibendo, vel compensando, prout Iudex declarauerit, non obstante aliqua alia Aestimatione facta per Seruitorem, vel Gubernatorem, vbi Petens Exhibitionem velit probare, & probet de maiori valore, quàm fuerit facta Aestimatio de exhibendo, & compensando, prout Iudex declarauerit.

Et ad prædicta compellantur etiàm per Detentionem Personæ, non obstante, ꝙ ille, ad cuius Petitionem facta fuerit Pignoratio, seu derobatio dicat se non esse suppositum, aùt, ꝙ dicatur Pignoratum esse Bannitum, vel Contumacem.

Et, si tali Allegatione se defendere voluerit Debens exhibere, seu tradere, ipso facto, sit Exemptus, & pro Exempto habeatur, ipso facto, & Iure, à Protectione, & Defensione Communis Mediolani, & Regiminis Mediolani, & Iudex teneatur ipsam Exhibitionem fieri facere, ac etiam facere

dare Expensas, quæ fierent pro eo, ꝙ non exhiberentur, vel non satisdaretur, vt supra.

Et de impossibilitate Debentis exhibere, seù tradere ipsa Pignora, vel Deposita, stetur Sacramento Debentis exhibere, seù tradere ipsa Pignora.

Et per hoc Statutum non intelligatur esse derogatum in aliquo, Statuto loquenti de Gubernatione Pignorum, quod incipit, GVBERNATOR, & cętera.

De Pignoribus Describendis, Vide supra. Ca. 134. QVILIBET, fol. 80. à tergo.

DE POENA SERVITORIS, VEL OFFICIALIS NON EXHIBENTIS PIGNORA, VEL DEPOSITA.

CAP. cc. xLvj.

SI quis Seruitor, vel alius Officialis Pignorauerit, vel barratauerit Pignora, per cũ robata, vel pro Deposito accepta, vel sic fecerit, quominus exhiberi possint, vel sic etiam fecerit, ꝙ eius occasione, non exhibeantur talia Pignora robata, vel deposita, teneatur ipse Seruitor, vel alius, vt suprà, vel eius Fideiussor, vel ille, ad cuius Petitionem ibit ad Pignorandum, etiam quilibet eorum In Solidum ad Preciũ, seù valorem ipsorum Pignorum robatorum, seu Depositorum, Ipso, ad cuius Petitionem ibit, vt suprà, Regressum habente contrà Seruitorem, & Fideiussorem.

Et intelligatur, quoad hoc, esse Pignorata, seu Baratata, si non exhibeantur, vt suprà, infrà Terminum, seu Terminos statuendum, vel statuendos à Iudice, cuius Præcepto robata fuerint, vel Deposita, aut donec exhibita fuerint, vel obtemperatum, prout debebit.

Vide in Nouiss. cap. 250. Vers. ITEM PRO DECLARATIONE, folio. 67. à fronte. vbi Statuitur. Quòd hæc verba, VEL ILLE, AD CVIVS PETITIONEM, IBIT AD PIGNORANDVM, ET QVILIBET EORVM IN SOLIDVM, posita in hoc Statuto. Intelligantur, quò ad Ipsum, Qui fecit derobare, quãdò Pignora non fuissent descripta secundùm formã Statuti positi sub dicta Rubrica Generali, Et sub Rubrica speciali de Pignoribus describendis coram Iudice. Quod incipit. Quilibet, Qui robauerit.
Vel quando Ille, ad cuius Petitionem facta fuisset Robaria, vel eius Nuncius non notificasset coràm Iudice Robariam fuisse factam.

QVOD PIGNORA ROBATA, NON POSSINT PETI, ELAPSIS DVOBVS ANNIS.

Qualitèr Res Robatę debent vendi, Vide suprà. Cap. 166. SI PLVRES, fol. 56. á fronte.

CAP. cc. xLvij.

ELAPSIS duobus annis, ex quo Pignora fuerint robata, vel pro Deposito accepta, non possint peti ipsa Pignora, nec deposita Seruitori, nec illi, ad cuius Petitionem fuerint derobata, ipso, vel idonea Persona, pro eo computante, seù computare parato Precium, seù valorem eorum in Sortem, aùt restituere parato valorem ipsorum, aùt Iurante, ꝙ ea reddidit, vel in Sortem computauit, vel Satisfactionem fecit.

DE DENVNCIATIONE PIGNORVM VIVORVM, ET MORTVORVM, ET QVALITER ALIENARI POSSINT.

CAP. cc. xLviij.

DENVNCIATIONES Pignorum viuorum durent decem Diebus continuis. Denunciationes verò aliarum Rerum mobilium, quę seruando saluari possint, durent triginta Diebus continuis, & Denunciationes Victualium, & Rerum, quæ saluari non possint, vltrà decem Dies, fiat Licentia alicuius Iusdicentis, & duret prout per Iusdicentem impositum fuerit Denuncianti, vel Notario, aùt Seruitori. Quibus Terminis elapsis, & non alitèr, referendo singula singulis, licitum sit Denuncianti, seù ad cuius Instantiam facta fuerit Denunciatio, vendere, seù alienare, Rem denunciatam, bona fide.

In Denunciatione Immobilium, habes Tex. in. l. si. C. de Iur. Dom. Impetr. Bart. in. l. pen. ff. de Distract. pign. & glo ord. in. §. è contrà autem. In ver. Certus Inst. Quibus alien. lic. vel non, facit Tex. in. l. si conuenerit, ff. de Pignor. act.

Et posteà suo Sacramento stetur, q. Bona Fide, sinè Fraude vendidit, siuè alienauit.
Et de Precio illius Rei, Bonam rationem faciat, seu reddat Denunciatio, &c. si quid superhabundauerit, vltrà Sortem, deductis Expensis legitimis, Debitori restituat.
Et possit fieri Denunciatio, siuè sit pro mutuo, siuè quacunq; alia de Caussa.

De Denunciatione Animalis Pignorati.

Cap. cc. xlix.

SI quis Pignorari fecerit alicui suo Debitori Equum, vel aliud Animal, facta Denũciatione, possit illud vendere, preteritis decem Diebus illius Denunciationis, si non defendatur.
Et Precium dicti Animalis, compensetur in Debito, deductis Expensis legitimis.

De eodem, quod teneatur vendere, elapso Termino Denunciationis.

Cap. cc. l.

SI quis denunciauerit alicui Equum, vel aliud Animal, teneatur, elapso Termino Dierum decem illius Denunciationis, ipsum Equum, vel Animal alienare, quod, si non fecerit Debitor, non teneatur ad Expensas illius Animalis, quæ fierent post tempus illius Denunciationis.
Et Creditor teneatur, post Relaxationem sibi factam, infrà Dies quinq;, denunciare, vt suprà.
Alioquin, Debitor non teneatur sibi ad Expensas.

RVBRICA GENERALIS. IN QVOS, ET QVAS RES, ET PERSONAS FIERI PROHIBENTVR EXEQVVTIONES.

De Bestiis Aratoriis, et Vtensilibus ad laborandvm Terras, non robandis. Cap. cc.Lj.

NVLLAE Bestiæ Rusticorum, nec Aratra, Plaustra, Sape, Badilia, nec alia Vtensilia ad laborãdum Terras, possint, nec debeant robari, nec Sequestrari, pro aliquo Debito publico, nec priuato, nec etiam Præcepto alicuius Iusdicentis, nec Viribus Pactorum, nec etiam pro aliquo Datio, nec Gabella, etiam ex forma alicuius Datij.

Intelligatur tantummòdò de Aratoriis, vt in Nouiss. Ca. 165. DECLARATVR, sub tit°. De claratio Statuti. folio. 60. à fronte.

Et, si contrafactum fuerit puniatur Creditor in Libris decem Imperialiũ. & Seruitor in Libris vigintiquinq; Imperialiũ, quas, si ipse Seruitor, infra Dies quindecim non soluerit, fustigetur, etiã, si Rector, Officialis, vel Stipẽdiarius, vel Soldatarius pro aliquo Onere, vel Debito Cõis contrafecerit, condẽnetur in Libris vigintiquinq; Imperialiũ, ꝑ quolibet.

Videantur ad hoc Statutũ Cõst. sub tit. de Exequut. & Fam. Iusdic. §. CVM EXEQVVTIONES, fol. 56. à tergo, vbi Idem Disponitur, Saluò in pœna, quæ maior imponitur.

Et possit impunè offendi, in Aere, & in Persona, excepto Homicidio. Et eidem resisti possit, non obstante, ꝙ sit Officialis, seu dicat se Officialem.

Et nihilominus, Officio Iudicis, incontinẽti, restituantur derobata, vel sequestrata, vt suprà, expensis Derobantis.

Moderat. in. l. vt vim. ff. de Inst. & Iur.

Et in quolibet Præcepto robandi, vel contestandi, ponantur verba, quæ in effectu contineant, ꝙ non robentur, nec contestentur prohibita per Statuta Communis Mediolani.

Ad hanc Partem, Vide Const. sub Allegato proximè tit°. §. fin. in fin.

Et hoc, sub pęna Iudici Librarum vigintiquinq; Imperialiũ, & totidem Notario, qui subscripserit Præceptum, quarum omnium, Suprascriptarum pęnarum, Medietas, Communis sit Mediolani, & altera Damnum passi.

Et nihilominus Damnum Passus conseruetur Indemnis per

ipsos Iudicem,& Notarium,& vtrunq; eorum In Solidum.
Et de hoc possint Syndicari,etiàm durante Officio,& finito.
Et de prædictis,Dominus Potestas,& eius Iudices,& quilibet Iusdicens,teneantur inquirere,per Officium,si sibi denunciatum fuerit.

Secùs de Iure Communi glo. Et Bart. In. l. Exequutores. C. Quæ Res pign. oblig.
Et pro hoc, Vide suprà, cap.232.LICITVM SIT,fol.79.à fronte, in fin.

Et prædicta,non habeant locum in eo,qui Bestiam,vel Rem aliquam,ex prædictis,sponte,dedisset,vel cuius esset,nec in Domino illius Rei,seù Bestiæ,nec in eo, qui esset, Dominus,seù Locator illius Personæ,videlicet,pro eo Debito, seù Caussa,de quo,seù de qua teneretur per Instrumentum, vel Ratione Reddituum,vel Massaricij,vel quià velit Bestias,vel Res illas vendicare,vel si esset Mercator, vel Cõductor Bestiarum,qui pecuniam recepisset, vt operaretur in Negociatione,seù Emptione Bestiarum, Quibus Casibus,& quolibet eorum possit fieri Exequutio,& experiri,& quocunq; tempore,etiàm priuilegiato,si Bestię datę essent, occasione Socedi,vel Societatis illarum Bestiarum,nec,eo casu,quo ipsa Bona essent publicata.

QVOD APTA AD VSVM MOLENDINI,NEC NON VTENSILIA AD VSVM MACINANDI, NON IMPEDIANTVR.

CAP.cc.LII.

Ità etiàm Circà hoc Disponitur per Const.sub.d. proximè tit.&.§.CVM EXEQVVTIONES,fol.56. à tergo.

NON possint impediri,detineri,robari,nec molestari Res aptæ ad vsum Molendini,nec Vtensilia ad vsum macinandi,pro aliquo Debito publico,nec priuato, etiàm pro speciali Debito,seu Ficto Molenarij.
Saluò,q; occasione Bladi dati ad Macinandum, non redditi, & etiàm Saluò, q; pro Debito, quod haberet Molenarius cum Domino Molendini,possint robari,& vt suprà.
Et,si in aliquo prędictorum fuerit contrafactum,non valeat, & Contrafaciens cadat in pęnis contentis, in proximè præcedenti Statuto,applicandis,etiàm,vt in eo continetur.

De Libris, Chartis, et Scriptvris non robandis.

Cap. cc. Liij.

LIBRI Ecclesiarum, Iuris Canonici, Ciuilis, Rationum, vel alterius Maneriei, aut Chartę, seu Scripturæ, nullo modo Pignorentur, nec robentur, prætextu Debiti, nec Contumaciæ, siue Præceptum sit robandi de Bonis, siue viribus Pactorum, sub pęna Seruitori, & Familię, Librarum viginti quinque Imperialium, pro quolibet eorum, applicandis, pro medietate Cōmuni Mli, & pro altera medietate Derobato.

Videantur ad hoc Const. sub dictis proxime tit. & §. ac fol. Vbi idem ferè disponitur sub pęna, &c.

Et, si contingat aliquo modo, sub inuolucro, vel alio modo, ea Pignorari, vel in Possessionem alicuius Sediminis, in quo sint, intrari, non dentur ei, ad cuius Petitionem, facta fuerit Pignoratio, seu Derobatio, sed Iudici consignentur, si requisitum fuerit, seù, vbi iusserit, vel in loco tuto, & sub Sigillo, & Descriptione dentur.

Quæ non habeant locum, si Iussu Iudicis missum fuerit specialiter.

Et prædicta, non habent locum in Mercatoribus, nec Venditoribus Librorum, nec aliarum Rerum, vt suprà contentarum.

Qvod Vestes mvliebres, et certa alia, non robentvr.

Cap. cc. Liiij.

VESTES Muliebres, non possint robari, sequestrari, nec in Depositum poni, pro aliquo Debito publico, nec priuato, nec etiam Occasione Pensionis Domus.

Ad hoc vide Const. sub sępedicto proxime tit. §. CVM EXEQVVTIONES, fol. 56. à terg. & §. NON ETIAM, fol. 57. à fronte. Vbi ferè idē disponitur.

Saluò, vt infra, iurante Muliere, vel idonea persona, pro ea, quòd sint ad proprium vsum sui Corporis.

Idemquè de Lecto fulto ad vsum proprium Mulieris, vel promiscuum vsum ipsius, & Mariti, vel ipsius, & Liberorum siuè Dotale, siuè non Dotale sit.

Idem de Capsonis, & aliis Rebus Dotalibus, aut Spōsalicijs, seu etiam Parafrenalibus.
Saluo, quod prædicta, non habeant locum pro proprio Debito Mulieris, occasione Pensionis Domus, quam Mulier conduxisset, nec pro Debito Alimentorum.

QVOD TEGVLAE, CVPI, TORCVLARIA, LIGNAMINA AFFIXA PIOLAE NON ROBENTVR, NEC SEQVESTRENTVR.

CAP. CC. LV.

NON possint robari, nec sequestrari Cupi, qui sint in Tectis, aut præparati ad ponendum in Tectis, nec Torcularia, nec Instrumenta, siuè Vtensilia ad vsum Torcularis, nec Lignamina affixa Domibus.
Et, si contrafieret, non valeat.
Idemque de Piolis, ac Antis, & Ferratis existētibus in Opere.

DE BONIS CIVIVM MEDIOLANI NON ROBANDIS PRO DEBITO ALICVIVS COMMVNIS, NEC ALTERIVS PERSONAE.

CAP. CC. LVj.

NVLLVS Iusdicēs in Ciuitate, vel Districtu Mediolani, vel Officialis, vel alius quicunque sit, possit, nec debeat robare, vel auferre aliquas Bestias, Res, nec Bona alicuius Ciuis Mlī, pro aliquo Debito alicuius Burgi, Loci, Cassinæ, nec Molēdini, pro aliqua singulari Persona Ducatus Mlī.
Et, si contrafactum fuerit, prædicte Bestiæ, Res, & Bona, in continenti, summariè, & sinè strepitu, & figura Iudicij, & sinè aliquibus Expensis, reddantur, & restituantur illi, cuius forent, seù à quo ablata essent.
Et insupèr, Contrafaciens componat Communi Mediolani,

qualibet vice, Libras quinquaginta Imperialium, ad quas soluendas, compellantur per quemlibet Iusdicentem in Ciuitate, & Ducatu Mediolani, absq; aliqua Cōdemnatione, cuius pęnæ medietas, sit Accusatoris, & alia Cōmunis M̄li.

QVOD CARCERATIS REDDATVR IVS QVOLIBET TEMPORE.

CAP. cc. Lvij.

CARCERATIS reddatur Ius super Relaxatione, vel Detētione eorū, quolibet Tēpore, etiā Feriato, nō obstāte aliqua Lege Ciuili, vel Municipali in contrarium loquēte.

Canon. in c. fi. de Ferijs, Ius. in l. 1. §. 1. & in l. penult. ff. eo.

QVOD COMMITTATVR CAVSSA CONSILIO SAPIENTIS DE RELAXATIONE CAPTORVM.

CAP. cc. Lviij.

QVILIBET Iusdicens, teneatur, & debeat ad Petitionem cuiuslibet Captiui, vel eius Procuratoris, postquàm ei petitū fuerit, vel ei denunciatum per Captiuuum, vel eius Procuratorem, quatenùs committat Alicui de Collegio Iudicum Mediolani, vtrùm ille Captus, sit relaxandus, nec nè ipsam Cōmissionem facere, non obstantibus aliquibus Exceptionibus, vel Allegationibus illius, vel illorū, qui fecerint ipsum detineri, nec alterius Personę, nisi sit Detentus, occasione alicuius Maleficij, ex quo, pęna sanguinis ingeratur, in quo Casu, non teneatur dare Sapientem.

Et Procuratori Captiui, non possit opponi, q; non sit Releuatus ab Onere satisdandi, eo Procuratore petente, seu dicente talem Captiuum debere relaxari.

DE CONTESTATIONE NOTIFICANDA.

CAP. cc. Lix.

SI contingat aliquem Captiuum contestari pro aliquo

Detenti pro Debito publico non possunt pro Alio Debito contestari, Ità Statuitur suprà, Cap. 242. ALIQVIS, folio 82. à tergo.

aliquo Debito publico, vel priuato, etiàm pro Datio, eidem notificetur, Die Contestationis, vel sequenti, aliter non noceat ei Contestatio, nec Prætextu dictæ Cōtestationis, possit retineri in Carceribus, vllo modo.

Et Custos ipsius Captiui, pro tali Sequestro quicquàm accipere non possit, sub pęna Librarum quadraginta Imperialium, applicāda pro medietate Communi Mediolani, & altera illi, ad cuius Petitionem facta fuerit Sequestratio.

Vide Additiones factas ad Statutum de his, Qui non possunt capi, ratione Aetatis. Quod est suprà Capite. 241. MINORES, fol. 82. à tergo, Quia Statutum ipsum cū dictis Additionibus, cadit ad propositum præsentis Statuti.

QVOD NVLLVS IMPEDIATVR CERTIS DIEBVS.

CAP. CC. LX.

ALIQVA Persona non possit, nec debeat capi, nec detineri, nec aliter molestari, modo aliquo, in Persona, nec Rebus, pro aliquo Debito publico, nec priuato, nec Concessione aliqua, in Broleto Communis Mediolani, in quo est Collegium Dominorum Iurisperitorum, nec in Broleto Ducali apud Castrum, aliquo tempore, nec etiam infrascriptis Diebus, in Ciuitate, nec Ducatu Mediolani, scilicet, in Diebus, & Temporibus descriptis in Statuto, posito sub Rubrica generali de Dilationibus, & Ferijs, & sub Rubrica speciali de Diebus Festiuis celebrandis, quod incipit. AD HOC, VT NVLLVM DVBIVM, & cætera.

Quod Statutum est sub cap. 110. fol. 37. in fin.

Nec etiàm in Diebus Mercati, scilicet, quibus fierent Mercata in Ducatu Mediolani in illis Locis, vbi fuerint Mercata, seù Nundinæ.

Nec etiàm eundo, stando, nec redeundo ad ipsa Mercata, seu ad ipsas Nundinas in Diebus Mercati.

Et, si contrafactum fuerit; Ipso Iure, nullius sit valoris, & momenti id, quod in contrarium fieret.

Et Contrafacientes cadant in pęnam Librarum vigintiquinque Imperialium, qualibet vice, & teneātur ad Refartionem Damnorum, & Expensarum.

Et prædicta non vendiceat locum in Bannitis de Maleficio.
Et quilibet possit accusare, & habeat medietatem Condemnationis, & altera Medietas sit Communis Mediolani.
Et quilibet Exercens Iurisdictionem, possit, & debeat, ac teneatur de prædictis inquirere, & condemnare.
Et, quod nullum Datum fiat, nec fieri possit contrà prædicta, nec aliquod prædictorum.
Et, si contrafactum fuerit, vel fiet non valeat, nec teneat.
Et omnis Captio in contrarium facta, Ipso Iure, sit nulla, sed statim Captus, à dictis Carceribus relaxetur, & in statum pristinum reducatur, omni exceptione remota, & sinè vlla prorsùs Expensa.

Adde etiam in Bânitis de Fideiussoria, vt habetur infrà. Capi. 413. AD PETITIONEM, fol. 140, à tergo, in fin.

De eodem.

Cap. cc. Lxj.

IDEM seruetur, & locum habeat in quocunque Casu, de quo, Captio, vel Contestatio, non tenet.
Et hoc Statutum sit præcisum, & firmum, aliquo, in contrarium disponente, non attento.
Et contenta in præsenti Statuto, non vendicent sibi locum in Casibus, in quibus reperiatur per Iura Municipalia specialitèr prouisum, nec ipso Dato, vel Datis, obstantibus.

Rvbrica generalis de fravdibvs removendis.

De Alienatione facta in Fravdem Creditoris.

Cap. cc. Lxij.

SI quis de cætero reperiatur in Possessione, seù quasi, seù tenuta Rei immobilis, seu Iuris, quam, seù quod vendiderit, seù alienauerit, pòst ipsam Venditionem, seù Alienationem, perindè possint Creditores eius, quos habebat antè

Bart. in l. Post Contractũ, ff. de Donat. & in l. sicùt, §. vbi superuacuum, vbi Scribẽtes. ff. Quib. mod. pign. vel Hypoth. Hoc tamèn limitatur non procedere quandò venditor perseueraret in Possessione, virtute Cõtractus præambuli, putà, Locatione, Lud. cons. 304. vt etiàm dicitur in hoc Statuto Paulo infrà.

dictam Venditionem, seù Alienationem, ipso existente in Possessione, seù quasi, seù Tenuta, Rem ipsam, seù Ius, & Fructus, & Prouentus, & alias Accessiones, persequi, cum effectu, tanquàm, si Alienatio, seù Venditio non esset facta Acquisitore Regressum habente, In hoc Casu contrà Datorem suum.

Et idem habeat locum, si venderetur, vel alienaretur Directum Dominium Rei, tantùm.

Et prædicta non habeant locum, vbi Vēditor, vel Alienator steterit extrà Possessionem, seù quasi, seù Tenutam, per Annos tres sequutos proximè, post ipsam Venditionem, seù Alienationem, vel etiam, vbi venditor, vel aliter Alienans post Venditionem, seu Alienationem reperiatur in Possessione, vel tenuta Bonorum Alienatorum, vt suprà, in toto, vel pro Parte, vigore alicuius Inuestituræ temporalis, vel Libellariæ per Emptorem, vel alium Acquirentem in Venditorem, vel Alienantem, factæ, vel quandò Alienans reperiatur in Possessione, vel Tenuta Rei alienatæ, vigore Vsufructus, vel Gaudimenti, vel Vsus, vel Habitationis, in ea Alienatione reseruati, vel reseruatæ.

Solemnitates in Emancipationibus obseruandę, ponũtur infrà, Cap. 364. NVLLVS MINOR, fol. 106. à fron. De Parte assignda Emãcipato, Vide in Nouiss. Ca. 485. SI PATER, fol. 157. à tergo. in fin. Emancipatus Adolescens potest habere quemlibet in Curatorem, etiam, q̃ Pater viuat, Bal. in. l. Amicissimos. §. Lucius dę excus. Tut.

DE EMANCIPATO, STANTE ÇVM ASCENDENTE.

CAP. CCLXIII.

QVANVIS, à suo Ascēdente Emancipatus est, vel fuit, vel erit, & stabit cũ suo Ascendēte, & aliquid sibi in partem datum, vel assignatum fuerit per Ascendentem, vel ab Ascēdente aliquid acquisiuerit, vel acquiret, vel alio modo in eum peruenerit, vel credidit, vel credet, stando, & habitãdo cum Ascendente suo, possint Creditores Ascendentis, præsentes, & futuri, cum Hypotheca, & sine Hypotheca, petere, & vendicare, consequi, & habere, & exigere, omnia ea, & in Possessionem postulare mitti, & Possessionem accipere,

accipere,& sibi facere Aestimari,à quocunq; detineantur, seu possideantur, vel quasi, etiam non obstante Contradictione Creditorum ipsius Descendentis Emancipati, eo tamen, qui Datum haberet de ipsis Rebus ab Emancipato Regressum habente de Euictione Rerum contra Emancipatum, nisi Res illę ex Successione, vel Legato, seu Iudicato aliundè, quàm ex paterna linea, in Emancipatum peruenissent.

DE EODEM.

CAP. CC. LXIIII.

IDEM obseruetur per omnia in Emancipato seorsùm à suo Ascendente, stante, si minor fuerit Annis viginti, si verò Emancipatus maior annis viginti habitauerit seorsùm ab Ascendente, quantum est in Bonis, quae sibi assignata fuerint per Ascendentem, & in Rebus, quas acquisiuerit, vel acquiret ab Ascendente, vel quae in eum peruenerint, aliquo Iure, vel Titulo, ex Rebus Ascendentis non alienatis per Ascendentem in alium, antè Debitum contractum, per ipsum Ascendentem, Possint Creditores Ascendentis cum Hypotheca, vel sinè Hypotheca, praecedente illam Assignationem, Acquisitionem, vel Peruentionem, cum effectu, petere, vendicare, consequi, habere, & exigere ea omnia, ac in Possessionem postulare mitti, & Possessionem accipere, & sibi facere Aestimari, tanquàm Bona, & Res dicti Ascendentis, non obstante ipsa Emãcipatione, Assignatione, Acquisitione, vel Peruentione, EO INTELLECTO, q; intelligatur Emancipatum, stare, & habitare cum suo Ascendente, nisi probatum fuerit contrarium.

Saluò, q; prędicta non habeant locum in Proprietate Feudorum, immò, si quis Feudum repudiauerit in fraudem Creditorum, Creditores eius, ad Fructus Feudi petendos, vel habendos, admittantur, donèc Debitor vixerit.

M

De Parte assignanda Filio Emãcipato, Vide in Nouis. cap. 485. SI PATER, folio. 157. à tergo, in fin.
Quid si Pater confiteatur in vtilitatem Filii Ipuri? Alex. cons. 18. lib. 3°.

De Contractu Ascendentis cum Descendente.

Cap. cc. Lxv.

SI quis à modò Alicui, de suis Descendentibus obligauerit se, vel sua, nullum prçiudicium fiat ei, cui ipse Ascendens est, vel erit obligatus, cum Hypotheca, vel sine, ante illam Obligationem, seu pòst illam Obligationem.

Et sempèr, ipse Creditor Ascendentis præferatur, licet Tempore, vel Priuilegio, vel sinè Hypotheca, Posterior inueniatur. Si verò, à modò contraxerit, vel contrahet cum aliquo, de suis Descendentibus in potestate constitutis, nullum fiat præiudicium ei, cui ipse Ascendens est, vel erit obligatus cum Hypotheca, vel sinè, ante illum Contractum, vel pòst.

Et semper ille Creditor Ascendentis possit consequi, & alia facere, vt in præcedenti Statuto proximo continetur, non obstante dicto Contractu.

De Iuris Cessionibus Descendentis contrà Ascendentem.

Cap. cc. Lxvj.

NVLLVS Descendens, aliquo Titulo, vel modo, Iura, & Actiones accipere præsumat contrà suum, Ascẽdentem, viuentem, de Debito sui Ascendentis, & si acceperit, nullum fiat præiudicium Creditoribus aliis, illius Ascendentis.

Et ipsa Cessio in distinctè sit nulla, & nulli fiat Præiudicium.

Excepto, si Descendens esset obligatus pro Ascendente, vel cum eo, quo Casu, Cessio valeat, si eam Cessionem Descendens acceperit de illo Debito, pro illo Instrumento, in quo reperiretur Descendens obligatus, pro Ascendente, vel cum eo, & non alitèr.

Et excepto casu, quo, staret seorsùm à Patre, maior annis viginti, & sibi Cederẽtur Iura, titulo onceroso, ad Defensionẽ

eorum,quę sibi data essent in partem, vel eorum,quę potest acquirere præter Prohibitionem præcedentium Statutorum,quæ Cessio valeat,& prosit,vsq; ad eam quantitatem, quam Cedens iurauerit se verè recepisse,& non vltrà.

DE RECOMMENDATIS,VEL OBLIGATIS, OCCASIONE VASSALITICI IN FRAUDEM.

CAP.CC.LXVII.

QVICVNQVE Iurisdictionis Mediolani, ab Annis quadraginta citrà,iurauerit, vel à modo iurabit Fidelitatem,vel recomendauit, vel recomendabit, se alicui Inferiori,à Principe,vel se, vel sua Bona obligabit, vel obligauit, ad aliquid dandum, vel faciendum, occasione Vassalitici, de Bonis suis in Fraudē alicuius assignauit, vel assignabit, occasione Vassalitici in Fraudem,sit & esse debeat auctoritate huius Statuti à prædictis omnibus absolutus, & omnis Contractus super hoc factus, vel qui in futurum fieret, sit cassus,& ille,qui recepit, vel recepisset, à modo prædictam Fidelitatem, & omnem Dationem, vel Obligationem pro Vassalitico,seu Assignatione, condemnetur in Libris centum Imperialium, Medietas cuius, sit Accusatoris, & alia Medietas Communis Mediolani.

DE DOTE POST BIENNIVM FACTA, QVOD NON PRAEIVDICET CREDITORIBVS.

CAP.CC.LXVIIJ.

SI quis à modo Vxorem duxerit,& ipse, vel eius Pater, vel Ascendens post duos Annos,à Tempore Traductionis,ad Domum Habitationis Mariti de Dote eius consultum, vel Confessionem de ea recepta,ei, vel alij,ea viuente, vel mortua,fecerit per Instrumentum, vel sinè, non præiudicet

De Rebus sponsalicijs,vel Parafrenalibus, vide infrà.Cap. 294. SI ALIQVA, fol. 99. à fronte. In Nouis, sub Cap. 501. LICET, fol. 163. à frōte, in fin. Hoc Statutum corrigitur. Quia ibi Statuitur, Quòd vbicunq; Dos Post hos Annos duos reperiatur facta cū Iuramento, pręstito per Constituen. ipsam Dotē, Quòd ipsa Dos non sit per malitiā, nec in fraudem Alicuius Creditoris futuri, nec Alterius, & q; talis Dos est vera, non autem ficta, nec simulata, & Rubricata fuerit ad Officium Statutorum prout requiritur, noceat Creditoribus futuris talis Constituentis Cum Hypotheca, & sinè, à Die ipsius Dotis in anteà.

Creditoribus viri, vel Ascendentis viri, quos haberet, vel habebit posteà, siuè cum Hypotheca, siuè sine Hypotheca, nec in præiudicium Creditorum recipiatur Probatio per Instrumenta facta, post ipsos duos Annos, sed dumtaxat per Instrumentum factum infrà illos duos Annos probare possit, & per Testes, etiam pòst illos Annos duos, fieri possit Probatio, de Reali Solutione, Traditione, aut Satisfactione ipsius Dotis, aut Consultus Facti, intrà ipsos duos Annos, pòst dictam Traductionem.

De Acquisitis per Fratres in Communi viuentes, Vide in Nouiss. Capite, 403, INTER, fo. 157. à fronte. Limitatur per D. Alciat, in Tract. præsumpt. In. 3, Reg. Præsumpt, 26.

QVOD ACQVISITA PER VXOREM MATREM, VEL AVIAM, ACQVISITA ESSE INTELLIGANTVR MARITO, FILIIS, ET NEPOTIBVS.

CAP. cc. lxix.

SI qua Mulier, constante Matrimonio Rem aliquam, vel Ius acquisiuerit, vel pecuniã Alicui, mutuò dederit, vel aliis crediderit, totum id, quod acquisiuerit, vel crediderit acquiratur Marito, nec prosit ei Mulieri Protestatio, seu Renunciatio in contrarium facta per Maritum, etiam quocunq; Iuramento vallata.

Et Creditores Mariti, & Soceri, cum quo Maritus staret, seu Viueret, vel alterius eorum, quos habet, vel habebit, cum Hypotheca, vel sinè, illud possint petere, & consequi, & accipere Possessionem, & sibi facere Aestimari, sicut alia Bona Mariti, Saluò Iure ipsis Creditoribus Potioritatis Iurium intèr ipsos, prouit eis de Iure competet, nisi in tantum, quantum est Dos sua, & nisi in tantum, quantum caperent Bona Parafrenalia, quorum restituendorum facultatem, non ostenderetur per Creditores prædictos, Maritum, vel Socerum habere, vel in tantũ, quantũ docuerit ipsa Mulier sibi obuenisse Successione, vel Legato, seu Iudicato mediatè, vel immediatè, vel ex Donatione facta corã Cõsulibus.

vel Cōsule, vel aliquo Iusdicente, pręstito Sacramēto, à Donatore in ipsa Donatione, ꝗ in Veritate de suo donat, & nō nō in fraudem, vel occasione Iuris proprij, vel Rei proprię quod, vel quā ipsa Mulier habuisset ante Matrimoniū cōtractuū cū ipso Marito, Debitore Creditorū prædictorum.

Saluò, ꝗ constante Matrimonio, vt suprà, Mulier non possit acquirere per viam Cessionis, proprio Vocabulo, sumptè titulo Donationis, aliqua Iura Obligationum, contrà Maritum, vel Socerum ipsius Mulieris in præiudicium Creditorum prædictorum Mariti, & Soceri.

DE EODEM.

CAP. CC. LXX.

IDEM in omnibus seruetur in Matre, stante, & habitante, seu viuente cum Filio, vel Filiis, mortuo Marito, vt ipsis Filijs acquiratur, & in Auia, stante, & habitante cum Nepote, vel Nepotibus, mortuo Marito, vt ipsis Nepotibus acquiratur modo supradicto, HOC INTELLECTO, ꝗ si habuerit filios, & Filias, ꝗ solùm acquiratur Filiis masculis, & si non haberet Masculos, ꝗ acquiratur Fęminis.

Et idem de Nepotibus, & Neptibus.

ET HOC ETIAM INTELLECTO, ꝗ si haberet plures Filios Masculos, vel Nepotes, vel deficientibus Masculis, plures Filias, vel Neptes, & steterit solum cum vno, vel vna, vt suprà, ꝗ omnibus acquiratur, vt suprà.

DE EODEM.

CAP. CC. LXXI.

ITEM, si contingat aliquam Mulierem Maritari, Relictis Liberis alicuius Prioris Matrimonij, non possit per aliquam Personam dari Dos Marito talis Mulieris, nec fieri Donatio, nec aliqua Translatio in ipsum Maritum, de eo, quod, aliquo Casu, peruenire posset in dictam Mulierem

Limitat Ias. ꝑs. 58. col. 2, lib. 3. Non procedere si Pater vellet de proprio Addere Doti filiæ, vel Alius vellet de Reb⁹ ꝓpriis dotare Mulierem.

secundùm Pactum infrà dictum, vel alitèr cum Pacto, vel modo, per quod, vel quem, possit aliquo modo fieri præiudicium Liberis prioris Matrimonij, quominùs ipsi Liberi habeant illam Partem de dictis, Dote, Donatione, & Translatione, quam haberent, si per Mulierem esset data Dos, dicto Marito, de prædictis.

QVOD NVLLVS BENEFICIO INVENTARII POSSIT ESSE HAERES.

CAP. cc. Lxxij.

NVLLVS, de cætero, Beneficio inuentarij possit esse Hęres, nec aliquam Hæreditatem capere, & si quis dubitauerit adire Hęreditatem alicuius, vel se immiscere, dentur ei Terminus, seu Termini, secundùm formam primi Statuti, positi sub Rubrica generali de Interrogationibus.

DE VASSALLO, QVI SE OBLIGAVERIT VEL CONTRAXERIT.

CA. cc. Lxxiij.

Et quomodò pro Dote, Curt. In Tract. Feud. in 4, par. in. 4. & 5. q. fo. 41. & Bal. in. c. p°. 5. Rursus ad fin. de Controuers. Inuest.

An Fructus Feudi possint obligari, Ias. in. l. fin. col. 24. de Iur. emph. & An in Solutum adiudicari? Alex. cs. 1 1. in. 5. Curt. In dicto Tract. in. 4. par. q. 6. Dec. In. c. Quæ in Ecclesiarum, col. pen. de Constit. vbi etiam Felin.

SI quis Vassallus cum aliquo contraxerit, vel contraher, vel alicui se obligauerit, vel obligabit, siuè Feudum, quod habuerit, refutauerit, vel non refutauerit, siuè ipse, vel aliquis eius Descendens, qui fuerit Hæres ipsius Vassalli, teneat, & tenuerit, & possideat, & possederit, quocunque modo, de Fructibus illius Feudi, satisfiat Creditoribus, siuè Descendens fuerit Hæres sui Ascendentis, siuè non.

Et Feudum, in fraudem Creditorum, modo aliquo, alienari non possit.

Et, si contrafieret, Ipso Iure, Cõtractus, vel Distractus nullius sit valoris, & momenti.

Et perindè Creditor agere possit, & petere, & vendicare, ac, si Contractus, siue Distractus non esset celebratus, Saluò, quod prædicta, Domino, vel Dominis Feudi, non præiudicent, si Feudum ad eos Dominos, modo legitimo, peruenerit,

Et, si Feudum posteà pro toto, vel pro Parte aliqua peruenerit ad Debitores, vel suos Descendentes, prædictum Statutum locum habeat, & teneat.

De Investitis ad Massaricium, vel Fictum, refutantibus.

Cap. cc. Lxxiiij.

QVICVNQVE Habens, vel Habiturus Terras, Domos, vel Decimas ad Massaricium, vel ad Fictum, eas refutauerit, in manibus Domini, vel Dominorum.

Et eius Descendentes, ab ipso Domino, vel Dominis, vel ab alijs eorũ nomine, de ipsis Rebus fuerint inuestiti, simplici Inuestitura, vel eis locatæ fuerint, non noceat Creditoribus Ascẽdentis, quos tũc habebat, vel posteà habebit, nec Cõmuni Mediolani, quò ad Banna, & alia Debita, & Onera exigẽda, si ille Ascendens, cũ suis Descendentibus, steterit, vel seorsùm steterit, & ipsas Res laborauerit, seù tenuerit, sed de Fructibus Rerũ, possit, & debeat ipsis Creditoribus, & Communi Mediolani satisfieri.

Idem per omnia seruetur, si Descendens alicuius deincèps fuerit de nouo Inuestitus de aliquo Massaricio, vel Domibus, vel Decimis, si Ascendens, cum eis steterit, vel laborauerit ipsas Terras, vt suprà.

Idem per omnia seruetur in Refutationibus, olim factis ab Ascendentibus alicuius, & Inuestituris, & Locationibus olim factis in Descendentes eorum Ascendentium.

Qvod Divisio facta inter Fratres, non praeivdicet Creditoribvs Prioribvs.

Cap. cc. Lxxv.

SI duo Fratres, vel plures, fecerint Diuisionem Bonorum suorum, vel Partis ipsorum, non faciat illa Diuisio

præiudicium Creditoribus alicuius eorum præcedentibus illam Diuisioné, quin Creditores possint infrà Annũ vnum pòst Diuisionem ipsam, ea Bona pro Indiuiso, pro contingenti Parte Debiti, vendicare, petere, & exigere, ac se in Possessioné mitti postulare, & sibi facere ęstimari Proprietatem, & Fructus eorum similitèr, etiam, si, Feudum sit sicut antè Diuisionem, poterant facere, Fratre Habente Regressum contrà Fratrem in prædictis omnibus Casibus. Idé seruetur in omnibus, & per omnia in Patruo, & Nepote.

De Alienatione facta in Fraudem Creditoris. Vide supra. Cap. 262. SI QVIS, fol. 68. à fron. De Donationibus rubricati. Vide in Nouis, cap. 71. QVIA SAEPE, fol. 23. à fronte, in fin. capituli, & Capite. 211. STATVITVR, fo. 69. a fron. & in Const. cap. NOTARII, §. IDEM, fol. 65. à f. ò. De solemnitatibus in Donationibus obseruandis, dicitur infra, Cap. 324. NVLLA, fo. 105. à t°.

DE DONATIONE FACTA IN FRAVDEM.

CAP. CC. LXXVI.

SI quis à modò, sub nomine vniuersali, Donationem fecerit omnium Bonorum suorum, vel Dimidiæ Bonorum suorum, vel alterius Partis, sub nomine Quotæ, quę vulgo dicitur Expoliatio, etiam si aliqua Bona essent specialitèr in Donatione nominata, non noceat illa Donatio Creditoribus, quos habet, vel habebit in Futurum, nisi lecta fuerit, tèr, videlicet, in tribus Cócionibus proximè factis, pòst Donationem, & ex tùnc dicta Donatio noceat Creditoribus, posteà contrahentibus cum dicto Donatore.

De pactis Creditorum ingredień. Vide supra, cap. 173. PACTA, fo. 59. à fronte.

QVOD CREDITOR, VIGORE PACTORVM EXEQVVTIVORVM, NON POSSIT VENDERE.

CAP. CC. LXXVII.

PACTA Creditorum quouismodo, seu Licentia, & Facultas vendendi, vel aliqualitèr alienandi, quæ, aut quas Creditores habét, vel habebunt, vel supèr aliquibus Bonis immobilibus, aut eorum Iuribus à modo non valeant, nec teneant, nec habeant aliquam roboris firmitatem, siue facta sint, vel fiant in Ciuitate, vel Ducatu aut Diœcesi Mediolanensi, siuè extrà, vbicunque.

Et, si qua Venditio, vel Alienatio aliquorum Bonorum immobilium, vel Iurium, vigore dictorum Pactorum, Licentiæ, vel facultatis, vel ex lege, modo fiat in Ciuitate, vel, vt supra, siuè alibi, vbicunq;, non intelligatur ex tali Venditione, vel Alienatione esse, nec sit translatum Dominium, nec Possessio, etiam Traditione sequuta, vel alio, quod alias loco Traditionis habetur, nisi ipsa Possessio tantum, vere, & Realiter esset penes Vendentem, vel Alienantem.

Quo tantùm Casu, Possessio transeat, vel transire possit. Insuper, nec de eis Ius reddatur, ac si talia Pacta Licentiæ, & Facultates, facta, aut apposita non fuissent, aut alias ex Lege, vendere, seù alienare, non licuisset.

Et hæc omnia, nisi in prȩiudicium expressè Consentientium, tempore talis Venditionis, seù Alienationis in ipsa Alienatione, vel postèa per publicum Instrumentum.

Et huic Statuto renunciari non possit, etiam per Sacramentum, vel Pactum, nec aliquo alio modo.

RVBRICA GENERALIS DE SVCCESSIONIBVS AB INTESTATO.

QVALITER MASCVLI DESCENDENTES PRAEFERANTVR FOEMINIS IN SVCCESSIONIBVS ASCENDENTIVM VTRIVSQVE SEXVS.

CAP. CC. LXXVIIJ.

IN Successionibus Ascendentium, ex linea Masculina, Decedentium ab Intestato, Masculi Descendentes, præferantur Fȩminis, natis ex eodē Matrimonio, & etiam Fȩminis, ex alio Matrimonio natis, & ab eis Fȩminis, tā ex primo, q̄ ex alio quolibet Matrimonio natis Descēdentibus, vt suprà, & etiā ex eis Fœminis natis, ex Descendente Masculo

Aduerte, q̄ ista Iura de Successionibus habēt tātummodò locum in Casibus futuris, vt dicitur infrà, cap. 304. IVRA, fol. 101. a fron.

An in Successionibus attendatur Statutum, Loci Bonorum? Anch. in. c. Canonū, Statuta, col. 52. vers. quarto Iustè.

In Feudalibus An habeat locum Statutū hoc? Vide Paris. cs. 12. in. 2. Dub. lib. p°. & fuit Iudicatum per Excellentissimum Senatū Mediolani in Causa Illorū del Carreto, de anno. 1536. de Mēse Iunii, & Rursus de anno. 1538. de mense Octobris.

De Ratione huius Statut. Vide Dec. cs. 227. col. 2. & Seq.

prę mortuo, antè Mortem eius Ascendentis, ex linea Masculina, de cuius Hæreditate tractari continget.

An Mascul⁹ possit in fraudem Creditorum renunciare huic Statuto, & admittere Fœminam? Alex. cs°. 210. col. fin. in. 2. dub. 1°. 2°. post Bal. in. l. Maximum vitiũ, Col. 4. in fin. de lib. prętent.

Teneantur tamẽn, eo casu, ipsi Masculi dotare temporalitèr, vel spiritualitèr decenter, secundùm qualitatem Personarum, & Vires Patrimonij ipsius Decedentis, eas Fœminas, ex linea Masculina Descendentes, exclusas, vt supra, infra Decimum octauum Annum suæ Aetatis completum ad minus, si dotatæ non fuerint.

Et interim, teneantur eas condecentèr alimentare.

Et, si prędictę Mulieres non fuerint dotatę infra tempus prędictum, vt suprà, admittãtur ad petendum, vsq; AD TERTIAM PARTEM ei⁹, quod habiturę essent de Iure Cõi, si decessisset Ascendens ab Intestato, ac si fuissent Hęredes à principio pro ipsa Tertia Parte, quã Tertiã Partẽ possint consequi, in, & supèr Bonis per dictũ Defunctum relictis.

Et eo in Casu, intelligantur fuisse, stetisse, & perseuerasse in possessione, & tenuta dictæ Tertiæ Partis, ac si à principio fuissent Hæredes, non obstante aliqua Alienatione, facta per dictos Masculos Excludentes.

Et Cridæ factæ de ipsis Bonis, non prę iudicent dictis Mulieribus, pro ipsa Tertia Parte.

Saluò tamèn, q, si prædictæ Mulieres infrà dictum tempus, non dotatæ, & vt suprà, elegerint potius Dotari condecentèr, q̃ dictam Tertiam Partem, vt suprà, consequi, id peragere possint, & ad id admittantur.

Quid si desierint esse dotatam, viuente Marito? Campeg. de Dote in p°. parte, q. 15. & Bal. Nouell. in eo, Tract. in. 6. parte in. 16. penul.

Et, si fuerint aliàs Dotatæ, & desierint esse Dotatæ proptèr Mortem Viri, q, debeant eas alimentare, & iterum dotare, si nubere voluerint, vel Religionem intrare, computato tamẽ eo, quod superfuerit, vel ipsę Mulieres cõsequutæ fuerint, ex prima Dote, & quã Dotẽ, facta Cõputatione, vt suprà, teneãtur prædicti Masculi dare, vel aliàs satisfacere ipsis Mulieribus infrà sex Menses, à Die Requisitionis factæ per ipsas Mulieres nubere volentes, vel Religionẽ intrare.

Et, si infrà dictos sex Menses non dotauerint, vel non satisfecerint pro Dote, vt supra, mittantur dictæ Mulieres in Possessionem tot Bonorum dotare Debentis, vel Debentium, pro summa dupli primæ Dotis, facta Computatione, vt suprà, in qua Possessione manuteneantur, donèc fuerit sibi integre satisfactum, vt supra, nec, eo Casu, Fructus computetur in Sortem.

Et, si earum Mariti deducti fuerint ad inopiam, Masculi eas Excludentes, vt suprà, & eorum Hæredes, teneantur eas alimentare, si aliundè non habeant vndè se alimentent.

DE EODEM.

CAP. CC. LXXIX.

IN successionibus verò Ascendentis, ex linea Fœminina, ab Intestato Decedentis Masculi, Descendentes eiusdem Matrimonij, præferantur Fęminis, ex eodem Matrimonio Descendentibus, & ab eis Fęminis Descendentibus, ac etiam Fęminis, natis ex Descēdente Masculo, ex eodem Matrimonio nato, præmortuo ante mortem eius Ascendentis, ex linea Fęminina, de cuius Hæreditate tractari continget.

Si verò Descendens ex linea Fęminina, & vt suprà, contigerit habere Descendentem, vel Descendentes ex alio, vel aliis Matrimonijs, quòd tùnc, & eo Casu, masculi alterius Matrimonij, seù aliorum Matrimoniorum, excludant Fęminas, natas ex eodemmet Matrimonio, & ab eis Fęminis Descendentes, & etiam Descēdentes ex Filio præmortuo, antè Ascendentem, ex dicta linea Fœminina, de cuius Hæreditate tractari continget.

HOC INTELLECTO, quòd in prædicta Successione Ascendētis, vel Ascendentiū, ex linea Fęminina, Fęminę exclusę per Masculos, faciāt Partē, per respectū ad Aliū, vel Alios, Descendētem, vel Descendentes, Masculum, vel Masculos, & Fęminas alterius Matrimonij, seù aliorū Matrimoniorum

Filia exclusa à Successione Patris, non tamèn excludit à successione Fratris Dec. cons. 71. col. pª.
Et An exclusa à successione, dicatur etiàm exclusa à Legitima? Alex. cons. 68. col. 2. ad fin. lib. 4. Curt. in cons. 10. col. 1. Socy. cons. 288. col. 14. lib. 2. vbi dicit cōem. Dec. cons. 299. col. 2. vers. est ergo. Ias. in auth. nouis. col. pen. C. de inoffic. Test. & an faciat Partem Filius in legitima? Dec. cons. 296. col. fin. Socin. cons. pº. col. 4. vers. Non omitto, lib. 2. vbi dicit, quòd in eis Cessat Ius sui tatis. Et An possint petere suplemētum legitimę? Dec. cons. 26. col. 3.
Quid si Filius posteà decedat, an Fęmina exclusa admittatur, Bal. in Auth. Sed, & si quis, col. 3. C. de secum, nup.
Vide etiā infrà, Cap. 256. SI CONTINGAT, fol. 95. à terg. in fi. Vide etiàm in Terminis huius Statuti, Paul. Cons. 57. lib. pº. In nouis. & lanssime Aret. cons. 143. col. pen.
Curt. cons. 5. per totum, & vide infrà cap. 298. MARITVS, vers. HOC INTELLECTO, fol. 99. à terg. in fi. sed quòd Monialis non faciat Partem, habes Statutum infrà, Capite, 284. ILLA PERSONA, fol. 95. à tergo.

ad commodum Masculi, vel Masculorum Excludentium.

Si verò contingat, ex vno Matrimonio, vel pluribus, superesse tantummodò Fœminam, vel Fœminas, ex Descendente ex linea Fœminina, Descendentem, vel Descendentes, & ex alio Matrimonio, vel ex alijs adesse Masculum, vel Masculos, Descendentes ex linea Fœminina, de cuius Hæreditate tractari continget, quod ipsa Fœmina, vel Fœminæ, suique Descendentes, ex earum Ascendentium persona, admittatur ad Successionem talis Ascēdentis, Decedentis ex linea Fœminina, cum alijs Descendentibus Masculis, alterius Matrimonij, seu aliorum Matrimoniorum, quemadmodùm, si fuisset Masculus, vel fuissent Masculi.

Quid in Bonis Maternis? Brun. in Tract. de Stat. Fœm. exclud. in. 8. articulo, in, 14. q. Et an Filius cōsequatur Hæreditatē maternam, Iure hæreditario, An ex lucro Statuti? Dec. cons°. 3 8 6. col. fin. & quod Hæreditas materna deferatur sicùt Prima. 5. Aliud quoque Capitulū in Auth. vt cū de Apell. cogn. & in Auth. In success. de suis, & legit.
Lat. Curt. cons°. 1 0. col. p°. Alex. cons. 8. col. pen. lib. 3.
An intelligatur etiam de legitimatis? Rom. cons. 8 7. n°. 5. vol. 3.

DE EODEM.

CAP. cc. LXXX.

IDEM, in omnibus, & per omnia, referendo singula singulis, & congrua congruis, seruetur, si talis Ascendens decesserit testatus, quod Masculi Descendentes, ex linea Masculina, semper, & in omni Casu præferantur Fœminis, natis, vt suprà, & ab eis Fœminis Descendentibus Masculis, & Fœminis, etiam gradu proximioribus.

Nec possint ipsæ Fœminæ, vel etiam Masculi, ex eis Fœminis Descendentes, existentibus Descendentibus Masculis, ex linea Masculina, aliquid aliud petere in Bonis talis Ascēdentis, vel Ascendentium, sic Decedentis, vel Decedentium, ex Testamento, nisi quatenus ipse Ascendens in suo Testamēto, vel vltima volūtate, eis relinquere voluerit, cum eis Fœminis, satis sit eas decentèr alimentari, & dotari, vt suprà.

Et intelligantur esse legitimè, & decenter dotatæ, quandò in vltima voluntate, ab Ascendente, fuerit certa quantitas eis relicta, vel aliud relictum, & per eas posteà habita, vel habitum, vel quòd per Debentes dare non steterit quominùs habuerint.

QVALITER FOEMINA, VIVENTE ASCENDENTE SVO DOTATA, INTELLIGATVR ESSE DOTATA.

CAP. CC. LXXXI.

SI Fœmina, viuente Ascendente suo Masculo, ex linea Masculina, est, vel fuerit tradita Matrimonio temporali, & fuerit dotata, aliter, quam de Bonis proprijs ipsius, Fęminę, vel, quam per extraneam Personam, Contemplatione ipsius Fęminę, & hoc constet, intelligatur fuisse idonee dotata, etiam respectu facultatum Bonorum Maternorum, seu etiam Auię, siue ipsa Ascendens tunc viuebat, siue non.

Idem, &, si Fęmina secundum Dispositionem ipsius sui Ascendentis in Vita, vel pòst Vitam eius Ascēdentis habuerit ea, quæ ab ipso suo Ascendente eidem fuerint Disposita nomine Dotis, seu Relicta nomine Dotis, vel prædicti Excludentes parati fuerint cum effectu dare.

Alia est Dos legalis, & alia Cōuentionalis, Paul. cons. 110. in. 3. dub.

Fęmina, folio. 95. an possit conqueri, quod Dos non sit sibi per Patrem Condecentèr taxata? Dec. cons. 180. col. pª. vers. circà primum, & in. 2. col. & Salic. in Auth. nouis. col. fin. vers. Sed scias. C. de inoffic. Testa. Paul. d. cons. 110, in. 2. & 7. Dub. Dec. cons. 26. col. 3. vbi etiam an possit petere supplemētum Legitimę? Ias. cons. 221. col. pen. libº. 2. post Card. cons. 60. col. 3. Latils. Soci. cons. 150. col. 8. & seq. libro primo.

QVALITER FRATER IN SVCCESSIONE PRAEFERATVR SORORI.

CAP. CC. LXXXII.

SI Soror dotata fuerit per Fratrem temporaliter, vel spiritualiter, idoneè, vt continetur suprà, in Statuto incipiente IN SVCCESSIONIBVS, tunc Frater præferatur Sorori in Successione cuiuscunque Ascendentis ab Intestato, vel ex Testamento, Decedentis, secundùm Formam dicti Statuti incipientis, IN SVCCESSIONIBVS.

An intelligatur tantùm in Bonis Dotantis? Alex. consº. 151. col. 1. in fin. L. 2. Ias. in. l. Quoties Nouella, in. 3. not. C. de Inoffic. Testa.

An intelligatur tā de Fratre Patruele, & vterino, quā de Germano, & Alijs, Ias. la. in. l. tres fratres, in. 2. col. in fin. Et seq. ff. de pac. & An Soror excludat vterinum, Vide cōsultū per tres doctores, in cons. 1. Socin. in pº. libro.

QVALITER MVLIER MARITATA, INTELLIGATVR ESSE DOTATA.

CAP. CC. LXXXIII.

SI contigerit de cætero Mulierem maritari, & steterit per decem Annos Maritata, quod super Dote non mouerit querimoniam, præsumatur esse dotata, quo ad hoc, vt tanquàm

Campeg. In Tract. Dot. in. 5. par. q. 77. Brun. in Stat. fęm. exclud. in. 6. articulo, in. 8. q. post. Alex. cons. 13. col. 3. 4. & 5. libro. 3.

dotata repellatur, à Successione Ascendentiũ, & non alitèr.

Quid in Successione ex Testo? Alex. ꝯs. 15. in. 4. Ias. ꝯs°. 221. col. 2. vrs. 3. lib. 2°. & Vidi seruari, ꝙ etiàm ꝓcedat ex Testamento.

Ad declarationẽ Iat. Dec. ꝯs. 114. col. fin. vrs. 3°. principalitèr. Et an comprehendat Clericos, & Canonicos? Curt. ꝯs. 61. & seq. & de Monialibus, latè Socin. ꝯs. 81. col. pen. lib. p°. Paul. ꝯs. 461. lib. 1. Sed pro hoc Statuto cõtrà Fratres Gratiarum iudicauit Magnific°. Alex. Vicecomes Senator anno. 1546. vel circà, latè Fel. in. c. Ecclesia sanctæ Mariæ, col. 33. vrs. 2°. Cõclusio de Cõst. Com. ꝯs°. 205. fin. lib. 4.

QVÒD ILLE, QVI REPVTATVR PRO MORTVO NON ADMITTATVR AD PARTEM IN SVCCESSIONIBVS, NEC FACIAT PARTEM.

CAP. cc. Lxxxiiij.

ILLA persona, quæ de Iure Communi, pro mortua ciuilitèr reputatur, in Successione non admittatur ad Partem, nec faciat Partem, & quò ad Successionem tàm eius, quàm alterius in omnibus, & per omnia habeatur, & reputetur, vt mortua, ac si naturalitèr, & verè esset mortua antequàm reputari possit pro mortua, vt suprà.

Et prædicta non habeant locum in illa persona, quæ ciuilitèr habetur pro mortua proptèr aliquod Delictum, vel, occasione alicuius Delicti.

Et hoc Statutum locum habeat in Casibus præsentibus, & futuris.

QVÒD MVLIER, QVAE INTRAVERIT RELIGIONEM PRAESVMATVR IDONEÈ ESSE DOTATA.

CAP. cc. Lxxxv.

An repellatur à suplemẽto Legitimæ? Socin. cons. 150. col. 16. lib. p°.

SI Mulier intrauerit, vel intrabit Religionem præsumatur antè Ingressum esse idoneè dotata, vt repellatur à Successione cuiuslibet sui Ascendentis.

DE MVLIERE EXCLVSA À SVCCESSIONE ASCENDENTIS PER MASCVLVM, QVALITER ITERVM ADMITTATVR.

CAP. cc. Lxxxvj.

SI contingat Masculum prælatum Feminæ in Successione

Ascendentium, vt suprà, decedere ab Intestato, sinè Descédente, & Ascendente Masculo legitimo, ex linea Masculina, & sinè Fratribus paternis legitimis, tunc illa Fœmina exclusa, si viuit, admittatur in Capita, ad Successionem Bonorum ipsius Decedentis, cum Fœmina, vel Fœminis Descendentibus ipsius Defuncti, qui exclusit, collatis Dotæ eius, quæ dotata fuerit, si dotata fuerit, & Protestatione Bonorum Parafrenalium, eius, in cuius Fauorem facta fuerit dicta Protestatio, si facta fuerit.

In Materia similis Statuti Dec. cons. 71. col. 1. & 2. & cons. 87. col. pª. in pº. dubio, & cons. 309. per totum, vbi Consuluit cõtrà opinionem Aret. in cons. 143. latè Marian. cons. 5. col. pª. lib. pº. Alex. Cons. 20. col. 4. vs. Nono. & col. pen. vs. non obstat sextum, lib. pº.

Et hoc, si Dos, vel Bona Parafrenalia, congruè referendo, data fuerint per Ascendentem, vel Excludétem, vel alium, seù alios, contemplatione Ascendentis, vel Excludentis.

Et hoc, vsquè ad concurrentem quantitatem tantùm Bonorum relictorum, per dictum Ascendentem, à cuius Successione exclusa fuit.

De Successionibus Fratrum, et Sororum ab Intestato Decedentium.

Cap. cc. Lxxxviij.

Si aliquis, de cætero decesserit ab Intestato, sinè Ascendéte paterno Masculo, & Descendente Masculo, vel Fœmina, & reliquerit Fratrem, vel Fratres, coniunctum, vel coniunctos, ex Parte Patris tantùm, vel Nepotem, vel Nepotes, natum, vel natos ex talibus Fratre, vel Fratribus, & reliquerit Fratrem, vel Fratres, coniunctum, vel coniunctos, ex Parte Patris, & Matris, vel Nepotem, vel Nepotes, natum, vel natos ex talibus, Fratre, vel Fratribus, quòd ità succedat, & succedant Frater, & Fratres, nati, ex Parte Patris tantùm, & Nepos, vel Nepotes, nati ex talibus Fratre, vel Fratribus, sicut Frater, vel Fratres, coniuncti ex Parte Patris, & Matris, & sicut Nepos, vel Nepotes, nati ex talibus Fratre, vel Fratribus.

Si autèm Cum Ascendente, Is Sororem excludit, vt in seq. Stat. in fin.

Rub. Cons. 145. n°. 6. Bel-era. Cons. 177. ad fin. lib. 3. late Socin. cons. 89. col. p°. lib. 4. Alex. 98. 168. col. 3. in fin. & seq. Lib. 7.

Et hoc in Bonis aliundè obuentis, quàm à Cōmuni Ascendē-te, ex linea Fœminina eorum, de quorū Successione agitur.

Idem seruetur, etiàm, si decesserit, relictis Ascendente paterno Masculo, & sinè Descendentibus Masculis, & Fœminis, & relictis dictis talibus Fratribus, & Nepotibus.

Idem per omnia intelligatur in Sororibus decedentibus ab Intestato, vt suprà.

Et in Sororibus peruenientibus ad Successionem Fratris, vel Sororis.

De eodem.

Cap. cc. lxxxviij.

An procedat è contrà? Socin. in Rubr. de Acquir. poss. vbi etiàm Ias.

DECEDENTE Fratre, ab Intestato, sinè Descendente Masculo, & Fœmina, & Ascendente Masculo ex linea Masculina, relictis Fratre, & Sorore, vel relictis Sorore, & Filio Masculo Fratris, q Frater, & etiā Filius Masculus Fratris, excludat Sororē Defuncti, in Successione talis Defuncti, Teneatur tamēn eam idoneè dotare, si non fuerit dotata, vel si desierit esse dotata temporalitèr, vel spiritualitèr.

Et saluò, q si fuerit Inops, q Frater, vel Fratres, Nepos, vel Nepotes, teneatur, & teneantur ipsam Sororem, vel Amitam ALIMENTARE secundùm vires Hæreditatis.

Quod est suprà cap. 278. fol. 93. a fronte,

Et, si contrafecerint, q admittatur ad Partem contentam in Statuto incipiente. IN SVCCESSIONIBVS ASCENDENTIVM, & cætera, & modo, & Forma, prout in dicto Statuto continetur.

Et, si dubium fuerit, an dotetur, vel alimentetur, congruè, & sufficientèr discutiatur, & terminetur Arbitrio Iusdicentis.

Et idem seruetur, si Frater decesserit sine Descendente, relicto Ascendente Masculo, ex linea Masculina, Fratre, & Sorore, vel Sorore, & Filio Masculo Fratris, vt Frater, & Ascendens Masculus ex linea Masculina, & Filius Fratris excludant Sororem.

Sed, si

Consultore, vt supra, debeant solicitè, & cum omni cura, & diligentia prouidere, quod omnes Stratę Ciuitatis, Suburbiorum, necnon omnes Stratę Mastræ, & Pontes Ducatus Mediolani benè, ordinatè, aptatæ & refectæ sint, & manutencantur, & qui se pręsentare habeant quotidiè, saltim die Iuridica ad Officium Stratarum, iusto cessante impedimēto, nec possit Iudex aliquid agere, aut Ordinare, sine consensu, & interuentu ipsorum Dominorum sex, vel maioris Partis eorum, & inter quos semper adsit doctor, vt supra.

Item eligatur Contrascriptor, qui non possit esse ex Dominis sex, ad dictum Officium, qui habeat in concernentibus dictum Officium Stratarum, & Pontium facere quaslibet expedientes, & necessarias scripturas, maximè in Visitationibus Stratarum Mastrarum, & tenere bonum Contum, ne Communia, indebitè condemnentur.

De Visitatione Stratarum facienda per Iudicem, et Socios.

Cap. cc. lxxij.

Teneatvr Iudex Stratarum bis in anno visitare Stratas Mastras, & Fagias, & Pontes super eis existentes, videlicet, de Mensibus Martij, Aprilis, Augusti, & Septembris, quibus temporibus, secum habeat Contrascriptorem, Notarium dicti Officij, Seruitorem, & vnum ex Dominis sex, eligendum per Alios ex dictis sex, vel per maiorem Partem eorum.

Aduertendo tamen in eligendo, ne eligatur ille, de illa porta, extra quam Visitationem fieri contingat.

Et, quod ipsi visitantes Fagias, & Pontes super Stratis prædictis, non recedant a loco cuiuslibet Fagiæ Visitatæ, donec cognitum, & ordinatum fuerit per ipsos omnes tres, in scriptis, an Fagiæ sint benè aptatæ, vel sint reaptandæ, vel

condemnandæ, singulariter referendo.
Et idem de Pontibus fit.
Et, quæ Ordinatio reducatur in scriptis per dictos tres, Iudicem, Contrascriptorem, & tunc Electum ex sex, ac ipsum Notarium, vt possit postea videri publicè.
Et perfectis omnibus Visitationibus, & dictis omnibus Ordinationibis, infra quindecim dies, tūc proximè futuros, teneantur Iudex, Contrascriptor, & Electus ex sex, conferre prædictas Ordinationes super dictis Stratis factas, cum alijs ex sex, semper interueniente Doctore, vt supra, & qui omnes, siue maior Pars eorum, prius Visis Relationibus, ordinent, & declarent, & condemnent, interueniente semper Doctore, prout eis Iuri videbitur conuenire.
Et, quæ Condemnationes, & Declarationes describantur super vnō Quaterneto per Notarium Officij Stratarum, & super vno alio Quaterneto per Contrascriptorem, & qui Quaterneti ambo, sint subscripti per Iudicem, Contrascriptorem, Dominos ex sex, qui interuenerint, Declarationibus, & per Notarium, antequàm fiant Condemnationes, & Declarationes ipsæ, & quorum Vnus, tunc detur Exactori, alter remaneat penes Notariū dicti Officij, & si contrafactū fuerit Condēnationes sint nullę, & Iudex ipsę, & Cōtrascriptor cadant in pœnā Ducatorū quinquaginta, pro quolibet eorum, qualibet vice, Communi M̄ti applicanda.

De Officio, et Potestate Ivdicis Stratarvm, et Dominorvm Sex Camerae.

Cap. cc. Lxxiij.

Statvitvr quoq;, q̄ Iudex Stratarum vnà cum dictis sex, vel maiori Parte eorum, inter quos semper adsit Doctor, habeant auctoritatem, Bailiam, & Potestatem cognoscendi, terminādi, iudicandi, & declarandi, & quaslibet

Vxoris,Perlis, Annulo, & Texuto Sponſalicijs, nec non Gemmis,Collanis,Aureis,Iocalibus,& alijs omnibus no nilibus,& Vezeris,Fermalijs,& Ornamentis cuiuſcuq; generis,ac Recamis,tam Perlarum,q̃ Auri, & Argenti, ſiue ſeparatim,ſiue mixtim,ad vſum Vxoris,conſtante Matrimonio,paratis,Quas Res exceptas, eo caſu, nullo modo lucretur,ſiue fuerint trãſmiſſę ad Domũ Mulieris,ſiuè nõ.

Et,ꝙ Vxor in aliquo ex prædictis Caſibus, nec infraſcriptis, nec aliquo eorum,lucretur Lectũ,nec aliqua Paramenta, nec Fornimenta ipſius Lecti,nec aliquam Partem eorum

Quæ quidem excepta, utſuprà, remaneant in Hæreditate Mariti.

Saluò,ꝙ vbi contingat Maritum decedere relicta Vxore, & nullo relicto Deſcendente Maſculo,vel Fæmina,Cõmuni ſed ſolummodò,relictis Deſcendente,vel Deſcendẽtibus Maſculo,vel Fæmina,Maſculis,vel Fæminis, ex alio Matrimonio,ſeù alijs Matrimonijs ipſius Mariti,eo caſu, ex prędictis exceptis,Mulier lucretur vſq; ad ſummã tantũ duarum Partium,ex tribus partibus,ad quam aſcenderet ſumma eius Dotis,vbi Mulier, ex alio Matrimonio, ſeu alijs Matrimonijs Deſcendentem, non haberet.

Quid ſi vxor grauida pe-perit inSexto, vel octauo Menſe? Dec. cons. 623. col. 2. & ſeq. vbi tenet contrà Socin. in l. Cum Anus, col. 64. & ſeq. Vide etiam Aditiones factas ad Statutum, quod eſt infrà ſub Cap. 300. VXORI, fol. 100.d fronte.

Vbi verò Deſcendentem,ſeu Deſcendentes, ex alio Matrimonio,ſiuè alijs Matrimonijs haberet,eo caſu,Mulier, lucretur exceptuata,vtſuprà,vsq; ad ſummam tantũ duarũ Partiũ ex tribus Partibus Illius Portionis, quã Maritus lucratus fuiſſet,ex ipſa Dote,vbi Vxor pręmortua fuiſſet cũ Deſcendente,vel Deſcendentibus alterius Matrimonij,ſeu aliorum Matrimoniorum,& Reſiduum remaneat in Hęreditate,vtſuprà.

QVALITER MVLIER, MORTVO MARITO, Lucretur Veſtem Funebrem.

De alijs Veſtibus, & Iocalibus Dictum eſt ſuprà proximè Statuto.

CAP. CC.LXXXXIJ.

MVLIER, mortuo Marito, lucretur Veſtem, Funebrem.

Et intelligatur Veſtis Funebris, videlicet Socha, Manicæ, Caligę.Veſtis ſuperior,& Salia una,ac Corrigia,ſi contingat Corrigijs vti,ſiuè Maritus reliquerit Deſcendentem, ſeu Deſcendentes eiuſdem Matrimonij,ſiuè alterius,ſiuè

An legata veſte vxori, legatũ ſit. Annũ? Bal. in. l. p. C. de Fidei com. Lud. ſing. 294. legant. Alex. in. l. legatum in p. add. ff. de Ann. leg.

non, ipsa Muliere remanente in habitu Viduali. Si verò contingat trāsire ad alia nota temporalia, teneatur ipsam Vestem, & utsupra, dimittere Hæredibus Viri, tales quales esse reperientur, tēpore dicti Trāsitus ad alia uota

DE FIDE DANDA ASCENDENTI, DE Expensis pro ornanda Vxore sui Descendentis.

An Credat Assertioni Patris circà has expensas? Ias. cons. 23. ad fin. lib. p. Alciat. Reg. p. presump. 8. 16. ad fin.

Cap. cc. lxxxx. iij.

DE ijs quæ asseruit Ascendens expendisse pro Vxore ornanda, & adobanda, seu circa Vxorem Descendentis ornandam, & adobandam, credatur eidem Ascendenti de omnibus Expensis, & quantum erit expensum, secundum Declarationem factam per ipsum Ascendentē, teneatur Maritus de Bonis, quę obuenient in Partem Exonerare, & indemnes pręstare cęteros Fratres, & Cohęredes.

Bal. in Auth. ex Testamēto, col. pen. C. de coll. Salic. in Rub. C. de Donat. Antè Nup.

Et, quę sit Donatio ꝑpter Nuptias, & quę Sponsalicia largitas, Bal. ubi. Cīre, col. 1. C. de Don. antè nup.

Aduerte, ꝙ huic Statuto additū fuit per Cap. 486. STATVITVR, fol. 158. à fron. In Nouis. Quià ibi cauetur, ꝙ Dispositio in hoc Statuto habeant etiàm locum in Rebus datis, vel Donatis vxori, vel Sposę per Maritum, vel per Alium, conteplatione ipsius Mariti; siuè antè consumatū Matrimonium siuè post.

DE REBVS SPONSALICIIS VXORIS, Alienatis per Maritum, vel in eius Vtilitatem Processis, Qualiter stetur, tam pro Marito, Quam contrà Maritum.

Cap. cc. lxxxxiiij.

SI aliqua, ex Rebus Sponsalicijs, seu Parafrenalibus, fuerint alienata ꝑ Maritum, vel in vtilitatem Mariti, processerint, quouismodo, perinde seruetur de precio, seu Aestimatione ipsarum Rerum, in omnem Euentum, tàm pro Marito, quàm contrà Maritum, sicut seruaretur de ipsa Re, si, ipsę Res non essent alienatę, nec in vtilitatem Mariti profectę.

QVOD MARITVS POSSIT RELINQVERE Vxori, vsque ad Quartam Bonorum suorum.

Cap. cc. lxxxxv.

QVilibet Maritus in eius vltima voluntate, possit suæ vxori, vsq; ad quartam Bonorum suorum inclusiuè relinquere, & non vltrà, computata Aestimatione Vsusfructus Alimentorum, & cęterorum Relictorum, si eidem relinquatur.

Quę sit ista Quarta, dicitur infrà, Capite, 297. QVARTA.

Qua-

QVALITER MVLIER NON ADMITTA-tur ad petend am quartam.

CAP. CC.LXXXXVJ.

NVLLA Mulier ad aliquam Quartā perendam de Bonis Mariti, admittatur, aliás, quàm in pręsentibus Ordinamentis dispositum fuerit.

An Amasius possit vltrà Quartam relinquere Cōcubinę, Alcia. in c. placuit in. 6. Not. de Prascript.

DE EODEM.

CAP. CC.LXXXXVIJ.

QVARTA, de qua pro Mulieribus dictum est: Ita intelligatur, deducto Aere alieno, & Funeris Impensa.

Quid, si vltrà Quartam relinquatur, An debeatur venientibus ab intestato, vel Fisco? Ias. In. l. si is qui ex Bonis, col fin. de Vulg.

QVALITER MARITVS LVCRETVR Dotem, Pręmortua Vxore.

CAP. CC.LXXXXVIIJ.

MARITVS, non existentibus Communibus Liberis pręmortua Vxore, iam ad Maritum traducta, vel Matrimonio, per copulam Carnalem, Consumato lucretur Dotem datam, & promissam, vbi etiam data nō sit, eo, vel ea, qui, vel quæ, promiserit, vel suo Hęrede existente in mora soluendi dictam Dotem promissam, vt suprà.

Cætera verò Bona, quæ constaret ipsam Dominam habuisse etiam antè Matrimonium consumatum, ex Domo Viri, vel Soceri, vel eorum, vel alicuius eorum occasione, siue existant communes Liberi, siue non, remaneant Marito, vel Hęredibus suis.

Saluò, ꝙ per hoc Statutum non derogetur Iuri Liberorum alterius Matrimonij, seu aliorum Matrimoniorum, quibus existentibus, succedat Maritus in dote vxori simul cū ipsis Liberis in Capita.

HOC Intellecto, quòd si ex dicta Vxore adsint Fæminæ, & Masculi, ex alio, vel alijs Matrimonijs, quòd Fæminæ ipsę faciant Partem, ad commodum Masculorum, cuiuslibet Matrimonij, singula singulis, congruè referendo, non autem ad commodum ipsarum Filiarum

Et vbi adsint Fęminę tantum ex alio, vel alijs Matrimonijs succedant in Capita, vt suprà.

Vbi autem adsint Filij, siue Masculi, siue Feminę ex Filio pręmortuo, antè dictam Vxorē, siuè ex Filia, vel Filiabus

Quid si Maritus Moniento vivat? Bal. in. l. non tātum, per illum Tex. C. de Leg. vbi, & Ias.

Quando Bona intelligātur in Dotē data, & cęt. v. de infra. Capite. 455. NON SIT, fol. 153 a tergo, in fin.

Quid si vxor propter Infirmitatem noluit consumare? Socin. cōs. 8. lib. 3. & An consumatio de Iure Communi Requiratur? Ias. cons. 135. col. 2. lib. 1. & col. seq.

Quid in Bonis Feudalibus? Bal. In c. 1. circà Med. An Maritus, succedat vxori in Beneficio.

præmortuis,quę admittantur,ex Forma pręsentis Statuti ad Successionem Dotis cum Marito,vtsupra,succedant persona earum Patris,vel Matris in dicta Dote, vtsupra.

QVALITER MARITVS SVCCEDAT Vxori ab Intestato.

CAP. CC.LXXXXIX.

VXORE ab Intestato Decedente,siue Descendētibus & Ascendente Fratre,& Sorore,vel Patruo proximo,vel Nepote nato ex Fratre Maritus eius succedat.

An excludat Clericum Corn.cons. 205. col. fin. in 4.

Et in Casibus,in quibus Maritus non succederet,disponatur de eius Successione prout aliàs dispositum reperiatur p pręsentia Statuta Mediolani.

Et ipsis deficientibus,prout dispositum est de Iure Cōmuni

DE QVIBVS REBVS LICEAT, ET NON LICEAT VXORI TESTARI SINE CONSENSV MARITI.

CAP. CCC.

Verba NON POSSIT, annullant Actum Socin.consi 3.ad fin.lib.1.

Declarat Bal.in l.1.C.vn.vi.,& vx. & Corn.consi. 242.col.2.lib.4. Vbi docet Cautellam Qualiter uir, possit ab uxore Institui.

VXORI liceat Testari,etiam sinè Consensu Mariti,excepto,q Testari non possit de Dote,nec Rebus Dotalibus in ijs,quæ lucratur Maritus,secūdum formam Statuti,qđ incipit, MARITVS, & cętera,sinè Consensu Mariti speciali,& expressè faciente mētionem de ijs,de quibus disponere voluerit,ac etiàm nō liceat Vxori existēti sinè Liberis,infrà decēnium,à Die,quo iuerit ad Maritū,aut Matrimonium consumauerit,per Testamentum,Codicillos Donationem,Caussa mortis,Legatum,neq; alio quouismodo,de Bonis Parafrenalibus,nec Scherpa,aliqualitèr, disponere,neq; ea in toto,nec in parte relinquere,quinimò,ipsa Bona,& vtsuprà,venientibus ab Intestato superstitibus,vsq; ad quartum gradum inclusiuè,secundùm Iura Ciuilia.Cōputandū,reuertātur,& perueniant ad Dotātes,& succedere Habētes ab Intestato,ipsis talibus Mulieribus Decedentibus sine Liberis intra ipsum Decenniū, omnibus.Machinatione,Fraude,Dolo,Testamento,Codicillis,& Legatis,seu alijs quibuscunq; disponentibus, cōtra Formam huius Statuti Factis,protinus cessantibus qđ omnia Testamenta,& quælibet alia,disposita contra pręsens Statutū,Ipso iure,nullius sint valoris,& momēti

Salu

Saluò, qđ ad pias eauſſas diſponi poſſit de dictis Bonis Parafrenalibus, & Scherpa.

Quid pro Anima? Fel. in c. in præſentia, col. 23. de probat.

DE IIS, QVI INTELLIGANTVR Eſſe Agnati.

Agnatorum Appellatione, an ueniat Fœmina in in Stat. excluſiua, Dec. conſi. 319. col. 1. verſi. ſed tamē

CAP. ccc. j.

AGNATI intelligantur eſſe, qui eodem Nomine, parentelæ nuncupantur.

Saluò, qđ in Materia Succeſſionum, intelligantur Agnati, duntaxat illi, qui ſunt, vſq; ad ſeptimum gradum, ſecũdũ Computationem Iuris Ciuilis.

QVOD MVLIER NON SVCCEDAT, Deſcendenti, Exiſtentibus Agnatis.

An extendatur ad Bona alibi ſita, Dec. conſ. 314. in 2. Dubio.

CAP. ccc. ij.

NVLLA Mulier Aſcendens, ſuccedat Deſcendenti ab Inteſtato decedenti, exiſtentibus Agnatis Maſculis, vſq; ad ſeptimum gradum incluſiuè, ſed ſolum habeat vſũfructum illius Partis, quam habitura fuiſſet de Iure Communi, ex hoc tamen, qđ habeat Vſumfructum, nõ intelligatur in aliquo eſſe Hęres.

DE EODEM.

CAP. ccc. iij.

Statutum hoc an excludat à legitima? Alex. conſi. 68. col. 2. ad fin. lib. 4. Curt. in con. 10. col. 1. Dec. conſi. 299. col. 2. verſ. eſt ergo, vbi dicit magis communem, & Veriorem.

IDEM in Auo materno, vel alio Aſcẽdente ex linea Materna, quo tamẽ Vſufructu, Ipſo Iure, ſit priuata, vel ipſum non habeat dicta Mulier, ſi tranſiuerit ad alia vota. Et dictis Caſibus, quibus non ſuccederet Mulier Aſcendens, ſiuè Maſculus Aſcendens, ex linea materna, diſponatur de ſucceſſione talis Decedentis, prout aliàs diſpoſitum eſt per ſtatuta, vel Ordinamenta Communis Mediolani, ac ſi prædicti Aſcendentes Maſculi, & Fœminæ, ex linea Materna, non eſſent in Rerum natura, quibus ſtatutis, & Ordinamentis Deficientibus, ſtetur Iure Communi.

QVOD IVRA MVNICIPALIA DE SVCcessionibus ab intestato habeant locum in Casibus tantum Futuris, & cętera.

CAP. CCC. IIIJ.

IVRA Municipalia de Successionibus præsenti Volumine condita, locum habeant in Successione Decedentium in futurum tantùm, prçterquã in illis Statutis, in quibus specialiter, & expressè cautum est, quòd habeant locũ in Casibus præsentibus.

QVOD ASCENDENTES NON POSSINT Meliorare Descendentes, Quin Stirpes sint Aequales.

An possit renunciari huic Statuto Barba. cons. 12. lib. p.

Et An p ista verba, NON POSSIT, Annulletur Actus. lat. Ias. cõs 42. lib. 3. & Socin cons. 93. col. fin. lib. p. Vbi Multa Tradit ad intelectũ huius Statuti.

CAP. CCC. V.

ASCENDENS non possit Descendentes Masculos ex linea Masculina meliorare per viam alicuius Dispositionis, siuè inter viuos siuè in vltima voluntate directè nec per indirectum, quin in Stirpes ęquales sint, & hoc siue in Potestate constituti sint siuè non.

Idem habeat locum in Fęmina, seù Fæminis Descendente, seù Descendentibus ex Filio Masculo, seu Masculis, præmortuo, seu præmortuis ante dictum Ascendentem.

DE EODEM.

CAP. CCC. V.

Quid si Reliquit Filiam et ex altera filia Nepotes Masculos, An isti Nepotes succedãt in locum Matris, & comprehendantur Stat. §. Magnificus D. Antonius Sansonus de anno 1543. Iudicauit quod sic.

IDEM etiam habeat locum in Fœminis Descendentibus si Ascendens Masculum, vel Masculos ex linea Masculina non reliquerit, si verò Ascendens habuerit Masculum, vel Masculos, & Fęminam, & Fæminas Descendentes, quòd tunc, & eo Casu, tantùmmodo habeat locum dictũ Statutum in Masculis Descendentibus ex linea Masculina, non autem, eo Casu in Fęminis.

Si vero contingat Ascendentem meliorasse conditionẽ alicuius, vel aliquorum ex Descendentibus suis, vt suprà, cõtrà Dispositionem præsentis Statuti, suppleatur Descendenti, vel Descendentibus, cuius, vel quorum Conditio est detoriata de Bonis ipsius Ascendentis, vbi adsint, & reperiantur tot Bona sua.

Sin autem, suppleatur de Bonis proprijs, illius Descendentis, vel Descendentium, cuius, vel quorum Conditio fuerit

rit, meliorata, ita, vt inter ipsos Descendentes, seruetur ęqualitas.

QVOD DESCENDENTES NATI POST Diuisionem, vel Assignationem aliorum Filiorum prius Natorum auocare possint suam partem.

Cap. ccc.vij.

SI Pater inter Filios Emancipatos, vel non fecerit Diuisionem, vel Assignationem, & deinde Filium habuerit ex communi Matre, seu ex alia, & Pater mortuus fuerit. Filius posteà natus, à Fratribus suis Partem possit auocare, vt de Bonis paternis, æqualem Partem habeat.

DE EODEM.

Cap. ccc. viij.

IDEM seruetur, si ex Filio nato post Diuisionem, vel Assignationem nascantur Filii, vt ipsi Nati ex eo mortuo Patre suo, possint auocare Partem, vt suprà, vt eorum Pater potuisset.

DE EODEM.

Cap. ccc.ix.

IDEM, seruetur, si Auus fecerit Diuisionem, vel Assignationem inter Nepotes tantum, vel inter Filios, vel Filiũ & Nepotes, vel Nepotem, vt postea Nati, pro Rata Bonorum in Stirpes, ęquales habeant Portiones.

An mulier priuet̃ lucro, ei puenitti, ex eo, q̃ à postea Pater trãsiuerit ad secundas Nuptias, Oldr. cons. 294. vltrà iam dicta, Dec. cons. 206. & 230 Rippa In. l. Feminę in. 9. q. de Secun. Nupt.

DE POENA MVLIERIS NVBENTIS CVM Hęreditate extrà Iurisdictionem Communis Mediolani.

Cap. ccc.x.

NVLLA Mulier nubat cum Hæreditate, nec Parte aliqua Hæreditatis sibi delata ab Inteſtato extra Iurisdictionem Com munis Mediolani.

Et, si nupserit extrà Iurisdictionem, vt suprà postquàm delata fuerit Hæreditas, vel aliqua Pars ipsius Hęreditatis, ut suprà, ipsi Mulieri, illa Hęreditas delato modo, quo supr. perueniat in Agnatos proximiores, uel alios propinquos tam Masculos, quã Fæminas, ex Ordine, prout pueniret, si talis Mulier nupta extra iurisdictionẽ, & uti. nõ esset in rerũ natura, & eodem modo, pueniat in Agnatos proximiores, uel alios propinquos, & utsuprà, si Mulieri nuptę

Quod autem Res Immobilis Dominio Mediolani subdita alienari etiam per viã vltimę voluntatis expressę, nõ possit in Personam huic Dominio non subditam, & de Pęna cõtrafacientibus Imposita, ac Notario cõficienti instrumenta Vide in Cõst. sub tit de Pęnis. c. COLLEGIIS, per totum, fol. 78. frõ. Et ibi in fin. §. EO AMPLIVS, cauetur quòd non Subditi non possint alicui Subdito ab intestato succedere.

extrà Iurisdictionem Cõmunis Mediolani Hæreditas aliqua, vel aliqua Pars Hęreditatis, ab Intestato in eam defe ratur, seu aperiatur, ipsa existẽte Nupta extrà Iurisdictionem, vel ea nupta extrà Iurisdictionem, & vt suprà effecta vidua, tempore delatę dictę Hæreditatis, & vt suprà.

DE EODEM.

An procedat de Bonis unius Nouariensis Alibratis Mediolani, & in Hęreditate Dotis Maternæ, vel Auita, Bal. cons. 411 lib. 1.

CAP. ccc.xj.

IDEM fit & esse intelligatur in omnibus Descendẽtibus talium Mulierũ extrà iurisdictionem nuptarum, vt suprà, & Natorum ex non Supposito dictæ Iurisdictioni.

Si verò tali Mulieri nuptæ extrà Iurisdictionem Cõmunis Mediolani, vel viduæ, & ut suprà, uel Descẽdenti, seu Descendentibus talium Mulierum, qui natus, seu Nati fuerint, ex non Supposito Communis Mediolani, & vt suprà deferatur aliqua Hęreditas, vel aliqua pars Hęreditatis ex Testamento per institutionem, vel Substitutionem, vel per Fideicommissum.

Et hoc, tàm ex Testamento, quàm ẽt ex Codicillis, disponatur de tali Hęreditate, vel parte Hęreditatis, in omnibus, & p oĩa, perindè, ac si dicta Mulier nupta, & ut suprà, vel vidua, & ut suprà, vel Descendẽtes ex tali Muliere nupta, & vt sup. tẽpore delatæ dictę Hæreditatis, vel partis eiusdẽ, & vt sup. nõ fuissent, vel non fuisset in Rerum Natura.

Et intelligatur esse de iurisdictione Communis Mediolani, ille, cui nupserit talis Mulier, si antequàm dicta Mulier ei nupserit per prius habitauerit cũ Familia sua, vel maiori Parte Familię suę in ipsa iurisdictione Cõmunis Mediolani per Decennium.

Et pręd icta disposita in pręsenti Statuto, locum sibi vendicent in Hęreditate, vel Parte aliqua Hęreditatis, delata, tàm ex Testamẽto, vel Codicillis directæ, vel per Fideicõmissum, q; etiam ab intestato, non adita, nec agnita.

Si verò post aditam, vel agnitam dictam Hæreditatem, vel aliquam Partem dictæ Hæreditatis delatam, modo, & forma, prout suprà, Mulier nupserit extra iurisdictionem, & vt suprà, pręsens Statutum locum sibi non vendicet, nisi talis Mulier nupserit extrà Dominiũ Ducale, quo in Casu disposita in pſenti Statuto Locũ habeăt, perindè, ac si dicta.

cta Hæreditas, vel aliqua Pars dictę Hęreditatis delata. modo,& forma prout supradictum est, nunq̃ per dictã mulierem, vel Descendentem, & vtlsuprà, adita, aut agnita fuisset.

Et intelligantur esse de Iurisdictione Communis Mediolani, quo ad contenta in pręsenti Statuto, etiam homines Terrarum. Cõmunium inter Mediolanum, & Papiam, & etiam Communium inter Mediolanum, & Laudẽ, & etiã aliæ Terrę, vel Oppida Ducatus Mediolani, habentes, vel Habentia iurisdictionem separatam, à Iurisdictione Communis Mediolani.

RVBRICA GENERALIS DE ALIMENTIS, ET TVTORIBVS, ET CVRATORIBVS.

DE VXORE DEFVNCTI Alimentanda.

Cap. ccc.xij.

SI Mulier non habuerit de suo, vndè possit sufficienter se alimentare, alimentetur de Bonis quõdam Mariti sui, & si Dotem non habuerit secundum Facultates relictas à quondam Marito.

Et, si Dotem habuerit, & eam Dotem, & alia relicta à Marito, si relicta fuerint spontè, non susceperit, & lectum Mariti honeste custodierit, etiam alimẽtetur de Bonis ipsius quondam Mariti, Computatis tamen Redditibus Bonorum, quę ipsa Mulier haberet ex Bonis suis proprijs, non Dotalibus.

Alimenta virtute huius Statuti, an debeãtur Condẽnatione ex lege, aut Officio Iudicis? Bart. in. l. 3. col. p. in fin. de Alim. & Cib. leg.

De Materia huius Statuti Alex. alios Refert in. l. diuortio in princ. col. 4. & 6. vers. predictis etiam ad de. ff. sol. Matr. & cons. 141. in p. dub. In. 5. lib. Aret. cons. 96. & 97 Iat. Socin. cons. 126. ad fin. l. 1.

Vidua dicitur non habere vnde se alat, Licet habeat Proprietates. Quia eas vendere non tenetur, Crau. consi. 199. nu. 6.

DE ALIMENTIS ASCENDENTIVM. Defuncti.

Cap. ccc.xiij.

QVILIBET Hęres ex Testamento, vel ab Intestato teneatur pręstare Alimenta sufficientia cuilibet Ascende-

ti Defuncti, si non habuerit aliunde, vnde se alere possit. Et, nisi sit Mater, Auia, vel Proauia, vel deinceps, quę post Mortem illius Defuncti transierit ad alias Nuptias.

An etiã indotata debeat ali? Bart in trac. Alimen. col. fin.

DE ALIMENTIS MVLIERVM EXCLVsarum à Successione.

Cap. ccc. xiiij.

ILLE, qui ex Forma Iuris Municipalis excludit aliquẽ, vel aliquam à Successione, ad quam, de iure Cõmuni admitteretur, teneatur alimentare Exclusum, vel Exclusam, si non habuerit aliunde, secundum qualitatem Personarum, & ipsius Successionis.

DE ALIMENTIS PER MARITVM Constitutis Vxori.

An procedat in Matre Testatoris? Corn. cons. 210. In princ. lib. 3. post Bart. in l. Titia. §. Titia ad fin. de leg. 2. Vbi vide Picum in Repet. qui la. Tractat Materiam huius Statuti. An Mortuis Filijs, reconualescat legatum, Dec. cons. 485. col. Pet. & con. 424. col. 2. Quid si filius Manuls vsũ fructum dare? Pich. In. Rep. §. Titia, col. 21. vers. 3. Lim. l. Titia de Leg. 2.

Cap. ccc. xv.

SI Vxor alicuius per Maritum, existente Descendente, ex legitimo Matrimonio, eiusdẽ Matrimonij, vel ex alio Matrimonio dicti Mariti, constituta fuerit in eius vltima Voluntate, DOMINA, ET MASSARIA, ET VSVFRVCTVARIA, VEL DOMINA TANTVM, VEL VSVFRVCTVARIA, TANTVM, VEL MASSARIA TANTVM vel aliter alternatiuè, sit constituta, nihil habeat ex tali Legato, nisi Alimenta secundum Facultatem, & Dignitatem, arbitrio Iudicis decernenda.

QVOD DEBITOR, ET CREDITOR PVpilli, possit esse Tutor Testamentarius.

De Tutoribus, et Curatoribus vide in Consil. sub tit. de Tutelis, & Curis, per Totum, fo. 34. à fro.

Cap. ccc. xvj.

DEBITOR, & etiam Creditor Pupilli possit esse Tutor Testamentarius ipsius Pupilli Debitoris, vel Creditoris, nec propterea se valeat excusare teneatur tamen, antequàm se immisceat Administrationi Tutelę, manifestare Creditum suum in præsentia alicuius, vel aliquorum, ex proximioribus Pupilli.

Et nihilominus, etiam postea debeat illud inserere in Repertorio, quod faciet, aliàs cecidisse intelligatur à iure sui Crediti.

DE

DE FIDE DANDA LIBRO TVTORIS, SEV CVRATORIS PRO EXPENSIS.

Cap. ccc. xvij.

FIDES detur Libro Tutoris,seu Curatoris,& quondã Tutoris,seu quondam Curatoris, de Expensis factis, pro Minore,nisi, ubi,& quatenus,ille Expensę videantur Iudici esse suspectæ.

An Teneatur facere talẽ Librum? & An non faciendo Contra eum detur Iuramentum in litẽ? Socin. cons. 7. col. p. & 2. Lib. 2. Dec. cons. 110. col. pen. & fin.

QVOD TVTOR, SEV CVRATOR POSSIT COMPELLI AD RATIONEM, DVRANTE TVTELA, ET CVRA.

Cap. ccc. xviij.

QVILIBET Tutor,seu Curator, possit compelli ad Exhibitionem Librorum, & Rationis, seu ad Rationem reddam,durante Tutela, & Cura, de Rebus Minorum, vbi Iudici æquum videbitur,& expedire,pro vtilitate Minorum.

RVBRICA GENERALIS. DE SOLEMNITATIBVS INSTRVMENTATORVM.

De Testamẽtis rigistrãdis, pro Eleemosinis ad pias Causas, Vide in Nouiss. Ca. 71. QVIA SAEPE, folio 23. à frontẽ

De Instrumẽtis Dotalibus Vltimis Voluntatibus, & certis Donationibus rubricandis, Vide in Nouiss. Cap. 281. STATVITVR, 69. à fron.

De Exequutione vltimarũ voluntatum, Vide suprà Cap. 157. NVLLVS, fo. 53. à tergo.

An liget Clericos? Alex. cons. 210. & seq. lib. 2.

An, & quando Rogatio Notarij, & Testiũ requiratũ, Ias. cons. 88. lib. p.

DE VLTIMIS VOLVNTATIBVS. Seu Testamentis.

Cap. cccxix.

SI quis de cętero voluerit facere,vel condere Testamentum nuncupãtiuum,de quo fiat publica Scriptura à publico Notario, Hæredem instituendo, quem, Ore suo proprio nominare debeat,hoc ei liceat facere, nisi alias prohibeatur à Iure Communi,vel Municipali,uel aliter testari in quo Testamento interſint Quinque Testes, & Tres

Rom cõs. 306. col. p. Ias. in. l. hac Consultissima, in princ. C. de Testamen. vbi etiam ponit Quot, & Quales debeant esse Testes.

NOTARII, qui oẽs, videlicet, Testes, & Notarij, vel eorũ Maior Pars cognoscant Testatorem, cuius Testamenti Imbreuiatura, super qua rogabitur ipsum Instrumentum Testamenti subscribatur, saltèm per duos ex Testibus. Testatorem, cognoscentibus, seù per duos Pronotarios, aut. vnũ ex Testibus, utsupra, & vnũ ex Pronotarijs, ea Die, qua rogatum fuerit ipsum Testamentum.

An Ommisso subscriptionis Pronotariorum vitiet Testamentum fuit Magna lis inter Boromeos, in qua Dec. lat. in con. 11. Sed vide suprà statutum sub cap. 93. INSTRVMENTA, fol. 31. à Tergo in fin.

Imbreuiatura mortui. Quãdo Iussu Ordinarij possit aptari, Tex. est in c. cum. p. Tabellio de fid. Instr. vbi Abb. & cæteri declarant Anch. consi. 431.

Istud non procedit in Testamentis, quæ fiunt in Villis ut infrà, cap. 321. ET PRAEDICTA, fo. præsenti in fin.

Et post ipsas Subscriptiones, teneatur Notarius subscribere ipsam Imbreuiaturam cum signo Tabellionatus, attestãdo etiam uidisse fieri pręcedentes Subscriptiones, & credatur Subscriptioni ipsius Notarij, q̃ pręcedentes Subscriptiones factæ fuerint.

Et in qualibet Expletione ipsius Testamẽti, sufficiat, Subscriptio Notarij, qui de ipso Testamẽti Instrumẽto fuerit rogatus, Affirmãtis in ipsa Subscriptione Expleti, pędictas Subscriptiones in ipsa Imbreuiatura, factas fuisse.

In expleto verò ex Authoritate sibi concessa, sufficiat, q̃ Habens Authoritatẽ explẽdi in eius Expletione affirmet se vidisse in Imbreuiatura, factas fuisse Subscriptiones, requisitas ex forma pręsentis Statuti.

ET ALITER NON VALEAT TESTAMENTVM factum, nec eius Expletio, non seruatis dictis Solemnitatibus, singula singulis congrue referendo.

DE EODEM.

CAP. CCC. XX.

SI autẽ quis voluerit Testari, sinè publica Scriptura, hoc facere possit PRESENTIBVS QVINQVE TESTIBVS IDONEIS, qui cognoscant Testatorẽ, & Testator NOMINET HAEREDEM proprio Ore, alias nõ valeat.

In Testamentis attenditur Solemnitas Loci, in quo fit Testamentum, Ias. cõs. 48. col. 2. libro primo.

DE EODEM.

CAP. CCC. XXJ.

ET prædicta habeant locum in Testamentis, quę conficiũtur in pręsenti Ciuitate Mediolani, vel in Burgis eiusdem intra Redefossa.

In alijs

QVOD MOLENARII DEBEANT TENERE INCASTRA LEVATA, ET HOSTIERAS CANALIVM MOLENDINORVM APERTAS.

CAP. cc. Lxxxxix.

QVILIBET Molenarius teneatur, & debeat cum habuerit Aquam ad suum Molendinum tenere Incastra leuata, & Hostieras Canalium ipsius Molendini leuatas, quę fuerint necessaria pro deriuando Aquam per illum lectum, & dum possint macinare.

Ita, q̄ aqua liberè possit fluere per lectum Olonæ.

Et qui contrafecerit cōdemnetur qualibet vice, & pro quolibet Incastro, seu Hostiera, clauso, seu clausa, in Soldis triginta Imperialium, applicandis, vt supra.

DE MOLENDINIS AQVAE OLONAE, SEVEXI, AQVAE LONGAE FONTANAE, ARESII, CARRARIAE, ET ROMANI, ABASSANDIS.

CAP. ccc.

QVOLIBET Molendinū Aquæ Olonę debeat abassari, expensis illorum, quorum sunt illa Molendina. Ita, vt Aqua liberè fluat ad Ciuitatem Mediolani, Arbitrio Iudicis Aquarum.

Idem fiat de Molendinis Fluminum Seuexi, Aque longæ Fontanæ, Arisii, Carrariæ, & Romani.

Et ad hoc compellantur per Iudicem super Aquis Deputatum, vel deputandum.

DE RIALI COMMVNIS LOCI DE PARABIAGO ORDINANDO, ET MANVTENENDO.

CAP. ccc. j.

LICEAT, Communi, & Vniuersitati loci de Parabiago,

quacunq; Die, nocte, & Hora, tàm feriato, quàm non feriato deriuare, & deriuari facere, & vti de Aqua Fluminis Olonæ per Riale illud dicti Fluminis per quod deriuare cōsuetum est per ordinem infrascriptum videlicet, q; dictum Cōmune faciat taliari, seu perforari in vno Lapide Marmoreo, vel Sarricio, taliter, q; per dictū foramen possit fluere aqua in dictum Riale in quantitate Onciarum sex scilicet, tertiam vnam vnius Brachij ad brachium Terræ, & lignaminis, in longitudine dicti Fluminis, & mediam quartam ad dictum Brachium in altitudine dicti Foraminis.

Et, q; dictus Lapis ita taliatus, seu perforatus debeat claudi ad Buccham, seu spondam lecti Olonæ de bono Muro, facto de lapidibus, & Cemento, taliter, q; dictum Foramen, seu spacium Foraminis remaneat altum à Fundo dicti lecti Olonæ per tertiam vnam vnius Brachij.

Quibus, Lapide, & Muro sic aptatis. Nulla Persona singularis, Communitas, nec Vniuersitas audeat dictum Lapidem, & Ordinem deriuādi remouere, nec remoueri facere, sub pęna librarum centum Imperialium, pro quolibet Cōtrafaciente, & qualibet vice.

Et vltra, Contrafaciens, vel fieri Faciens teneatur suis expēsis reducere in pristinum Statum, Dum tamē de dicta aqua non adaquetur aliquod Pratum. Et dum tamen dicta aqua postea reuertatur ad lectum, seu Alueū Fluminis Olonæ.

DE RIALI COMMVNIS DE RAVDE ORDINANDO, ET MANVTENENDO.

C P. ccc. i j.

LICEAT Communi, & Vniuersitati Loci; seu Curiæ Raude, quocunq; Die, Nocte, & Hora, tàm feriato, quàm non feriato deriuare, & deriuari facere, & vti de aqua Fluminis Olonæ per Riale illud dicti Fluminis, per quod deriuare

In aliis autem Burgis, vel Oppidis Ducatus Mediolani, idem seruetur.

In Villis verò, & aliis Terris, & Locis sufficiant quinque Testes, & Notarius publicus, qui Notarius, & Testes, vel maior Pars eorum, cognoscant Testatorem, & fiat Subscriptio Imbreuiaturæ per duos ex ipsis Testibus, vbi sciant scribere, & fiat Subscriptio per Notarium, qui rogatus fuerit cum signo Tabellionatus, vt suprà, in qua Subscriptione dicto proximè Casu, nō attestetur de Subscriptionibus Testium, si factæ non fuerint ex eo, quod Testes nesciant scribere, quo Casu, dicat in Subscriptione ipse Notarius, quod Testes ipsi nesciunt scribere, & credatur in hoc ipsi Notario, vel ipsum Testamentum probetur per quinque Testes idoneos, nominando Heredem, vt suprà, ore proprio, vt suprà. Saluò, quod per hoc non derogetur Testantibus in Scriptis, secundùm Ius Commune.

An Mulier possit esse Testis, hoc casu? Alex. cons. 70. col. pen. vs. Nec etiàm obstat, vol. 2.

De eodem.

Cap. ccc. xxii.

IN Codicillis verò, & Donationibus, Caussa mortis, siuè factæ fuerint in Ciuitate, seù Ducatu Mediolani, interuenire debeant quinque Testes idonei, qui sint pro maiori Parte cognoscentes Codicillantem, seù Donātem, Caussa Mortis, quorum Testium, duo se subscribant, vbi sciant scribere, & fiant Subscriptiones his, modo, & forma, proùt suprà dispositum est fieri debere de Testamentis.

Quid in Cōfessione Mariti pro Dote, quæ habet vim Donationis, Alex. cons. 143. in fin. lib. 5.

Et prædicta omnia disposita in præsenti Statuto, tàm de Testamentis, quàm de Codicillis, ac Donationibus, Caussa Mortis, factis, non habeant locum in eis Testamentis, Codicillis, ac Donationibus, Caussa Mortis, factis, quò ad ipsos Liberos tantùm, intèr Liberos, nec quò ad Pias Caussas, quò ad ipsas Pias Caussas tantùm, nec tempore Pestis, quoniam, quò attinet ad dictos Liberos, & ad Pias Caussas, & in Testamentis

De Testamēto facto Tēpore Pestis, Vide Dec. cons. 284. post Corn. cons. 77. per totum lib. 4.

Codicillis, ac Donationibus, Caussa Mortis, factis, & vt supra, tempore pestis, sufficiant Duo Testes idonei, cognoscentes dictum Testantem, Codicillantem, vel Donantem, Caussa Mortis, quorum vnus, si sciat scribere, se subscribat in Imbreuiatura, prout suprà dictum est, & etiàm credatur Notario, prout suprà dictum est.

De Testamento ad pias Caussas, Vide in. c. Relatum extrà de Testam. & Ias. in. l. Hac Consultissima in princ. in. 2. Requisito. C. de Testam. & & in. c. Cum esses extrà eo. Dec. Cons. 120. vbi dicit an legatum factum Cõsanguineę dicat piũ.

DE EODEM.

CAP. ccc. xxiij.

IN Testamentis verò Caeci seruentur Solemnitates requisitae à Iure Communi.

De Donatione facta in fraudẽ. Vide suprà, Capite. 276. SI QVIS, fol. 92. à tergo.

De Donationibus Registrandis, Vide in Nouiss. Ca. 71. QVIA SAEPE, fol. 23. à fron. in fi. & Cap. 211. STATVITVR, Folio. 69. à fronte, & in Constitu. Cap. NOTARII. §. IDEM, fol. 65. à fron. Ad hoc Statutum, Vide omninò Const. sub tit°. de Donationibus per totum. fol. 64. à fronte.

DE SOLEMNITATIBVS IN DONATIONIBVS OBSERVANDIS.

CAP. ccc. xxiiij.

NVLLA Donatio Rei immobilis valentis Libras vigintiquinque Imperialium, & abindè suprà, intèr Viuos, valeat, nec sequuta exindè, nisi ipsa Donatio facta fuerit coràm aliquo Iudicente in Ciuitate, vel Ducatu Mediolani, & praesentibus tribus Tabellionibus, & quinq; Testibus, qui omnes, vel pro maiori parte, sint noti Donatoris, & qui Notarius sit Notus Donatoris. Alitèr non valeat.

Nec possit talis Donatio probari facta, nisi per Instrumentum publicum sit confectum, vt suprà.

An Iuramẽtũ suppleat pro Insinuatione, & Decreto Iudicis, Corn. cõs°. 36. Lib. 3. Alex. cõs. 125. col. pen. v̈s. venio, lib. p°.

Nota, q̃ si post Donationem quis Animo deliberato delictum patrauerit, ex quo Bona Donandis Confiscanda sint, Donatio huiusmodi pro Irrita habetur ad hoc dũtaxat, vt Bona donata Fisco deuoluãtur, vt latè dicitur in Const. sub tit. de IVRE, ET PRIVIL. FISCI. §. SI QVIS, fol. 85. à fronte.

Et nisi in tali Donatione, siuè facta fuerit in Ciuitate, vel Ducatu Mediolani, vel alibi, Donãs, & Donatarius, iureiurando affirment eam Donationem veram, nõ autem fictam, nec simulatam esse, neque vlla seipsos fraude, aùt dolo ductos, in fraudem alicuius Personę, sed sua sponte, atq; sincero mentis affectu, ac bona fide, ad huiusmodi Donationem deuenire, & absq; vlla Pactione palàm, vel secretò facta, q̃ vllo vnquàm tempore, alitèr, q̃, prout continebitur in tali

Donatione Retrodatio fiat de Bonis iam donatis. Saluò, si talis Donatio fiat Absenti, vel Pio Loco, tunc valeat talis Donatio, licet, pro parte Donatarij non fuerit iuratum, vt suprà, in tali Donatione, dummodò, quandò acceptare voluerint talem Donationem, Iuramētum ipsum præstent, vt suprà, per aliud Instrumentum, & ab ipsa quantitate, seu valore Librarum vigintiquinq; infrà, fieri possit Donatio inter Viuos, etiàm non interuenientibus Solemnitatibus, prædictis.

QVOD DONATIONES POSSINT FIERI QVOLIBET DIE. CAP. CCC.XXV.

De Aliis Instrumentis etiàm habes infrà. cap. 400 IN DIEBVS, fo. iij i.

DONATIONES fieri possint quolibet Die, siuè feriato, siuè non feriato

DE SOLEMNITATIBVS IN EMANCIPATIONIBVS OBSERVANDIS. CAP. CCC.XXVJ.

De Parte assignanda Filio Emancipato, Vide in Nouis. capite. 485. SI PATER, fol. 157. à tergo, in fin.

NVLLVS, minor annis viginti, possit emancipari, & in qualibet Emancipatione adsint septem Notarii, computato Notario, qui tradet Instrumētum, & vltrà prædictos, intersint quinq; Testes, & fiat coràm aliquo Iusdicente, alitèr, facta, non valeat.

DE MINORE AETATE EMANCIPATO. CAP. CCC.XXVIJ.

De Emancipato stante cū Ascendēte, Vide suprà, Capite. 263. QVANVIS, fol. 88. à tergo, in fin.
Et de eodem stante seorsùm, Vide cap. seq. fo. 89. à fronte.

SI quis steterit per annos sex, postquàm fuerit Emancipatus, posteà quam fuerit ætatis annorum viginti, q; non mouerit Quęstionem de minori ętate occasione ipsius Emācipationis tractetur, & habeatur pro ritè Emancipato, quantum ad ętatem, non obstante, q; posset, vel vellet dicere fuisse Minorem, tempore Emancipationis.

Quid si cõtrahit pro alio? Alex. & Ias. in. l. quæsitum, ff. de in Ius vocãdo & in. l. exigeñ, col. pen. ad fin. C. de procur.

Quid si cõtrahit ad suam vtilitatem, Ias. in. l. contrà Iuris in princip. ff. de Pact.

Quæ autem solemnitates seruandæ sint Quandò Mulier constañ. Matrimo io consentit Alienationi Bonorum hypothecatorum pro Iuribus Dotalibus, & in Renunciationibus Contradictionũ factarum Cridis per Mulierẽ, vel eius nomine ex Caussa Iurium Dotaliũ, Vide in Nouiss. cap. 499. POSSIT MVLIER, folio, 162, à tergo. SED aduerte, q hodie vltrà solemnitates ibi in d. capitu. positas Renunciationes prædictæ fieri non possunt absq; authoritate Principis, vel Senatus, vt habetur in Cõst. sub tit°. de BON. AD GRID. PON. §. IPSAEQVE MVLIERES, fo. 51, à tergo, in fin.

Vide etiàm ad hoc Statutum, Constit. sub tit°. de NOTARIIS PVBLICIS, Capite, NVLLI NOTARII, fol. 59. à tergo, in fin. & folio seq. vbi Pœna imponitur Cõtrahentibus, & Distrahẽtibus, ac Notario conficienti Instrumẽta in quibus interueniant Mulieres, nõ seruatis istis solemnitatibus, Quod Tamen fallit in Mulierib⁹, Quę, alieno nomine Contrahunt, vel Distrahunt, vt. d. folio. §. HAEC TAMEN, latè dicitur.

An Iuramentum liget, non seruatis istis solemnitatibus? Aretinus, cons. 54. col. 1°. Corn. cons. 36. per totum lib. p°. Ias. In Auth. Sacramẽta, col. 14. c. si aduersus Vend.

De Solemnitatibus in Alienationibus, et Obligationibus Mulierum, Observandis.

Cap. ccc. xxviii.

IN Alienationibus, & Obligationibus Mulierum, Descendentibus, ex Contractu, vel quasi, vel Distractu principalitèr, vel in Consequentiam, & in Renũciationibus Iurium eisdem spectantium Ascendentibus, a Libris decem Imperialium suprà, vel ęquiualentibus, à dicta quantitate suprà, NECESSARIVS sit Consensus Mariti, si Maritus fuerit in Ciuitate, vel Ducatu Mediolani.

Et, si Maritum non habet, vel si habet, & non fuerit in Ciuitate, vel Ducatu Mediolani, vel etiã si habet Maritũ, & aliquod prædictorũ faciat cum ipso Marito contrahendo, vel quasi, vel distrahendo, sit necessarius Consensus Agnati.

Et, si aliquod prædictorum faciat cum Agnato, non sufficiat Consensus illius Agnati cum quo aliquid prædictorum fieret, sed alterius Agnati Cõsensus requiratur. Et vbi Agnatum non habuerit, vel si Agnatum habuerit, & noluerit consentire, vel fuerit Absens a Ciuitate, vel Ducatu Mediolani, possit hoc facere cum authoritate alicuius Iudicẽtis, iurante Marito, vel Agnato, qui ad prędicta Cõsensum adhibuerit, q in veritate credit Alienationem, Obligationem, vel Renunciationem, Contractum, vel quasi, aut Distractum, vt suprà, cedere ad vtilitatem ipsius Mulieris, & si contrafactum fuerit, non valeat, & intelligatur Agnatus, si Nominabitur de eadem Parentela, sub eodem Cognomine nominata, siue fuerit Filius Familias, siue legitimus, siue illegitimus.

Saluo, q Mulier possit cõstituere Procuratorem, vel Procuratores, & quemlibet eorum Insolidum ad defendẽdum, & ad agendũ contrà virum, & quamlibet Personam, & quęlibet Bona, occasione Dotis suę, & Bonorũ parafrenalium.

& eorum, quę portauit ad Maritũ, & pro consequendis Bonis, & Iuribus, quę ad eam dicere posset, seu vellet spectare ex successione aliqua, & Dote, Legato, vel Iudicato, vel etiàm ex Donatione, siuè Maritum habeat, siue non, etiàm, sinè Consensu Mariti, si habuerit, & etiã sinè Cõsensu Agnati, vel alterius Personæ, Dum hoc fiat in præsentia alicuius Iusdicentis, non obstante Statuto prædicto, neç alio Iure Ciuili, vel Municipali in contrarium ædito, vel ædendo.

De eodem.

Cap.ccc.xxix.

ET prædicta non habeant locum in vltimis voluntatibus, nec in Donationibus Caussa Mortis reuocabilibus, nec in casu, quo realitèr, & verè aliquid peruenerit ad manus Mulieris de Bonis alicuius, quo Casu, Mulier conueniri possit cum effectu ad Restitutionem eius, quod realitèr, & verè in eam peruenerit, licèt non interuenerit Consensus, vt suprà. Et, si Mulier iurauerit non habere vndè sciat, nec credat aliquem Agnatum, vt suprà in Ciuitate, & Ducatu Mediolani, qui possit, aut velit præstare Consensum, & iurare, vt suprà, credatur Iuramẽto suo, talitèr, q̃ sinè Consensu Agnati possit prędicta facere, vt suprà, nisi probetur contrarium.

De Ordine servando per Notarios tradentes Instrumenta.

Cap.ccc.xxx.

QVilibet Notarius, qui tradet Instrumenta aliqua, teneatur illa scribere, vel scribi facere in Protocollo, seu in Quaterno, vel in Folijs, & posteà, antequàm tradat, seu roget Instrumentũ, pręsentibus Partibus, & etiàm præsentibus Testibus, necnon Notarijs, seu Pronotarijs, vbi Notarij interesse debeant, legere, & ipsa Instrumenta rogata

in Quaterno Imbreuiaturarũ suarum ponere, seu poni facere, vel si fuerint in Folijs, teneantur in Quaterno, seu Protocollo Mentionem facere per ordinem, q̄ ibi veniebãt talia Instrumenta, describendo Nomina, & Cognomina Contrahentium, & intitulentur, tàm Quaterni Imbreuiaturarum, q̄ aliæ Imbreuiaturę, quæ essent in Folijs, cum signo Notarij, nec non Nomine, & Cognomine ipsius Notarij, & Nomine Patris, ac Nomine Loci, seu Contratæ, vbi habitat ipse Notarius, quæ Intitulatio possit fieri, tàm in Summitate, aut in Principio, quàm in Fine,

Et vbi aliquod Instrumentum extendatur pòst Rogationẽ, diligentèr aduertatur, ne intèr vnam Imbreuiaturam, & aliam, aliquid malignitatis possit fieri.

Et Notarius, qui cõtrafecerit incurrat pęnam Librarũ viginti Imperialiũ, qualibet vice, qua cõtrafecerit, quę pęna exigatur per quemlibet Iusdicentem, sinè alio Processu, & cuius pęnæ Medietas, perueniat in Denunciantem, & altera Medietas perueniat in Collegium Notariorũ Mediolani.

De eodem.

Cap. ccc. xxxj.

ET in Subscriptione cuiuslibet Instrumenti, quod explebitur, Notarius, teneatur ponere Signum suum, nec non Nomen, & Cognomen suum, & Nomen Patris, ac Loci, seu Parochiæ, vbi habitat, vel habitabat, tempore Rogationis Instrumenti.

Et Notarius, qui contrafecerit, incurrat pęnam, vt suprà, applicandam, vt suprà.

De Testibvs adhibendis in qvolibet Instrvmento.

Cap. ccc. xxxij.

IN quolibet Instrumento adhibeantur Tres testes idonei

ad minùs, intèr quos sit ad minus vnus, qui sit Notus Cõtrahentium, seu Distrahentium, vel Partium, vbi plures Personæ contrahant, seu distrahant.

Vbi autèm vna Persona contrahat, vel quasi, aut distrahat, ipse Testis sit Notus ipsius Contrahentis, vel quasi, aut distrahentis.

Et ponatur Locus in quo conficitur Instrumentum.

Alioqui Instruméto Fides non adhibeatur, & Notarius restituere Damnum illi, in cuius Fauorem factum fuit Instrumentum, & scribat ille talis Tabellio, vel scribi faciat in Instrumento Nomen, & Cognomen cuiuslibet Testis, & nomen Patris, & vbi sit Habitator ille Testis.

Et intelligantur Testes idonei, & cognoscere Contrahentes, & vt suprà, si hoc in Instrumento, vel in Imbreuiatura fuerit scriptum, nisi probetur contrarium.

An Tabellio debeat cognoscere Contrahentes, Bal. in l. fin. §. 1. de Iur. delib.

De eodem.

Cap. ccc. xxxiij.

IN Syndicatibus verò, qui fiant ad Caussas, vel aliter quãtùm ad Testem notum, sufficiat si Testis cognouerit illum, de cuius Mandato Vniuersitas fuerit congregata.

De Notariis apponendis in Contractibvs.

Cap. ccc. xxxiiij.

SI, à decem Libris Imperialium suprà, seu de Re, vel de Iure valente, vltrà dictam quantitatem fiat Contractus, seu quasi Contractus, siuè Distractus, vndè rogetur Instrumẽtum, intersint Duo Tabelliones Contractui, vel quasi, aut Distractui.

Et, à centum Libris Imperialium suprà, seu de Re, vel Iure valente, vltrà dictam quantitatem tres Notarij intersint, computato Notario, qui tradit Instrumentum.

CORRECTIO In Nouiss. Capite. 415. NOTARII, fol. 140. à Tergo. Statuitur, quòd in Terris Binaschi, & Terris Cõmunibus, ac earum Tettitoriis possint, & valeant rogari Instrumenta Contractuum, & Distractuũ sine Pronotariis, & quod Ità Valeant, & teneãt, effectumq; sortiantur ac si Pronotarii appositi fuissent.

Alioqui Instrumento Fides non adhibeatur.

QVOD NOTARII DENT INSTRVMENTA PARTIBVS, ET CAETERA.

CAP.ccc.xxxv.

OMNES, & singuli Notarij teneantur dare Instrumēta Creditori, & Contrahenti, vel quasi, aut Distrahenti, vel Nominatis in Instrumento, ac etiam aliis Iurātibus de credulitate, sua interesse, infra Dies quinquè, ex quo Tabellioni, de instrumento fuerit satisfactum, vel de Satisfactione facta fuerit Depositio ad Officium Abbatum Notariorum Mediolani, nisi per illos, quibus dari debebunt Instrumenta steterit, aut iustum Impedimentum ex Parte Notarij fuerit, sub pęna Librarum decem Imperialium, applicanda pro medietate dicto Collegio, & pro altera medietate Parti re requirenti.

Saluò, q̄ respectu Instrumentorū Debitorū, quę Instrumēta, non sint Cōmunia, & quę regularitèr non explentur, nisi semel, non dentur ipsa Instrumenta Debitori, vel Debitoribus.

Saluò, q̄ ad fidem faciendam tantùm possint plurìes expleri, & dari Debitori, vel Debitoribus, & Iurantibus, q̄ sua credunt interesse, apponendo in Subscriptionibus talium Instrumentorum explendorum ad fidem faciendam tantùm, q̄ ipsa Instrumenta explentur ad fidem faciendam tantum.

Saluo, q̄ ipsa talia Instrumenta, quę ragularitèr non explentur, nisi semèl, vbi Pluribus spectarent, Notarij possint talia Instrumenta explere, & Dare illis, quibus spectarent, Mentionem faciendo in qualibet Subscriptione, q̄ tale Instrumentum expletur, solùm pro Parte spectante, illi, vel illis, cui, vel quibus Instrumentum ipsum dabitur in publicam Formam, non autèm pro Partibus aliis spectantibus.

Et Saluò, q̄ Instrumenta Dotium, & Protestationum

parafrenalium, rogatorum à Calendis Ianuarij. 1450. citrà, & roganda à modo in antea, possint pluries expleri, apponendo in Subscriptione Annum, & Diē ipsius Subscriptionis, & in Subscriptione dicatur vbi habitabat tēpore Rogationis, & vbi habitabit tēpore Subscriptionis, & licèt talia Instrumenta Dotium, & Protestationum de cętero explenda, reperiantur penès Debitorem, seu Debitores Debitum in eis redactum non prçsumatur esse solutum, etiàm, si præstitum fuerit Iuramentum Debitum fuisse solutū.

DE EODEM.

CAP. ccc. xxxvj.

IDEM intelligatur, & obseruetur in Notarijs Officiorum, q̄ teneantur dare infrà prædictum Terminum cuilibet Parti, sub prædicta pęna, omnia Acta, quę per eos fuerint facta.

DE CONTRACTIBVS RECIPIENDIS NOMINE ALICVIVS.

CAP. ccc. xxxvij.

An Stipulans Pactum luendi nomine Alicuius possit tali Pacto renunciare? Alex. 25. 27. per totum, lib. 4.

SI quis Contractus, vel quasi, vel Distractus, vel Obligatio recipiatur, aut stipuletur, Nomine, seu ad Partem, siuè vtilitatem alterius Ius acquiratur, Ipso Iure, & absq; aliqua Cessione, illi, vel illis, cuius, vel quorum Nomine fuerit receptus, vel recepta, aut stipulata, eo, vel eis, cuius, vel quorum Nomine facta fuerit Stipulatio, vt suprà, volente, vel volentibus, aut id ratum Habente, vel Habentibus, & non alitèr.

DE REFECTIONE INSTRVMENTI, QVALITER FIERI DEBET.

CAP. ccc. xxxviij.

NVLLVM Instrumētum Debiti, quod de Iure regula-

ritèr non expletur, nisi semèl iam factum, vel expletum, & à Tabellione, Creditori traditum, posteà reficiatur, nisi cum magna Deliberatione, & Caussa cognita ab Abbatibus Collegij Notariorum Mediolani, & licèt Fiat, non noceat Instrumentum refectum, nisi illis, qui requisiti fuerint, vel Habentibus Caussam ab illis Requisitis, pòst Requisitionem, nisi in manu Iusdicentis, vel Consiliarij, vel Consultoris, vel Commissarij, vel Arbitratoris, aut Aduocati, vel Procuratoris, fuerit amissum, quo casu, si refectum fuerit, omnibus noceat, sicut antè Amissionem.

Et prædicta expediantur ad Officium Abbatum ipsorum, & velo leuato, & q̄ celerius poterit fieri, & sinè strepitu, & aliqua Figura Iudicij.

Vide suprà capite, 335. OMNES.

Quod Statutum non habeat locum in Dotibus, nec Protestationibus Rerum parafrenalium, pro quibus seruentur Disposita per præsentia Statuta.

Ita tamen, q̄ nullum Instrumētum Debiti, vt suprà, sub prætextu, q̄ sit deperditum, reficiatur, nisi, illo Petente, iurante solemnitèr, q̄ Instrumentum illud, quod refici petit, nullo Dolo, à se, vel alio, suo nomine, vel ipso sciente adhibito, perditum est.

Et, q̄ nescit vbi, vel apud quem sit, quòdq; illud Dolo, vel Fraude habere non desiit.

Et, q̄, id nō petit fraudolentèr refici, &, q̄ adhuc Creditor restat de omni Obligationis ipsius Summa, aut eius Parte, quam quidèm Partem exprimere teneatur, & si tēpore aliquo, illud Instrumētum, quod expletum fuerat, sanū, & integrū ad manus suas peruenerit, vel habere poterit, restituet illud Instrumentū, quod nūc explebitur Abbatibus, aut dicto Notario, qui nunc expleuerit siuè illi, qui Deputatus est, vel erit ad Imbreuiaturas dicti Notarij, siuè eius Successoribus in Officio, Cācellatū, & annihilatū, nec eo nunc explēdo amplius vtet̄, sed solū eo, quod antea expletū fuerat.

& post Amissionē, vt suprà, repertū, quodq; ex nūnc, vult, eo casu illud explendum, cassum, & irritum haberi, & nullius esse momenti, cum Declaratione tamē, q; Expletio dicti Instrumenti non noceat, nec nocere possit illi, vel illis, in cuius, seu quorum Praeiudicium explebitur eatenùs, quatenùs verificetur Debiti ipsius Obligationis satisfactionem factam fuisse, aut non teneri ad Solutionem Debiti, de quo in dicto Instrumento fit Mentio in totum, vel pro Parte.

QVOD NOTARIVS TRADENS INSTRVMENTVM NON POSSIT CONSTITVI SYNDICVS, NEC PROCVRATOR.

CAP. CCC. XXXIX.

NVLLVS Notarius possit facere Instrumentum, in quo, ipse constituatur Syndicus, nec Procurator. Et, si contrafecerit, non adhibeatur fides Instrumēto respectu tantùm Personae ipsius Notarij Constituti, vt suprà.

DE POENA NOTARII, NON PONENTIS ACTA IN ACTIS.

CAP. CC. XL.

SI aliquis Notarius, vel Tabellio subscripserit aliqua Acta, vel Actum, & in subscriptione sua subscripserit se in Actis, vel Quaterno posuisse, & Acta reprobētur, ex eo, q; nō reperiantur in Actis, vel Quaterno, q; ille Notarius, seu Tabellio teneatur ad omne Damnum, & Interesse ei, cuius intererit, & praecisè cogatur ad refectionē omnium praedictorum, sinè Libelli Datione, & omni Iuris solēnitate omissa.

De poena tradentis Instrumentum, vel Facientis poni se pro Notario in Instrumentis, et non sit Notarius receptus.

Cap. ccc.xli.

An valeat istud Statutũ, Dec.cons. 17. in princ. post Ang cons 212, col. 1.

SI quis rogauerit, vel tradiderit aliquod Instrumentum, qui non sit Notarius, seu Tabellio receptus in Collegio Notariorum Mediolani, vel Aliquis se fecerit poni in Instrumento pro secundo Notario, vel subscripserit, vt suprà, teneatur ad totum interesse, & Damnum, quod pateretur ille, vel illi, cuius, vel quorum interfuerit, vel interesset habere Instrumentum, seu Instrumenta per eos facta, si dictũ Instrumentũ fuisset reprobatũ pro eo, q̃ nõ erant Notarij.

Qualiter Notarii suspecti possint suspendi, et removeri ab Arte Notariae.

Cap. ccc.xlij.

ABBATES Collegij Notariorum Mediolani, cũm Cõsilio Duodecim Notariorum de Pilastro, de ipso Collegio, si duæ Partes eorum de hoc fuerint concordes ad Bussoras, & Balotas, & Aliquem habuerint suspectum de Arte Notariæ, vel suspendendum, vel remouendum ab ipsa Arte, possint eidem inhibere ne Artem Notariæ exerceat, sub pęna Librarum centum Imperialium.

Et, si facta inhibitione, exercuerit, vel passus fuerit se poni pro Notario, vel pro secũdo Notario, infametur, & publicetur, ad Arẽgheriã, & ad Scalas Palacij, sono Tubarũ pręmisso. Et vltrà, incurrat pęnam Librarum ducentum Imperialium, quarum suprascriptarum pęnarum medietas, sit Communis Mediolani, & alia Collegij Notariorum.

Et hoc teneatur Exequutioni Mandare Iudex Maleficiorum, cui hoc fuerit notificatum.

RVBRICA GENERALIS DE STATVTIS NOVIS COLLEGII NOTARIORVM MEDIOLANI.

DE ABBATIBVS, ANTIANIS, CANEVARIO, SEV THESAVRARIO, NOTARIO, ET SYNDICIS NOTARIORVM MEDIOLANI.

CAP. ccc. xLiiij.

COMMVNITAS Collegij Notariorum Mediolani habeat duos Abbates, sex Antianos, vnum Caneuarium, vel Thesaurariũ, vnum Notariũ, vel Cancellariũ, duos Syndicos, & pro qualibet, Porta eligatur vnus ipsorũ Antianorũ.
Ita tamèn, quod ipsi duo Abbates non possint esse de eadem Porta, & quilibet eorum sit maior annis vigintisex.
Quorum Officium duret à Calendis Ianuarij, ad Annum vnum, saluò, vt infrà, & eligantur in Congregatione Collegij prędicti, facienda de Mandato Abbatum.
Eligantq; ipsi Abbates, & alij Deputandi, vt infrà, duodecim Consiliarios, vel Sapientes de ipso Collegio, maiores ætatis Annorum viginti sex, qui sint Consiliarij, vnà cũ prædictis Duodecim ad negocia dicti Collegij, quorum Consiliariorum Officium duret vsq; ad Terminum suprascriptum.
Et sint ipsi omnes Officiales, & Consiliarij de dicto Collegio, & publicè exerceant Artem Notarię in Ciuitate Mediolani, qui Abbates antè finem sui Officij saltèm per tres Dies, teneantur congregare prædictos Officiales, & Cõsiliarios, & omnes Notarios dicti Collegij, seu maiorem Partẽ eorũ, vel aliã, quã meliùs poterunt, & in ipsa congregatione ipsi Abbates, Notarius, & Caneuarius anni illius, ac alij duo eligendi per alios Congregatos, vel maior Pars prædictorũ octo, vt suprà proximè nominatorũ, qui Cõgregati reperientur, teneant eligere nouos Abbates, Antianos, Caneuariũ,

Quòd Nullus Iniurietur, nec offendat Officiales Collegii Notariorum, Vide infrà. Capite, 360. NVLLVS, fol, 118. à tergo.

Quòd quilibet Iudex requisitus ab Abbatibus sit Merus Exequutor, Vide infrà, cap. 370. QVILIBET, fol, 122, à fron.

Notarium,Syndicos,& Duodecim Consiliarios, vt suprà.
Quorũ Officiũ duret per Annũ vnũ,incipiẽdo in Kalendis Ianuarii,scilicet,finito Officio prędictorũ Officialiũ,& Cõsiliariorũ, Et aliter Electio facta nõ valeat, & sic successiuè.
Deindè eligãtur,quolibet Anno,prędicti Abbates,Officiales,& Consiliarij.
Ita tamen,q̃. qui fuerit ex dictis Abbatibus, & Officialibus non possit esse ex ipsis Abbatibus,& Officialibus infrà annos duos proximè sequentes,excepto Caneuario,qui cõfirmari possit,proùt eis Abbatib⁹,& electis,vt suprà, videbit̃.
Si quis verò ex prędictis Abbatibus,& Officialibus, durante eius Officio,decesserit,quòd possit, & debeat vnus alius eligi, loco Defuncti, per alios superuiuentes, seu maiorem Partem eorum,& hoc infrà Dies octo pòst decessum ipsius Defuncti.
Qui verò Abbates,& Notarius habeant pro eorum Salario, quolibet Anno, Libras tres Imperialium pro quolibet eorum, Antiani, Syndici, & Caneuarius, seù Thesaurarius habeant Libras duas Imperialium pro quolibet eorum.

QVOD ABBATES POSSINT FACERE CONSILIVM AD OMNEM EORVM REQVISITIONEM, ET MANDARE EXEQVVTIONI EA, QVAE FVERINT ORDINATA.

CAP.ccc.xLiiij.

OFFICIVM Abbatũ hoc sit, videlicet, quòd possint ad omnẽ eorũ Requisitionẽ secundũ necessitatem,& Occurrentiã Casuũ, tẽpore sui Officii,conuocare, & congregare in eorũ Camera, vel vbi meliùs poterunt, ipsos omnes Officiales,& Cõsiliarios, seù illos,quos meliùs poterunt, vel eis videbit̃ ex prędictis Officialibus,& Cõsiliariis pro negociis prædicti Collegij explicandis, & ibi proponere, quod quilibet,qui audierit, vel sciuerit aliquid falsitatis fore cõmissum

per aliquem Notarium Ciuitatis, vel Ducatus Mediolani, vel aliquam Personam, aliquo modo, in Officio Notariç, q illud pandat, & dicat coràm eis Abbatibus, vel altero eorum publicè, vel secretò, & hoc facto, ipsi Abbates, suo posse, teneantur, & debeant inquirere, & inuestigare veritatem ipsius Criminis, & si inuenerint aliquem Culpabilem de crimine illo, & quocunq; alio spectanti ipsi Officio Notariæ, vel dependẽti, cõnexo, vel emergẽti, ab eo Officio, pro quo calumniaretur, vel nominaretur, teneantur, & debeãt illud Crimen ac personam, quæ Crimen commiserit, notificare Domino Potestati Mediolani, vel vni ex eius Iudicibus Maleficiorum, vel Domino Vicario Prouisionum, vbi eis Abbatibus meliùs videbitur, & placuerit, & suum Auxiliũ, & Consilium, suo posse, præstare, etiã apud Dominũ Mediolani, ad veritatẽ inueniendam, & puniendam maliciam.

Et quòd ipse Dominus Potestas Mediolani, vel vnus ex dictis eius Iudicibus Maleficiorum, seù ipse Dominus Vicarius Prouisionis, seù ille ex eis, ad quẽ recursus habebitur, vnà cũ dictis Abbatibus Collegii prçdicti, & nõ aliquis alius Iusdicẽs, officialis, Capitaneus, Vicarius generalis, nec aliqua Persona cuiusuis Status, & gradus existat, habeat Iurisdictionẽ, Facultatẽ, & Arbitriũ procedẽdi, & cognoscendi cõtrà aliquos Notarios, quos de aliquo Crimine, seù falsitate, imputari continget, ac eos puniendi, seruata tamẽ forma Iuris, & Dispositione Statutorũ Cõmunis Mediolani, ac Decretorũ Ducaliũ, nõ vtẽdo tamẽ aliquo Arbitrio, nec aliqua Bailia sibi cõcessis, vel in futurum cõcedendis.

Ita tamèn, quòd quicunq; de cçtero Querelam, seu Denunciam porrigere voluerit contrà Notarios prçdictos, vel aliquem ipsorum, de aliquo Crimine, seu falsitate, quòd priùs, & antè omnia, talis Querelãs, seu Denunciãs idoneè satisdet, & satisdare debeat, coràm ipsis Abbatibus Collegii prçdicti, de Expẽsis, Damno, & Interesse restituendis ipsi

Querelato, seu Denunciato, dicto Querelante, seu Denunciante, non verificante Querelam, seu Denunciam, & de soluendo omnem Condemnationem, quam fieri contingeret, si Querelam ipsam, seu Denunciam ipsam non verificauerit, ac pro infamia, Arbitrio ipsorum Iudicis, & Abbatum, inspecta qualitate Facti, etiàm Personę. Et vlteriùs, etiã incurrat, & incurrisse intelligatur, & debeat, in pęnam Librarum Quinquaginta Imperialium, pro medietate ipsi Collegio Notariorum Mediolani, & pro altera medietate Accusato, seu Querelato, irremissibilitèr applicandarum. Ipso Iure, & Facto.

Quid Importet ⁊ tradit Dec. ⁊s. 138. In princ.

Et Processus alitèr factus, Ipso Iure, non valeat, & alitèr contrà tales Notarios, qui imputari voluerint, procedi non possit, nec debeat ad Querelam, nec Accusationem Alicuius.

¶ Et ipsi omnes Antiani, Officiales, & Consiliarii teneantur eos Dominos Abbates associare, & Consilium eis pręstare, proùt poterunt ipsis Abbatibus, vel alteri eorum in prędictis, & quòd possint etiam ipsi Abbates, congregare ipsum Collegium, & Officiales eiusdem, & Partem eorum, proùt, & quotiescunqꝫ, & vbicunqꝫ eis videbitur, conuenire, & proponere, & secundùm quod ordinauerint, Exequutioni mandare pro Negociis dicti Collegii, & cuiuslibet de ipso Collegio, & condemnare, & etiàm mulctare Inobedientes, vsqꝫ ad summam Librarũ sexdecim Imperialium, pro quolibet, & qualibet vice, ac cum Participatione aliorum Officialium, vel maioris Partis eorum, quemlibet Notarium suspendere, vel priuare ab Officio Tabellionatus, secundùm facti Exigentiam

De hoc etiàm vide infrà, Capite. 348. ABBATES, fol. 114. à fron. An videatur sublata Iurisdictio Ordinarii, Dec. ⁊s. 3. col. 1. & per totum.

De Bailia Abbatum ; et Antianorum Collegii Notariorum Mediolani.

CAP. CCCXLV.

Abbates, quoqꝫ cum Antianis, vel maiori Parte eorum, vel etiã sinè eis Antianis, proùt eis Abbatibus meliùs

videbitur,

videbitur, & placuerit, habeat Bailiam, Ius, & Facultatem, ac omnimodam Iurisdictionem, pro omnibus, & singulis contentis in Statutis Collegij Notariorum Mediolani, ac etiam cognoscendi, & diffiniendi, omnes Quęstiones vertentes, & quę in futurũ vertentur intèr aliquos de ipso Collegio, & quascunq; alias Personas, Occasione ipsius Officij Notariæ, & quoruncunq; errorum, seù Omissionum, quæ in ipso Officio Notariæ in Dies per ipsos Notarios, vel aliquem eorum fieri, & committi contingent, ac dependentium, connexorum, & emergentium ab ipso Officio Notarię.
Et etiam intèr quoscunq; alios Conquerentes de aliquo Notario præmissorum omnium Caussa, & occasione, & præcipiendi, & mulctandi, ac suspendendi, & priuandi, proùt in suprascripto Statuto continetur, debitè tamèn referendo.
Et prædicta omnia exequendi, & Exequutioni mandandi, & hoc summariè, & de plano, extrà ordinẽ, & sinè strepitu, & figura Iudicij, quolibet Die feriato, & non feriato, exceptis Ferijs introductis in honorem Dei, & Sanctorum, sinè Cõsilio Sapiẽtis, si eis videbitur, Quòdq; à Declarationibus, Sententiis, Præceptis, ac alijs, quæ fient, vel factæ erunt per eos Abbates, cum prædictis Antianis, & etiam sinè eis, debitè referendo, vt suprà, etiam, si tanquàm Delegati, prædicta facerent, appellari, nec alitèr reclamari, nec de nullitate dici, possit, quibuscunq; in contrarium facientibus, nequaq̃ attentis, & coràm eis Caussæ non habeant Instantiam.

QVÒD ABBATES PRAEDICTI COLLEGII CVRENT, QVOD PECVNIA DEBENDA PRAEFATO COLLEGIO EXIGATVR, ET PONATVR IN RECEPTO.

CAP. ccc. xLvj.

ABBATES prædicti cum auxilio aliorum Officialium, si Abbates ipsi postulauerint, teneantur pro posse, curare

cum effectu, quòd pecunia debenda ipsi Collegio quacunq; de Caussa, durante Officio suo, exigatur, & per Caneuarium in Recepto ponatur, sub pęna similis quantitatis, cuius Negligentes fuerint, ad quam etiàm pęnam, teneantur ipsi Caneuarius, & Notarius. Et intelligãtur Negligentes, nisi Debitores fecerint derobare, Saluo, q; non imputetur eis negligentia, in eis Debitoribus, quos derobari fecerint in vltimo Mense sui Officij, sed ad ea Successores teneantur, & quòd Collegium, seu pro eo Agentes possint omnes illos, qui secùm nunc agere habent, vel etiàm in futurum agere habebunt, tam respectu Proprietatum ipsius Collegij, & earum Redditũum, quàm alio quouis respectu, & Caussa coràm prædictis Abbatibus, tàm præsentibus, quàm futuris, conuenire. Possintq; Abbates ipsi aduersùs eos omnes cum dicto Collegio, vt suprà, agere habentes, vel etiã in futurũ habituros, ac aduersus omnes eius Collegij Debitores tàm pręsentes, quã futuros, Iurisdictionem exercere, ac eos Debitores, omnibus iuris Remediis, etiam per Personę Detentionem, cõpellere ad solutionem eius, de quo veri, ipsius Collegij Debitores per ipsos Abbates comperti fuerint, vna cum Expensis legitimis, aliquibus in contrariũ facientibus, non attentis, necobstantibus.

De infamatis exemptis, vel suspensis a' Collegio praedicto, Registrandis.

Cap. ccc. xLvij.

Abbates Collegij prędicti teneantur facere registrari per se in vno Libro omnes, & singulos, qui tempore sui Officij fuerint infamati, vel exempti, vel suspensi ab ipso Collegio, vel Officio Tabellionatus, & Caussas propter quas fuerint infamati, vel exempti, vel suspensi, & Nomina, & Cognomina eorum infamatorum, vel exemptorum,

vel suspensorum, & vbi habitant, & quòd per aliquas Literas gratiæ, per quas, de cætero ad pristinos honores restituerentur, vbi Officio Tabellionatus priuati, seu exempti fuissent, non intelligantur tamen, ex hoc vnquàm restituti ad Officium Tabellionatus.

De Potestate, et Bailia Abbatum Collegii Notariorum Mediolani.

De hoc etiàm habetur suprà cap. 345. ABBATES QVOQVE fol. 112, à tergo, in fine.

Cap. ccc. xlviij.

ABBATES Dicti Collegij, habeant omnimodam Potestatem, Iurisdictionem, & Bailiam, cogendi, & cogi faciendi per omnia Iuris remedia, etiàm per Detentionem Personæ, cum auxilio Rectorum, & Iusdicentium Mediolani Diœcesis, & Districtus, quemlibet Notarium Ciuitatis, Districtus, Diœcesis, & Iurisdictionis Mediolani, qui aliquo tempore vsus fuerit officio Notariæ, etiàm si non sit de ipso Collegio, vel etiàm de cætero vtetur dicto Officio Notariæ, ad comparendum, & vt compareat coràm eis Abbatibus, & ad dandum Instrumenta, & Scripturas Iis, quibus dari debuerint, & pro congruẽtibus satisfactionibus, iuxtà infrascriptam Taxationem, & ad obseruãdum, & vt obseruent eorum Abbatum Mandata, occasione Officij Notariæ, ac ab ea dependentium, connexorum, & emergentium, ac etiam cogendi, & cogi faciendi, modo, & forma suprascriptis, quascunq; Personas, quæ expletionem aliquorum Instrumentorum, seu Scripturarũ postulauerint ipsis Notariis, & fieri fecerint ad integrè eis Notariis Satisfaciẽdum, de eorum condigna Mercede, iuxtà Taxationem prædictam, & infrascriptam. De qua Expletione Instrumentorum, & Scripturarum Postulatione, petita, credatur Sacramento dicti Notarij, cum vno Teste fide digno.

Quid de Creditore Creditoris? Bart. in l. Controuersia ad fin. ff. de Transactionibus.

Et quilibet Exercens Iurisdictionem, ac Iusdicẽs in Ciuitate

Mediolani, qui inde requisitus fuerit, teneatur, & debeat Auxilium, & Fauorem dare, & præstare ad prædicta exequenda.

De Officio Notarii, seu Cancellarii Collegii Notariorum.

Cap. ccc. xlix.

Notarius verò, siuè Cancellarius dicti Collegij, teneatur habere, & tenere Librum vnum, supèr quo teneatur scribere omnes Intratas, & Redditus, ac etiàm Expensas dicti Collegij, teneatur quecp habere, & tenere vnum alium Librum, supèr quo scribere teneatur omnes Reformationes, Consilia, & Ordinationes dicti Collegij, & quę fierent per ipsos Abbates, & Officium eiusdem, seù Collegium prædictum, & dictos Libros dimittere teneatur in fine Officij sui, Successori suo.

Itèm teneatur rogare, & scribere Instrumēta, & Scripturas pertinentia dicto Collegio, & etiàm omnes Processus, & Scripturas, quæ fient coràm Abbatibus, vel etiàm Antianis dicti Collegij, & quòd pro dictis talibus omnibus Scripturis pertinentibus ipsi Collegio, nihil recipiat ipse Notarius, ipsi Collegio, & quòd eas omnes Scripturas, & Instrumēta ipsi Collegio pertinētia, & spectātia, vt suprà dare teneatur in publicam formā Successori suo, seu ea registrare, & authenticare in Libris ipsius Collegij vbi registrata sunt, vel erunt alia Instrumenta, absquè aliqua Solutione.

De Officio Canevarii Collegii Notariorum.

Cap. ccc. l.

Canevarius siuè Thesaurarius dicti Collegij recipiat Intratas dicti Collegij, soluatcp, & expendat secundùm quod sibi iniunctū fuerit p ipsos Abbates, p Negocijs dicti

Collegij,& ipsas Expẽsas, & Intratas scribat in vno Libro, quẽ habeat penes se, vltrà Librũ dicti Cãcellarij,seu Notarij. Ita, q̄ vnus Liber,cum altero se concordet. alias vero ipsi Libro,de dato per ipsum Caneuarium,siue Thesaurarium fides non adhibeatur,& quem Librum pariter relinquere teneatur Successori suo,in fine sui Officij.

Et satisdet ille Caneuarius ipsis Abbatibus, nomine ipsius Collegii, recipientibus, in principio sui Officij, de seruando quicquid ad eius manus peruenerit,occasione dictę Caneuariæ, & faciendo ipsum Officium, Bona fide, & consignando, & restituendo quicquid,seu Rationem reddendo de omni eo, quod ad eum peruenerit, dictis Abbatibus, & eorum Successoribus, & quotienscunq; ei requisitum fuerit,ac de satisfaciendo in fine Officij sui,de omni,& toto illo, de quo Debitor repertus fuerit,calculatis calculandis,sub pęna ad voluntatem Abbatum dicti Collegij. CONFESSIONES verò quas fecerit ipse Caneuarius de suo Recepto, nomine præfati Collegij, valeant Soluentibus, ac si factę essent per ipsum Collegium.

DE OFFICIO SYNDICORVM COLLEGII NOTARIORVM.

CAP.ccc.Lj.

SYNDICI simùl, vel diuisìm adsint Caussis dicti Collegij,& pręstent Auxilium,si indè fuerint requisiti,ad Bona dicti Collegij exigenda,& alia pertinentia ipsi Collegio cõsequenda,& conseruanda.

DE SYNDICATV, ET EXAMINATIONE OFFICIALIVM VETERVM COLLEGII NOTARIORVM MEDIOLANI.

CAP.ccc.Lij.

AD hoc, vt Officiales dicti Collegij, illorum Officijs

promptiores, & fideliores sint.

Statuitur, quod facta Electione nouorum Officialium, infrà octo Dies, ex quò intrauerint eorum Officium, teneantur noui Abbates, cum Antianis, vel maiori Parte eorum, sub pęna eorum Salarij, eligere duos Syndicatores, qui debeāt examinare ea, quæ facta fuerint, & agi debuerint per Officiales tunc proximè præteritos, & eos condemnare, & mulctare in eis, quę deliquisse reperirentur, infrà quindecim Dies.

Et ad prædicta facienda possint compelli dicti Syndicatores electi, per omnia Iuris remedia. Et ea, quę fecerint, & ordinauerint Syndicatores prędicti, circà prędicta, Exequutioni mandentur per Abbates dicti Collegij, sub poena prędicta, omni Querela, Nullitate, & Appellatione remotis. Et sit Notarius dictorum Syndicatorum, Ille, qui tùnc erit Notarius dicti Collegij.

Et habeant dicti Syndicatores decimam partem, de qualibet Condemnatione, quam fecerint.

De Ordine Examinandi Notarios Recipiendos in Collegio Notariorum Mediolani, et de Libris, qui fieri debent, in quibus scribant.

Cap. ccc. Liij.

MANVTENEANTVR tres Libri de Chartis Mēbranis inquaternatis in Assidibus, Vnus quorum stet penès vnum ex Abbatibus, Alius penès Caneuarium, siue Thesaurariū dicti Collegij, & Alius penès Gubernatorē Statutorum Cōmunis Mediolani, in quibus sint Scripta, seu scribātur Nomina, & Cognomina, & Signa Notariorum dicti Collegij, & Loci, seu Cōtratæ, in quo, vel qua habitant dicti Notarij ipsius Collegij intrantes ipsum Collegium, & Annus, Mensis, & Dies, quibus ipsi intrant ipsum Collegium,

Et ipsum Collegium non debeat intrare aliquis, qui non sit oriundus de Ciuitate diœcesi, vel Ducatu Mediolani, vel Terrarum Cõmunium, & maior annis viginti duobus, Et qui non se scripserit in dictis Libris non possit tradere, nec rogare Instrumenta, nec pro secundo Notario interesse in Instrumentis, nec recipere Testes.

Quis dicatur Oriundus. Vide glo. Cõmuniter approbatã in. c. 1. in v°. alienigenas de vsur. lib. 6. & in. l. assumptionis, ff. ad Municip.

Et, si alitèr factum fuerit, non valeat, Ipso Iure, Et vltrà, Contrafaciens teneatur ad interesse, & Damnum Passo.

Saluò, q̃ hæc non habeant locum in Notarijs Officialium, in eis tantùm, quę tangerent eorum Officia, & dependentibus ab eisdem.

Nec etiam habeant locum in Instrumentis conficiendis, intèr, vel per Clericos, pro Rebus, & Bonis ecclesiasticis.

Et recepti, & approbati intelligantur illi, qui in ipsis Libris scripti erunt, vt suprà, vel si doctum fuerit per Instrumentũ traditum per Notarium, vel Caneuarium dicti Collegij.

Et, quicunquę scriptus fuerit in ipsis Libris, vt suprà, intelligatur Habilis, & Sufficiẽs ad Officium Tabellionatus exercendum in eo Gradu, & Ordine, in quo receptus, & scriptus reperiatur.

De Notariis examinandis antequam recipiantur.

Cap. ccc. liiij.

SI aliquis, qui ad præsens non sit Notarius intrare voluerit ipsum Collegium, quantùm ad hoc, vt laudetur ad omnia, non aliter recipiatur, nisi prius per Biennium steterit in Mediolano, vel eius Ducatu, aut Diœcesi, &, vt in pręcedẽti Statuto religitur pro addiscendo ipsum Officium penès Notarium, vel Notarios de dicto Collegio Expertum, seu Expertos, & continuè Exercentem, vel Exercentes ipsum Officium, & sit maior annis vigintiduobus, & quòd steterit penès ipsum Notarium, vel Notarios, sic ad discẽdum per

Notarius, Caneuarius, & Quatuor alij de numero Duodecim Sapientum Consiliariorum dicti Collegij.

Et facta Examinatione, si videbitur Duabus Partibus eorum, qui præsentes fuerint, facto Partito intèr eos Recipiẽtes, recipiatur, & se scribat, vt suprà, & alitèr non recipiatur, & si sęcus fieret, pro Recepto non habeatur, & seruata forma, vt suprà. Saluò, quod Abbatibus, & aliis Officialibus, vt suprà, liceat Quẽlibet oriundum, vt suprà, recipere, & laudare, absque eo, quòd steterit per Biennium, vt suprà, vbi aliàs steterit in Studio generali per tres annos.

De Sacramento fiendo per Notarios, Tempore, quo recipiuntur in ipso Collegio. Cap. ccc. lv.

NOTARII autem, qui recipientur in ipso Collegio ad omnia, tempore eorum Receptionis, & antequàm se scribãt in ipsis Libris, iurare teneantur, & iurent ad Sancta Dei Euangelia, corporalitèr tactis Scripturis, præsentibus illis, qui erunt dictę Examinationi, quod Officium Tabellionatus gerent, & facient Bona fide, & in eo non committent Dolũ, nec Fraudẽ, & obseruabũt Statuta, & Reformationes dicti Collegij, & attendent Pręcepta, quę fient eisdẽ Abbatibus, Occasione eorũ Officij per Abbates dicti Collegij, & eisdẽ notificabunt omnes, & singulos, tàm de ipso Collegio, quàm non, Quos sciunt fecisse, vel fieri fecisse Chartam Falsam, vel Actum falsum, vel dixissent Falsum Testimonium, vel produxissent Falsum Testem in Mediolano, vel Districtu.

Et alitèr non recipiantur, nec se scribant, & si Contrafactum fuerit, respectu huius Iuramenti imputetur in Fraudem Notario, & Caneuario dicti Collegij, & condemnetur pro Quolibet, & qualibet vice, in Soldis decem Imperialium.

Et hoc Statutũ specialitèr legatur per ipsum recipiendũ antè ipsum Sacramentum, tempore dicti Sacramenti pręstandi.

Item, quòd rubricabunt omnia Instrumenta, quę in Dies per eos fieri contingerit, infrà duos Menses, à Die eorum Confectionis, congruè referendo.

QVALITER INTRARE VOLENTES COLLEGIVM PRAEDICTVM, QVI VVLGO PRONOTARII APPELLANTVR, DEBEANT EXAMINARI, ET DE QVANTITATE DENARIORVM SOLVENDA PER OMNES NOTARIOS, ET PRONOTARIOS INTRARE VOLENTES COLLEGIVM PRAEDICTVM.

CAP. CCC. LVJ.

De alijs verò Notarijs, qui Vulgo Pronotarij Appellantur Volentibùs intrare Collegium prędictum, fiat Examinatio eorum, per ipsos Abbates, vel alterum eorum præsertim, an sint oriundi, vt suprà, & sciant scribere.

Et, quòd ipsi Pronotarij nō possint rogare, nec facere aliqua Instrumenta, sed solùm possint interesse pro Secundis Notarijs in Instrumentis per aliquos Notarios conficiendis, & tempore eorum Receptionis in ipso Collegio se scribant in ipsis Libris, & soluant Caneuario dicti Collegij, Nomine dicti Collegij recipienti, Soldos viginti Imperialium, & pro venerabili Fabrica Ecclesię Maioris Mediolani Soldos Duos Imperialium, pro quolibet eorum.

Illi verò Notarij, qui fuerint laudati ad omnia, soluant Caneuario prædicto, nomine dicti Collegij, Libras quinque Imperialium, & pro Venerabili Fabrica Soldos Duos Imperialium, pro quolibet eorum.

Et qui scripti fuerint in ipsis Libris teneantur pro Notarijs, & Examinatis.

Et intelligantur omnia solemnitèr facta in eorum Fauorem, & Scripturarum suarum.

Si tamen post Receptionem priuarentur, vel suspenderentur ab ipso Officio, seu Collegio, non possint vti Beneficio prędictorum.

QVOD VENIENS AD SACROS ORDINES, AVT OBTINENS BENEFICIVM ECCLESIASTICVM, IPSO IVRE EXEMPTVS SIT A DICTO COLLEGIO.

De Testamēto rogato per Presbyterū Dec.cons. 551. col.fin. & per Fratrē Religiosum cons. 612. col. 1.

CAP. ccc.Lvij.

SI quis Notarius ad omnia, de Collegio ipso, peruenerit ad Sacros Ordines, vel Beneficiū Ecclesiasticum obtinuerit, Ipso Iure, immediatè, & pręambula hora, antequàm ad Sacros Ordines peruenerit, vel Beneficium ecclesiasticum obtinuerit, vt suprà, Exemptus sit de Collegio prædicto. Adeò etiàm, quod non possit aliqualitèr exercere Officium Notariæ, & Contrà hoc Statutum dispensari non possit, & si factum fuerit, non valeat.

Si exercet An valeat? Fed. cons. 291. Dec. cons. 494. Col. fin. vbi de Communi disputatur.

QVALITER ABBATES PRAEDICTI TENEANTVR FACERE PRAECONIZARI NOMINA NOTARIORVM INFAMATORVM, VEL SVSPENSORVM PER IPSOS ABBATES, ET QVOD NVLLVS DEBEAT EIS PRAESTARE AVXILIVM.

CAP. ccc.Lviij.

ABBATES dicti Collegij teneantur, & debeant sub vinculo Sacramēti, facere pręconizari publicè per Pręcones Cōmunis Mediolani, In Broleto Cōmunis Mediolani, & Locis cōsuetis, tribus Vicibus, diuersis Diebus, omnes, & singulos, qui tempore sui Officij fuerint infamati, priuati, vel suspensi ab ipso Officio Notariæ, per ipsos Abbates, vel Collegium prædictum, & omnes, & singulos Notarios, qui tempore sui Officij exempti essent de ipso Collegio

ex eo, quòd Falsitatem commiserint in Officio Notariæ, vel, quòd non seruassent Mãdata Abbatum suorum, & dicti Collegij. Et quod dicti Præcones debeant præconizare, quòd Nullus de Collegio prędicto audeat, nec pręsumat in Chartis, nec Scripturis, vel in Officio, aut occasione Officij Tabellionatus, dare, nec præstare, nec dari, nec præstari facere Auxilium, Consilium, vel Fauorem illi tali Infamato, vel Exempto, vel Suspenso.

QVOD NVLLVS NOTARIVS DE IPSO COLLEGIO SE SVBSCRIBAT IN ALIQVO INSTRVMENTO, QVOD HABEAT SVSPECTVM FALSI.

CAP. ccc. LIX.

NVLLVS Notarius de ipso Collegio debeat se subscribere, in aliquo Instrumento authẽticato, vel exẽplato, quod habeat suspectũ Falsi, nec faciat aliquod Instrumentũ Cessionis Iurium, & Actionũ, nec alium Cõtractum, super aliquo Instrumento, quod habeat suspectũ de Falso, vel in aliquo sentiat, vel credat aliquod Signũ, vel Indiciũ Suspitionis Falsi, nec etiàm intersit pro Officio Tabellionatus, vbi fiat illud Instrumentũ falsum, vel Cessio Instrumenti Falsi.

QVOD NVLLVS DEBEAT INIVRIARI, NEC OFFENDERE OFFICIALES COLLEGII NOTARIORVM MEDIOLANI.

CAP. ccc. LX.

NVLLVS de dicto Collegio audeat, nec præsumat publicè, nec priuatìm, iniuriari alicui ex Abbatibus, nec alijs Officialibus dicti Collegij, nec alicui ipsorum Minas facere, nec Damnũ dare, nec facere in Personis, vel Rebus, pro aliquibus, quæ agitassent, vel agitarẽt, vel facerẽt, seu facere deberent, occasione alicuius Rei pertinentis ipsi Officio

Notarię, nec ab eo dependentis, nec etiã aliquẽ de ipso Collegio offendere in Persona, vel Rebus, nec eidem iniuriari. Occasione Officij Notarię, vel depẽdentium ab eo Officio.

Et, qui contrafecerit, soluat Offenso, vel Iniuriato, pro qualibet vice, Libras vigintiquinq; Imperialium, & dicto Collegio totidem Libras vigintiquinq; Imperialium.

Et hoc, vltrà alias pęnas, à iure, & ex forma Statutorum, seu Decretorum, limitatas.

Et, quilibet possit accusare, & notificare, & habeat tertiam partem pęnę, quæ in ipsum Collegium peruenire debet.

Et de pręmissis adhibeatur fides Accusanti, seu Notificanti cum eius Sacramẽto, & Sacramẽto vnius Testis Fidedigni.

Et, q; prędicti Abbates sint cognitores, & Iurisdictionem habeãt contrà prædictos quoscunq; Contrafaciẽtes prędictis.

Et habeant Facultatem, & Arbitrium contrà tales Contrafacientes procedendi, eosq; condemnandi, & contrà eos, & eorum Bona Exequutiones fieri faciendi, & eas exigendi, aliquo in contrarium non obstante.

Et vbi per aliquam aliam Personam, alicui de dicto Collegio dicta, vel illata fuerit Iniuria, incurrat eandem pœnam, & Iudex ordinarius, aut Vicarius Prouisionum sit Cognitor, & Decisor, & credatur Accusanti, vel Notificanti cum Iuramento, & vno teste Fidedigno.

QVOD NVLLVS DOMICELLVS, NEC FAMVLVS ALICVIVS PERSONAE, VEL MANSIONIS, POSSIT EXERCERE IN FAVOREM DOMINI, ET CAET. CAP. CCCLXI.

NVLLVS Notarius habitans, & firmã habitationẽ tenẽs cũ aliqua Persona ecclesiastica, Capitulo, vel Cõuentu, aut cũ aliquo Sæculari, & ad eorũ panem & vinũ, roget, vel tradat aliquod Instrumentum in fauorẽ illius talis Personę vel Conuentus, vel Capituli, aut alterius priuati Sæcularis

quo habitauerit,& vt suprà,& si cōtrafecerit,Ipso Iure,non valeat tale Instrumentū,& vltrà,cōdēnetur ꝓ quolibet Instrumēto,in Libris decē Imperialiū,applicādis ipsi Collegio, Saluò,ꝙ hoc non habeat locum in Notariis Illustrissimi Domini, Domini nostri Mediolani.

QVOD NOTARII NON DENT IMBREVIATVRAS SVAS ALICVI, NISI, ET CAET.

CAP.ccc.Lxij.

NVLLVS Notarius Ciuitatis, vel Districtus Mediolani, audeat, nec pręsumat Imbreuiaturas suorum Instrumētorum ab eo rogatorum, nec Dicta Testium ab eo receptorum, Alicui dare, nec dimittere, nisi sit suus Scholaris, seu Discipulus, vel Notarius, vel nisi voluerit aliquod Instrumentum, vel Dicta Testium exindè extrahi facere de praesenti, quo casu, si Alteri dederit pro extrahi faciendo, infrà octauam Diem sibi restitui facere debeat.

Et, qui contrafecerit, soluat pro pęna, Caneuario dicti Collegii, nomine dicti Collegii, pro quolibet Instrumento contēto in ipsa Imbreuiatura, Soldos viginti Imperialiū. Et vltrà Imbreuiaturis talium Instrumentorū fides nō adhibeatur, in fauorem eius, penès quem steterint, nisi illae Imbreuiaturę in guberno positę forent per ipsum Notarium, vel aliā Personā, de qua cōfidat iusta de caussa, putà Absentię ipsius Notarij. Ità tamē, ꝙ non possint dimitti tales Imbreuiaturę, aliqua de Caussa, penès aliquam Mansionē Religionis, nec penès Aliquē in Sacris ordinibus cōstitutum, nec aliam Personā non suppositā Iurisdictioni Potestatis Mediolani.

DE IMBREVIATVRIS NOTARII INFAMATI, VEL PRIVATI GVBERNANDIS, ET CAET.

CAP.ccc.Lxiij.

Penès quem remanere debeant Imbreuiaturae Defunctorum, Vide infrà, cap.377. IMBREVIATVRAE, fo.124 à tergo.

SI Potestas, vel alius Iusdicens, cū Abbatibus praedictis,

Et quid seruandum sit, ad hoc, vt sciri possit vbi haberi debeat recursus pro Inueniendis dictis Imbreuiaturis, Vide infrà, Cap.378. ITEM AD HOC, fol.125, à tergo.

vel ipsi Abbates cum Officialibus dicti Collegij, vel maiori Parte eorum, infamauerint aliquem Notarium, vel eum ab Officio Tabellionatus remouerint, teneantur ipsi Abbates talis Notarij Imbreuiaturas, infra quindecim Dies, pòst talem Infamationem, vel Priuationem, coram eis Abbatibus portari facere, & eas gubernari facere ad corũ Cameram, vel alibi in aliquo tuto Loco, penes Caneuariũ dicti Collegij, vel alterũ ex dictis Abbatibus, q per tẽpora erũt. Ità, ꝙ nulla Falsitas in eis possit cõmitti, nec aliqua alia Persona, nec Iudices de talibus Imbreuiaturis se impedire possit.

De poena proponentium quod aliquis recipiatur in Collegio Notariorum, contra formam Statutorum Collegii.

Cap. ccc. Lxiiij.

SI aliquis de dicto Collegio proposuerit aliquem debere recipi contrà formam Statutorum, vel Ordinum dicti Collegij, in dicto Collegio, soluat Caneuario dicti Collegij, nomine ipsius Collegij, Libras vigintiquinq; Imperialium, & qui supèr ea proposita consuluerit, quòd recipiatur, vt suprà, soluat totidem Libras vigintiquinq; Imperialium, qualibet vice, ipsi Caneuario, nomine ipsius Collegij.

Et, ꝙ quicquid factum fuerit, etiam supèr ipsa Proposita in fauorem ipsius, nullius sit valoris.

De auxilio praestando per Abbates, et Antianos Collegii Notariorum ad inueniendun falsitatem, et dolum, de quibus Accusa, vel Denunciatio fuerit data.

Cap. ccc. Lxv.

SI quis de Collegio prędicto Accusatus, vel Denũciatus,

De pęna facientis, vel fieri Mãdantis Carthã falsam, vel Acta publica falsa, &c. Vide in Constit. sub tit. DE POENIS §. QVICVNQVE FECERIT, folio. 76. à fronte circà finem.
Et de pęna falsum cõmittentis circà Sigillum, Literas, Instrumenta, vel Scripturas Principis, Vide etiã Constit, sub, d, tit, in princ, fol, 72, à tergo.

aut Calumniatus fuerit dolosè fecisse, vel fieri fecisse falsum Instrumentum, vel falsum Actum Iudicialem, vel falsam Scripturam, vel vsum fuisse, aut vti scientèr falso Instrumento, vel falso Actu Iudiciario, vel falsa Scriptura in Mediolano, Ducatu, Districtu, vel Diœcesi, aut Terris Communibus Mediolani. Abbates, & Antiani dicti Collegij teneantur, & debeant, sub Debito Sacramenti, si de hoc Indicium, vel Præsumptionem habuerint, dare, & præstare suum Auxilium, & Consilium, cum effectu, suo posse, etiam cum illo Iudice, vel Officiali, ad quem per ipsos Abbates recursus habebitur, præmissa occasione, proùt in præsentibus Statutis dispositum est, & coràm quo illa Querimonia, seu Calumnia, vel Denunciatio, vel Accusatio facta fuerit, ad veritatem ipsius Criminis inueniendam, & ad puniendū illum talem Calumniatum, vel Denunciatum, seu Accusatum de ipso tali Crimine, de quo repertus fuerit culpabilis.

Et, si indè Sententia contrà eum lata fuerit, interdicatur ei, per Abbates dicti Collegij, auxilium dicti Collegij, & cuiuslibet de dicto Collegio.

Ità, q̃ nullus de ipso Collegio audeat, nec præsumat sub Debito Sacramenti, & Librarum vigintiquinq; Imperialium ipsi Collegio applicandarum, pro quolibet, & qualibet vice, dare, vel præstare illi tali Condemnato Auxilium, vel Fauorem, nec Consilium, nec Seruitium aliquod in Officio, vel Occasione Officij Notariæ.

De pœna Temptantis corrumpere Officialem, vide in Const. folio. 78. à terg. §. SI QVIS INTANTAM.

DE POENA TEMPTANTIS CORRVMPERE ALIQVEM, COLLEGII, ET QVOD ATTEMPTANS INFAMETVR.

CAP. CCC. LXVI.

QVILIBET, qui corrumpere attemptauerit aliquem dicti Collegij, in faciendo, vel fieri faciendo Instrumentum, Actum, vel aliam publicam Scripturā, Falsum, vel Falsam, si hoc

si hoc peruenerit ad Noticiam Abbatum dicti Collegij per Relationem dicti Attēptati, cum vno Teste Fidedigno, vel Denunciatione, vel Notificatione alterius, cum vno teste Fidedigno, teneātur Abbates dicti Collegij eum publicè in Broleto facere infamari, pòst quā infamiam, Nullus de ipso Collegio sibi faciat aliquam Scripturam pertinentem ad Officium Notariȩ, sub pȩna Librarum vigintiquinq; Imperialium, applicanda ipsi Collegio, & insupèr, illa Scriptura Falsa, quæ sibi fieret, si esset authentica, non valeat, nec sibi Fides adhibeatur.

QVOD NVLLVS DE COLLEGIO IPSORVM NOTARIORVM AVDEAT PROPONERE, NEC CONSVLERE, QVOD DICTVM COLLEGIVM HABEAT POTESTATEM, NEC RECTOREM, NISI SIT DE IPSO COLLEGIO.

CAP. ccc. Lxvij.

NVLLVS de prædicto Collegio, audeat, nec præsumat in Consilio dicti Collegij, vel alibi proponere, nec consulere q; dictum Collegium habeat Potestatem, Capitaneum, Rectorem, Protectorem, Defensorem, nec aliquem alium Iudicem, nec Consultorem specialem, quocunq; nomine, seu vocabulo vocetur, nisi fuerit de Collegio prædicto.

Et illi de Collegio prædicto non possint habere alia Officia in dicto Collegio, ab ipso Collegio, quàm illa, quæ superiùs sunt descripta.

Et, si quis contrafecerit, soluat dicto Collegio, qualibet vice, Libras vigintiquinq; Imperialium, quam pȩnam, si non soluerit infrà Dies quindecim, postquàm fuerit indè requisitus per Abbates dicti Collegij, pro Exempto habeatur, & teneatur à Collegio prædicto, per annos Duos tùnc proproximè futuros.

Q

De Servitore Collegii Notariorum praedictorum manutenendo per Collegium Notariorum Mediolani.

Cap.ccc.Lxviij.

MANVTENEATVR per dictum Collegium vnus Seruitor, qui debeat portare Citationes, & Præcepta facere, & similia, prout ei iniunctum fuerit per Abbates, & etiàm Antianos dicti Collegij, vel aliquos eorum, & etiàm facere debeat Seruitia quorumcunq;, & præcipue illorum de dicto Collegio, circa Factum Officij Notariorum, aut pro Negocijs ipsius Collegij, qui Seruitor, habere debeat pro eius remuneratione, & mercede, quolibet Mense, Soldos trigintaduos Imperialium, & non vltra.

Saluo, q̄ pro aliquo Seruitio, vel Ambasiata, quā faceret pro Factis, vel ad Instantiā alicuius singularis, in Ciuitate, Suburbijs, & Ducatu M̄li, possit habere ꝓ remuneratione ꝑut habēt alij Seruitores in similib⁹, ab illo, ad cui⁹ Instātiā iret.

Et, si pro negocijs Collegij iret in Ducatu, soluatur, ei pro eius labore, Arbitrio Abbatum, expensis illius, vel illorum, qui Citari debuerit, seu debuerint, aut aliter, prout videbitur ipsis Abbatibus, & quòd Seruitor ipse vadat quibuslibet octo Diebus de Bancho, in Banchum, pro inquirendo Testamenta facta ad pias Caussas, & q̄ ille Seruitor teneatur ire ad publicandum ipsa Testamenta facta ad pias Caussas, illis, quorum interest, secundùm quod ipsi Notarij eidem imponent, expensis tamèn eorum, quorum interest.

De Imbreviaturis, et Scripturis non raspandis, nec aliter consumandis, sine licentia Abbatum Collegii Notariorum Mediolani.

Cap.ccc.Lxix.

CVM infinita Damna sint illata, & pro Temporibus

inferri possint multis, propter Scripturas, tàm Imbreuiaturarum, quàm Instrumentorum, ex eo, quòd sepissimè abraduntur, & supèr Clipeis, & alijs Operibus ponuntur, Statuitur, quòd nullus audeat vendere, emere, nec recipere, nec abradere, nèc supèr Clipeis, nec aliis Operibus ponere, nèc operari aliquas Imbreuiaturas, nec aliquas alias Scripturas, qualescunq; sint, nèc Instrumenta aliqua, nisi priùs eas ostenderit Abbatibus dicti Collegij, vel alteri eorum, & per eos, vel alterum eorum fuerint examinatę, & ab eis Abbatibus, vel ab altero eorũ fuerint licentiatæ de eorum Venditione, vel Emptione, & Operatura, & qui contrafecerit, componat pro Banno, Caneuario dicti Collegij, nomine ipsius Collegij, pro quolibet, & qualibet vice, Libras viginti quinq; Imperialium, & vltrà ad voluntatem ipsorum Abbatũ, inspecta qualitate Facti, applicãdas, pro medietate dicto Collegio, & pro altera medietate, Cõmuni Mediolani. Et ipsi Abbates, ex Officio suo, possint, & teneantur, quolibet anno, cogere omnes Scudarios, Abrasatores Chartarum, Aurifices, Fabros, & Facientes fieri Drapos, & alios quoscunq; ad voluntatem ipsorum Abbatum, ad iurandum de prædictis seruandis, & cõdemnare quoscunq; Recusantes ad prædicta adimplendum, & Condemnationes faciendas exigere, omnibus Iuris remedijs, etiàm per Personæ Detentionem.

Q QVILIBET IVSDICENS SI PER ABBATES FVERIT REQVISITVS, SIT MERVS EXEQVVTOR HORVM STATVTORVM.

CAP. CCCLXX.

QVILIBET Iusdicens, ac Iurisdictionem Exercens in Ciuitate, & Ducatu, ac Diœcesi Mediolani, si indè fuerit requisitus per ipsos Abbates dicti Collegij, & non aliter, sit Merus Exequutor omnium Statutorum dicti Collegij

prout ab eis requisitum fuerit per ipsos Abbates, vel alterum eorum, qui quidem requisita per Abbates prædictos, debeant, & teneantur Exequutioni mandare, summariè extrà ordinem, ac de plano, & sinè strepitu, & figura Iudicij, etiàm, omni solemnitate, & substantialibus Iuris, omissis, & per omnia Iuris remedia, etiàm per Detentionem Personæ, non obstante Collocatione Caussarum, Captionum, & quolibet alio, in contrarium loquente.

Idem in Ecclesia. c. fi. §. Ordinarii, vbi glo. de Immun. Eccl. lib. 6.

QVALITER NOTARII NON TRADANT INSTRVMENTA IN LOCO INHONESTO.

CAP. ccc. Lxxj.

CAVEANT Notarij, ne Instrumentum aliquod tradant, seu rogent in aliquo Loco inhonesto, suo scire, sub pœna Librarum decem Imperialium, qualibet vice, applicandarum dicto Collegio.

QVOD NVLLVS IVSDICENS COGERE POSSIT ALIQVOS NOTARIOS AD EXHIBENDVM IMBREVIATVRAS, NISI ABBATES COLLEGII PRAEDICTI.

CAP. ccc. Lxxij.

Quo remedio succurratur cõtrà Notarium Nolentem, Bal. in Tract. de Tabel. n°. 33. fo. 421. vbi etiam an Si semel ædidit, possit cogi iterũ ad ędendum, & n°. 36. Vbi an possit cogi ædere sinè Mercede.

NVLLVS Iudex, Rector, nec Officialis, quocunq; nomine censeatur, exceptis Abbatibus prædictis, possit, nec valeat quouis modo, Iure, nec Caussa, cogere Aliquem Notarium, ad exhibendum sibi aliquam Imbreuiaturam alicuius Instrumenti, Qui quidèm Abbates, pariter cogere non possint, nisi primò agatur de Suspitione Falsitatis, vel nisi nominatum specificetur Instrumentum, quod petitur, qua occasione petitur illam Imbreuiaturam exhiberi, quæ Caussa, si legitima Abbatibus videbitur, possint cogere Notarium ad exhibendum.

QVOD NOTARII NON COMPELLANTVR DARE IN SCRIPTIS TESTAMENTA, NISI PRIVS FVERIT EIS SATISFACTVM.

CAP.ccc.Lxxiij.

NVLLVS Notarius possit compelli ab aliquo Rectore, vel Officiali, nec alia Persona, quàm ab Abbatibus Collegij, ad dādum in Scriptis, vel in publicam Formam, aliquod Testamentum Iudicatum, nec relictum alicui alij, quàm Habenti, vel Habentibus Interesse, & eo Casu, etiàm compelli non possit ad dandum, vt suprà, nisi priùs habita Solutione de ipso Testamento, iuxtà Taxationem infrascriptam, vel nisi ipsum Testamentum, cum Legatis integrum, iam recepta Solutione, dedisset Hæredibus Testantis Iudicantis, vel Relinquentis, quo Casu, compelli possit per Abbates Collegij tantùm, dare in exemplum Legata, quæ pertinent ad pias Caussas, & alios Legatarios, absq; Solutione pecuniæ, excepta Solutione Chartæ, & Scripturæ.

DE FIDE ADHIBENDA LIBRIS COLLEGII NOTARIORVM MEDIOLANI.

CAP.ccc.Lxxiiij.

ADHIBEATVR plena fides, tàm in Iudicio quàm extra, Libris Collegij Notariorum Mediolani, in quibus scripta sunt Nomina, seù Subscriptiones ipsorum Notariorum, & cuilibet REPERITVR extracto, vel extrahendo, à dictis Libris, dummodò REPERITVR illud, sit subscriptum, manu Abbatum, seu vnius ex eis, vel Notarij, seu Caneuarij dicti Collegij, vel alicuius eorum, & Libri, Ipso Iure, pro productis habeantur, & intelligantur, in quacunq; Caussa.

QVOD SCRIPTI IN LIBRIS COLLEGII NOTARIORVM TRACTENTVR, ET HABEANTVR PRO NOTARIIS.

CAP.ccc.Lxxv.

Vide etiàm de hoc suprà, cap.353. MANVTENEANTVR, in fine folio.115.à Tergo.

ILLI, qui scripti sunt, seu subscripti erunt in Libris Collegij Notariorum Mediolani habeantur, & tractentur pro Notarijs.

DE FORMA SERVANDA PER NOTARIOS IN TRADENDO INSTRVMENTA DENVNCIATIONVM, QVAE FIENT EXTRA IVDICIVM.

CAP.ccc.Lxxvj.

De alijs seruandis ab ipsis Notarijs in tradendo alia Instrumenta, Vide suprà cap.319. SI QVIS, fol.104. à fronte, & alijs sequentibus, sub Rubrica generali de Solemnitatibus Instrumentorum.

In Quib⁹ Partibus possint fieri Denunciationes, & Oblationes, Vide suprà, cap.6. DENVNCIATIONES. folio. 4. à fronte.

QVICVNQVE Notarius, qui tradiderit aliquod Instrumentum Denunciationis, vel Notificationis, quæ fiat Alicui, extrà Iudicium, antequàm vadat ad tradendum illud, habeat ipsum duplicatum, & si factum fuerit Domi alicuius, vel personalitèr dimittat illud Domi, vel Personæ, contrà quam ipsum fecerit.

Ità, q in eo, quod dimiserit, & retinuerit, nulla sit differentia in substantia Denunciationis, seu Notificationis.

An exprimatur Dies certus ad Actum faciendū? Alex.cõ.90.ad fin.lib°.5°.

HOC INTELLECTO etiàm, quòd in ea Copia, seu Imbreuiatura, quam retinuerit, possit ponere Actum, & Testes. Et, si factum fuerit, vel fieri voluerit contra Aliquem, qui recedet ab Audientia illius Instrumenti, vel ipsum exemplum non recipiat, dimittat ipsum exemplum in præsentia Testium in Loco, vbi inceperit illud tradere, & seruata illa Forma, ità valeat, ac si sempèr præsens stetisset ad audiendum illam Denunciationem, seu Notificationem, Ille, contrà quem facta fuerit, &, si secùs factum fuerit, non valeat Instrumentum Denunciationis, & pro non facta habeatur Denunciatio, seu Notificatio.

Nec intelligatur noticiam, ex hoc, perueniſſe ad eum, contrà quem fieri voluiſſet ipſa Denunciatio, & ſi contingat eum, cui facta fuerit dicta Denunciatio, ſeu Notificatio, audita Denunciatione, vel Notificatione aliquid reſpondere, teneatur Notarius, etiàm de illa Reſponſione, tradere Inſtrumentum, ipſo reſpondente, ſoluente, vel ſoluere parato, eo tunc Notario, pro illa Reſponſione, Soldos duos Imperialium pro Arra.

Et illud idem ſeruet Notarius, pro qualibet, & quibuſlibet Replicationibus, quæ fierent à Partibus, & pro vnaquaq; Replicatione, & Reſponſione habeat Notarius Soldos duos Imperialium, quos, eo tùnc etiàm Reſpondentes, vel Replicantes, Soluere teneantur, & alitèr non teneantur Notarij rogare Inſtrumentum, nec facere Scripturam, de tali Reſpōſione, & Replicatione, & ipſo reſpōdente, & vt ſuprà, ſoluente, vel ſoluere parato dicto Notario, &, ſi ille Notarius prædicta facere recuſauerit, ſoluat pro pęna, in quolibet Caſu prædictorum, & qualibet vice, ipſi Caneuario, nomine dicti Collegij, Libras decem Imperialium, & vltrà ad voluntatē Abbatum dicti Collegij, inſpecta qualitate, Negocij, & credatur Accuſatori, cum Sacramento eius, & vnius Teſtis fidedigni, cuius pęnæ Medietas perueniat in Cōmunitatem dicti Collegij, & alia Medietas, in Accuſatorem, & præſumatur exemplum primæ Denunciationis, ſeu Notificationis, vt ſuprà dimiſſum fuiſſe per Notarium, ſi hoc, ipſe Notarius poſuerit in Nota, ſeu Copia Inſtrumenti, quod penès ſe retinuerit, niſi contrarium probetur per Teſtes, qui fuerint præſentes Rogationi dicti Inſtrumenti.

Et teneatur Notarius, in quolibet exemplo Denunciationis, ſeu Notificationis, dimitendo, vt ſuprà, apponere Nomen, & Cognomen ſuum, Annum, Menſem, & Diem, ſub pęna totidem Librarum decem Imperialium, qualibet vice, & teneatur quilibet Notarius tradere quodlibet Inſtrumentum

Denunciationis, vel Notificationis, ad Postulationem cuiuslibet Volentis Denunciare, vel Notificare, & alia facere, quæ in præsenti Statuto continentur, nisi iusto fuerit impedimento impeditus, sub pœna pro quolibet Notario, & qualibet vice, Librarum trium Imperialium, cuius pœnæ Medietas applicetur Collegio dictorum Notariorum, & alia Parti, quæ illud postulauerit.

Et de prædictis stetur Sacramento illius, qui ipsum Notarium postulauerit cum Sacramento vnius Testis fidedigni.

De Imbreuiaturis Notarii Infamati, vide suprà, cap. 363. SI POTESTAS, fol. 119, à tergo, in fine.

Imbreuiatura, quæ dicatur, & An faciat fidem, & quæ requirat, Dec. ps. 447. per totum.

Et, quod Scripturæ Defunctorum Committantur Alteri ex Iudicis Arbitrio, Io. de Grass. in Tract. de substantia procur. Vers. publicus, nº. 2. fol. 213. vol. 12. Et an veniant Iure Hæreditario, Alex. & Ias. latè post Alios In l. si quis ex Argentariis. §. cogentur. ff. de æden°.

An Agnatus solùm de Parentela admittatur quandò cócurrit cum Cariori? Vidi Iudicari, quod non in Caussa Imbreuiaturarum Domini Hieronymi Soleæ.

PENES QVEM REMANERE DEBEANT IMBREVIATVRAE DEFVNCTORVM.

CAP. CCCLXXVII.

IMBREVIATVRAE eorum Notariorum, qui reliquerint Descendentem, vel Descendentes, remaneant penès vtiliorem in Arte Notariæ ex ipsis Descendentibus, dummodo sit idoneus, & Sufficiens, ad Explerionem ipsarum, in Arbitrio Abbatum, & sit laudatus in Notarium ad omnia.

Si verò nullum Notarium, ex se Descendentem, reliquerit, dentur propinquiori Agnato, qui sit de Collegio Notariorum, & idoneus, & sufficiens, ac laudatus, vt suprà.

Et, si Agnatum nó habuerit, tùnc reponantur penès Cognatum, qui sit de Collegio, & Idoneus, & Sufficiens, ac Laudatus, vt suprà.

Et, si Cognatum non habuerit, tùnc reponantur penès eum de dicto Collegio, quem ille Defunctus reputabat sibi cariorem in Officio Notariæ, & qui melius nouerit Ordinem, quem ille Defunctus tenebat, in suis Instrumentis, & Imbreuiaturis, & qui sit idoneus, & Sufficiens, ac laudatus, vt suprà, nisi ille Defunctus, de ipsis Imbreuiaturis aliud prouiderit, quo casu, remaneant penès illum, de quo Defunctus prouiderit, dummodò sit sufficiens, idoneus, ac laudatus, vt suprà.

Et intelligatur prouidisse, si ipsum Hæredem Vniuersalem in toto, vel in Parte instituerit. Et si plures Hæredes instituerit, reman[illegible] penès vtiliorem in Officio Notarię. Et ille, penès quem er[illegible] dictæ Imbreuiaturæ, eodem modo, teneatur eas seruare, vt dictum est in pręcedentibus Statutis.

Cessantibus verò Casibus prædictis, vel eis non existentibus, vel aliquo eorum, & nolentibus, vel eis non possentibus, aut nolente, & vt suprà, Authoritatem explendi dictas Imbreuiaturas assumere, vel ipsis absentibus, dictæ imbreuiaturæ reponātur penès aliquem Notarium de dicto Collegio, qui sit laudatus ad omnia, vt suprà, & idoneus, eligendum per Abbates dicti Collegij. Et de cætero non concedatur alicui Notario Authoritas explendi aliquas imbreuiaturas, per aliquem Iusdicentem, sed solùm per ipsos Abbates, & alitèr concessa non valeat, & ille, cui concessa aliter fuerit, componat Caneuario dicti Collegij, nomine ipsius Collegij, pro pęna, Libras vigintiquinq; Imperialium, quæ pęna exigi possit per ipsos Abbates, & eorum Caneuarium sinè aliqua Exceptione, & sine aliquo Litigio.

Et alitèr non concedatur dicta Authoritas, nisi modo, quo suprà.

Et, si contigerit tempore Decessus Notarij Relinquentis Imbreuiaturas, nō adesse aliquem Descendentē ipsius Defuncti idoneum in dicto Officio Notarię, ex quo contingat, quòd penès Alium, sint repositę ipsius Defuncti Imbreuiaturæ, & posteà cōtingat aliquem ex Descēdentibus idoneū fieri, & velle ipsum Officium exercere, & ipsas Imbreuiaturas Ascendentis sui, penès se assumere, & Authoritatē explēdi suscipere, ei detur, & tùnc restitui debeant tali Descēdenti Imbreniaturæ ipsius sui Ascendentis, per eum, penès quem sunt repositæ. Qua Restitutione facta, intelligatur Restituens Liberatus ab Exhibitione dictarum Imbreuiaturarū, & ipse Descēdens, cui fuerint restitutæ, intelligatur

Obligatus ad ipsarum Exhibitionem, prout erat prius.

Et prædicta Restitutio, fiat sine aliquo Litigio.

Et, si dubium oriatur, an aliqua Imbreuiatura esset reposita penès Notarium Habentem, seu, qui habuerit Authoritatem explendi, & alitèr probari non posset, stetur Sacramento ipsius Notarij, qui habebit, vel habuit Authoritatem explendi.

Et in casu, quo contingeret concedi Authoritatem explendi dictas Imbreuiaturas, alteri, quàm Hęredi Defuncti, quòd ille Notarius, cui concedetur authoritas explendi, teneatur dare Hęredibus Defuncti, cuius erant Imbreuiaturæ, vel ei, cui fuerunt legatę, Dimidiam Partem Lucri, seu Cōmodi, quod percipietur per ipsum Habentem Authoritatē prędictam, ex dictis Imbreuiaturis, nisi alitèr fuerit in Concordia cum dictis Hęredibus, sinè aliqua Exceptione, & Litigio.

Et, quæ dicta sunt suprà de Imbreuiaturis Defuncti, habeant locum etiàm in Imbreuiaturis alterius Notarij, quę essent repositę penès eum Defunctum, & quas explendi habuisset Authoritatem ipse Notarius.

Nota etiàm, quod Disposita circà Imbreuiaturas Defunctorum habent locū in Imbreuiaturis Notariorum se Absentātium, vel Religionem Intrantiū, vt dicitur infrà, cap. 384. ITEM QVOD fol. 127. à tergo.

DE EODEM.

CAP. ccc. LXXVIII.

ITEM ad hoc, vt vnusquisque sciat, vbi recursum habere debeat de ipsis Imbreuiaturis, & ne quis remaneat impeditus, fiant tres Matriculę in Chartis Membranis, in quibus, & qualibet earum, quilibet Notarius, cui de cętero fuerit Authoritas concessa, vt suprà, teneatur infrà octo Dies, proximos, pòst Concessionem dictę Authoritatis, scribere Nomen, & Cognomen suum, & Nomen, & Cognomen Notarij Defuncti, cuius Imbreuiaturas habebit, & pro quibus explendis habebit Authoritatem, vt suprà, & Nomen, & Cognomen cuiuscunque alterius Notarij, cuius Imbreuiaturę peruenissent in ipsum Defunctum, & ab eo Defuncto

in ipsum, & nomen Contratę, seu Loci, in qua, vel quo habitabat, seu habitabit ille Notarius habens Authoritatem, vt supra, & etiam Nomen Notarij, qui tradidit Instrumentum Authoritatis sibi concessæ.

Et hæc omnia, sub pœna cuilibet Contrafacienti, cui Commissa fuerit Authoritas, vt suprà, Librarum vigintiquinque Imperialium Collegio Notariorum Mediolani applicandarum, Et vltrà, Ipso Iure, sit priuatus abindè in antea dicta Authoritate, & Alij concedatur de Cōsensu dictorum Abbatum, & vtriusque eorum dicta Authoritas, & dictæ Imbreuiaturæ ei tradantur, qui scribat in dictis Matriculis, vt suprà, & quilibet possit accusare, & habeat Medietatem dictæ Condemnationis. De quibus Matriculis vna stet penès Caneuarium dicti Collegij, alia penès vnum, ex dictis Abbatibus, dicti Collegij Notariorum Mediolani, & alia penes Officium Prouisionum Communis Mediolani.

De eodem.

Cap. ccc. Lxxix.

ITEM quòd, quilibet Notarius Habens pro tempore præterito Authoritatem explendi aliqua Instrumenta alicuius Notarij Defuncti teneatur, eodem modo, infrà Mensem vnum proximefuturum, scribere in dictis Matriculis Nomen, & Cognomen suum, & Nomen, & Cognomen illius Notarij Defuncti, cuius Imbreuiaturas habebit, & pro quibus fuerit concessa sibi Authoritas, vt suprà, & Nomen Contratæ, seu Loci, in qua, seu quo habitabat, seu habitabit ille Notarius Habens Authoritatem, & nomen Notarij, qui tradidit Instrumentum Authoritatis sibi concessæ, sub pęna prædicta, applicanda, vt suprà.

De eodem. Cap. ccc. Lxxx.

ITEM, quòd omnes, & Singuli Habentes, vel Scientes,

qui habuerint aliquas Imbreuiaturas, Scripturas Notas, vel Instrumenta alicuius Notarij Defuncti, vel Absentis, à Ciuitate, vel Ducatu Mediolani, nõ Audẽtis, seu Nolẽtis habitare in Ciuitate, vel Ducatu Mediolani, teneantur, & debeãt, videlicet. Illi de Ciuitate Mediolani infra Dies quindecim proximè futuros, & illi de Ducatu, intrà Mensem vnũ, proximè futurũ, hoc Notificare in Scriptis Abbatibus Collegij Notariorum Mediolani, sub pęna Librarum vigintiquinq; Imperialium, applicandarum Caneuario dicti Collegij, nomine ipsius Collegij, pro quolibet eorum.

Et vltrà Instrumentis, Imbreuiatis, & Notatis, in eis, non adhibeatur Fides in fauorem eius, penès quem essent, vel reperirentur ipsæ Imbreuiaturæ, si prædicta non notificaret, vt suprà.

De eodem.

Cap. ccc. Lxxxj.

ITEM quòd non sit aliquis, qui recipiat aliquas Imbreuiaturas, alicuius Notarij Defuncti sinè licentia suprascriptorum Abbatum, vel alterius eorum, sub pœna Librarum quinquaginta Imperialium, applicandarum dicto Collegio Notariorum Mediolani, cuius pœnæ sint Exequutores ipsi Abbates, & quilibet possit accusare, & habeat Medietatem dictæ Condemnationis, & eo casu, alterius Medietatis, vna medietas perueniat in Commune Mediolani, & reliqua in Accusatorem.

Et idẽ habeat locũ in eo, qui retineret Imbreuiaturas alicuius Notarij Defuncti, per quindecim Dies, pòst Mortẽ talis Defuncti, sinè licẽtia Abbatum, vel alterius eorũ, vt suprà.

De eodem.

Cap. ccc. Lxxxij.

ITEM, quòd omnes, & singuli Antiani Parochiarum

Ciuitatis Mediolani,pręsentes,& futuri,& omnes,& singuli Cōsules,& Officiales, Cōmunium,Burgorū, Cassinarum, Molēdinorum,Castrorum,Terrarum,& Villarum Ducatus Mediolani,pręsentes, & futuri, teneantur, & debeant notificare in Scriptis Abbatibus dicti Collegij Notariorum Mediolani,Nomina Notariorum tradentium,seu rogantium Instrumenta, & qui exercent, & exercebunt Officium Notarię,qui decedent de cętero,scilicet,illi de Ciuitate Mediolani, omnia Nomina Notariorum exercentium, & qui exercebunt, seu exercuerint Officium Notarię, qui de cętero decedent in dictis Parochijs, & earum qualibet, infra Dies octo proximos, pòst Mortem eorum, & cuiuslibet eorum,singula singulis congruè referendo.

Et illi de Ducatu, omnia nomina Notariorum exercentium, & qui exercebunt dictum Officium Notarię, qui de cętero decedēt in dictis Burgis,Locis,Cassinis,Molēdinis,Castris, Terris, & Villis dicti Ducatus, & quilibet eorum infrà Mensem vnum proximum pòst Mortem eorum Notariorum,& cuiuslibet eorum,singula singulis congruè referendo,ad hoc,vt supèr Imbreuiaturis eorum Notariorum, qui de cętero Decedent, vt suprà,possit talitèr prouideri, quòd quilibet sciat,vbi recursum habere debeat de ipsis Imbreuiaturis, & hoc, sub pęna Librarum decem Imperialium, pro quolibet Antiano Parochię, in qua habitasset talis Defunctus, & totidem Librarum, pro quolibet Consule,vel Officiali Terrę, vel Loci,& vt suprà,in quo habitasset talis Notarius Defunctus, applicandarum Collegio Notariorum Mediolani,nec ipsi Notificatores quicquam accipiāt.

De eodem.

Cap.ccc.Lxxxiij.

Item, quod Abbates dicti Collegij teneantur quàm Citiùs poterunt, Saltèm infrà Mensem vnum pòst Mortem

cuiuslibet Notarij,& Scientię,vt suprà,prouidere circa eius Imbreuiaturas,& alteri Notario, ad omnia laudato, vt suprà, authoritatem concedere, modo, & forma, & prout suprà dispositum est.

DE EODEM.

CAP. ccc.Lxxxiiij.

ITEM, quod dictum est de Notarijs Defunctis, & qui de cætero decedent, vt suprà, Locum habeat, & etiàm obseruetur in Notarijs exercentibus, & qui exercebunt, seu exercuerint dictum Officium Notarię, absentibus, & qui se absentabunt à Ciuitate, & Ducatu Mediolani, qui non audent, vel nolũt, seu non auderent, vel nollent habitare in Ciuitate, nec Ducatu Mediolani, & etiàm eorum, qui per ingressum, Religionis, vel alitèr fuerint excépti, à Collegio, scilicet, quòd dentur in Scriptis per modum, vt suprà fit mentio, omnia Nomina talium Notariorum absentium nunc, & in futurum se absentantium, vt suprà, & vt suprà, infrà Mensem vnum proximè futurum, & etiàm omnia Nomina talium Notariorũ, qui de cętero se absentabunt, vel absentari contingent, vt suprà, vel vt suprà, infrà Annum vnum pòst eorum, & cuiuslibet eorum Absentiam, vel, vt suprà, sub pęnis prędictis, vt suprà, singula singulis, cõgrua congruis, sempèr referendo, applicandis, vt suprà, ad hoc; vt etiàm supèr eorum Imbreuiaturis possit prouideri, & prouideatur, proùt in præsentibus Statutis ordinatum est.

DE EODEM.

CAP. ccc.Lxxxv.

ITEM, quod de prædictis Ordinatis de Imbreuiaturis Notariorum Defunctorum, notificandis, & de Morte, & Absentia Notariorum, vel Ingressu Religionis, & vt suprà, & qui de cætero decedent, & se absentabũnt, & qui sunt

Absentes notificandos in Scriptis. & de illis, qui vtuntur, & vti voluerint Papiro, & Chartis, de quibus in præsentibus Statutis fit mentio, fieri debeat Crida, omni anno, saltim bis in anno, tempore magis opportuno, quas quidem Proclamationes fieri facere teneantur Abbates dicti Collegij.

De eodem.

Cap. ccc. Lxxxvj.

Item postea quàm data fuerint in Scriptis nomina ipsorum Notariorum defunctorum, & Absentium, & qui de cętero decederent, vel se absentabunt, vel, vt suprà, Abbates dicti Collegij Notariorum Mediolani, statim mittant acceptum, vel in tuto loco ad reponendũ Imbreuiaturas eorum Notariorum, vt super eis disponi possit, vt in præsentibus Statutis ordinatum est, & ad hæc exequenda teneatur Dominus Potestas Mediolani, & eius Vicarius, & Iudices, & quilibet Alius Officialis, vel Iurisdictionẽ Exercẽs, & quilibet eorũ, si requisiti fuerint, eisdem Abbatibus dicti Collegij, vel eorum Nuncijs dare validum Auxilium, Consilium, fauorem, & Iuuamen, cum effectu, modis omnibus.

De eodem.

Cap. ccc. Lxxxvij.

Item, quòd Abbates dicti Collegij non habeant Potestatem faciendi aliquas Expensas in dicto Collegio, nec disponendi de pecunia Collegij, vltrà quantitatem Floreni vnius, pro qualibet vice, exceptis Salarijs Officialium dicti Collegij Notariorum, sine consensu, & deliberatione aliorum Officialium dicti Collegij, vel maioris Partis eorum.

De eodem.

Cap. ccc. Lxxxviij.

Item, quòd Dominus Potestas, & eius Vicarius, &

Iudices,& quilibet alius Officialis, vel Iurisdictionẽ Exercens,& quilibet eorum, teneantur, & debeant, si requisiti fuerint,dare,& præstare dictis Abbatibus, & Officialibus dicti Collegij, validum Consilium,Auxilium,Fauorem, & Iuuamen validum cum effectu,pro omnibus, & singulis in præsentibus Statutis contentis,exequendis.

DE EODEM.

CAP.CCC.LXXXIX.

ITEM, ad hoc, vt Abbates,& Officiales dicti Collegij sint Promptiores,& magis prouidi,circa eorum Officia, & maximè in recipiendo Notarios in dicto Collegio, ipsi Abbates, & Officiales dicti Collegij statim, cum electi fuerint in Officio iurent, & Sacramentum faciant,vt infrà,quod Sacramentum scribatur in Actis dicti Collegij,vt suprà.

DE EODEM.

CAP.CCC.LXXXX.

Sacramentum Abba. & Officialium.

IMPRIMIS,q; facient eorum Officium, bona fide,& sinè Fraude,& q; seruabunt,& Exequutioni mandabunt,pro posse,Statuta,& Consuetudines dicti Collegij, & maximè Statuta loquentia, seu Disponentia supèr Laudatione, & Receptione Notariorum intrantium, seu intrare volentium in dicto Collegio,tàm ad Officiũ,quàm ad omnia,& etiàm Statutum disponens de congregatione Officialium, & Consiliariorum,facienda pro negocijs dicti Collegij,& pro Inquisitione facienda Falsitatum,& cætera.

Quod est suprà, cap.344. folio.111.à tergo.

Quod Statutũ incipit, OFFICIVM ABBATVM HOC SIT.

DE EODEM.

CAP.CCC.LXXXXI.

ITEM, q; toto suo posse, inquirent Falsitates, & eas Notificabunt Domino Potestati Mediolani, vel eius Iudici Maleficiorum,

Maleficiorum, vel Domino Vicario Prouisionis, prout eis melius videbitur.

De eodem.

Cap. ccc. Lxxxxij.

ITEM non laudabunt Aliquē ad omnia, nisi prius diligētèr inquisiuerint, toto suo posse, de Sufficiētia, Moribus, & Vita, ac Voce, & Fama illius Laudādi, & nisi eū Sufficiētem, & Idoneum inuenerint, etiā, nisi seruatis statutis, supèr hoc æditis, & nulla Personarum Acceptatione, vel Affectione super hoc, habita, remotis etiàm Præcibus supèr hoc.

De eodem.

Cap. ccc. Lxxxxiij.

ITEM, q in his, quę per eos occurrerent facienda, Terminanda, declaranda, vel diffinienda, seu cōsulenda, quæ tangerent Negocia dicti Collegij, vel eius honorē, & quæ dispositia non sint in Statutis dicti Collegij, non procedent ad aliquam Exequutionem, Terminationem, Declarationem, & Diffinitionem sine Consensu, & Deliberatione Meliorum de Collegio prædicto, quos melius habere poterunt.

De eodem.

Cap. ccc. Lxxxxiiij.

ITEM, q toto suo posse intendent Negocijs dicti Collegij, & Procurabunt, toto suo posse, Commodum, & Vtilitatem dicti Collegij.

De eodem.

Cap. ccc. Lxxxxv.

ITEM in eligendo nouos Officiales in dicto Collegio Procurabunt eligere de Melioribus, & Sufficiētioribus de dicto Collegio, qui poterūt esse officiales, & quos nouerint,

& putauerint esse Meliores, & Habiliores pro vtilitate, & Conseruatione dicti Collegij, & Exterminatione Falsariorum, & Committentium Falsum, omissa qualibet Personarum Exceptione, Similiter, & Affectione, & precipue meliores Abbates, Caneuarios, & Notarios.

DE EODEM.

CAP. ccc. Lxxxxvj.

ITEM, quod simile Sacramentum dabunt alijs Abbatibus, & Officialibus per eos eligendis, qui similiter etiam teneantur simile Sacramentum dare alijs nouis Officialibus, & sic successiue deinde seruetur.

Quid detur Notariis explentibus Instrumenta, ex Authoritate, Vide suprà, cap. 177. IMBREVIATVRAE, vers. ET IN CASV, folio. 125. à Terg. & infrà. Sub Rubrica TAXATIO Mercedis, & c. Cap. 401. VT TOLLATVR, vs. INSTRVMENTA verò, fol. 136. à fronte, in fine, & in Nouiss. sub Rubrica DECLARATIONES, ET CORRECTIONES TAXAE, &c. Cap. 217. STATVITVR, vs. ITEM PRO INSTRVMENTIS, folio. 61. à fronte in fine.

DE INSTRVMENTIS EXPLENDIS PER AVTHORITATEM.

CAP. ccc. Lxxxxvij.

INSTRVMENTIS expletis, & explendis per Authoritatem, scilicet, de quibus fuerint rogati Notarij Mediolanenses Defuncti, vel Absentes, credatur, & illa fides adhibeatur, quae adhiberetur Instrumentis expletis per Notarios, qui de eis fuerint rogati, dummodò sint signata, seu subscripta per Abbates, vel duos Antianos Collegij Notariorum Mediolani, qui in eorum Subscriptionibus protestentur vidisse Imbreuiaturas eorum Instrumentorum, easquè Imbreuiaturas cum expletis examinasse personalitèr, & repetuisse tales Habentes Authoritatem Debitum suum fecisse in explendo ipsa talia Instrumenta, apponendo Annum, Diem, & Mensem Subscriptionis, in ipsa Subscriptione. Ità tamen, quòd Habentes Authoritatem explendi, vt suprà non sint exempti, quin teneantur Imbreuiaturas exhibere in Iudicio, & extrà, & quòd, siuè exibeantur Imbreuiaturę, siuè non, nõ retardentur Exequutiones Instrumentorum. Et nihilominùs Instrumenta, suum sortiantur Effectum.

Saluò, si contrarium appareret ex inspectione Imbreuiaturarum.

Et, nè prò Subscriptionibus faciendis per Abbates, vel Antianos, vt suprà, imponatur graue Onus, Statuitur, ipsos taliter Subscribere Debentes, non computato Notario, qui habeat Authoritatem explendi, pro tali Subscriptione non posse recipere in totũ, nisi Soldos duos Imperialiũ, pro quolibet Capreto scripto, & pro singulo Abbate, seu Antiano.

Et de talibus Subscriptionibus fieri debeat nota in vno Libro Chartæ, tenendo per Officium ipsorum Abbatum, vel Antianorum, deindè penès Sucessores suos in Officio.

Qui Libri, sinè aliqua Solutione ostendi debeant Petentibus, & vbi non appareret ipsa Memoria supèr Libro, vt suprà, nihilominùs Instrumenta, suum sortiantur Effectum.

Et vbi Instrumenta, quæ ex Authoritate fuerint expleta, nõ habuerint tales Subscriptiones Abbatum, vel Antianorũ, vt suprà, sed fuerint Subscripta per Notarium, qui habuerit Authoritatem, non censeantur propterea non valere, sed eorum Imbreuiaturæ Exhiberi debeant, proùt Exhiberi debebant antequã superindè fieret Decretum, vel Statutũ.

Et An lapso tempore Statuto ad producendum Dec. ꝯs°. 467. col. pen. vs. non obst

DE EODEM.

CAP. CCC. LXXXXVIIJ.

ITEM, ad releuandum Illos, qui habuerint producere Instrumenta, quæ fuerint expleta ex Authoritate à Productionibus Instrumentorum, per quę Authoritas fuerit concessa explendi talia Instrumenta, vel Acta confecta à Notariis Defunctis, Statuitur, quòd Fides adhibeatur dictis tribus Matriculis, tenendis, vt suprà, in quibus Habentes Authoritates, secundùm formam horum Statutorum, descripserint, quòd Authoritates concessæ fuerint, vt suprà, & Libri ipsi, sempèr pro productis in quibuscunq; Caussis habeantur.

De Pœna Opponẽtis Aliquem non esse Notariũ Vide suprà, Capite. 82, ALLEGATIO, folio, 29. à tergo.

Quid si fiant sinè Iudice? Gem. 98, 57. col. 4.
Idē Disponitur per Cōst. sub. tit. DE TRANSVMPTIS FACIENDIS, fol. 66, à frō.

De Transvmptis faciendis.

Cap. ccc. lxxxxix.

TRAMSVMPTA fieri possint, & veleant coràm quocunque Iudice competenti illius, coràm quo Transumptum fieri, petitum fuerit, dummodò intersint etiam Abbates, vel duo Antiani Collegij Notariorum Mediolani, & intersint duo alij Notarij Collegij, & postmodum Fides adhibeatur Transumpto, quemadmodum Originali, dummodò habeat ipsas quatuor Subscriptiones, vltrà Signaturam Iudicis, apponendo Annum, Mensem, & Diem Subscriptionis, in ipsa Subscriptione.

Et fieri possit Transumptum sinè aliqua Citatione, & habeatur pro solemnitèr Facto.

Saluò, si contrarium appareret per inspectionem Imbreuiaturæ ipsius talis Instrumenti de quo factum fuisset Transumptum, vel per inspectionem alicuius publicæ Scripturæ, de qua factum fuisset Transumptum, de qua fieri possit Transumptum, etiam seruatis, modo, & forma Suprascriptis, quod Transumptum fieri possit, etiam de alio Transumpto, solemnitèr facto, & etiàm de quolibet Instrumento, ex Authoritate expleto, dummodò constet de Imbreuiatura, aùt, quòd habeat Subscriptiones, modo, & Forma, Suprascriptis, vbi autèm Transumpta fieri voluerint, alitèr, Seruata Forma Iuris, fieri possint, & valeant.

AVT QVOD, &c. Hęc Claussula non est in Cōst. Ideo aduertatis.
De forma Iuris, habes in Auth. Si quis in Aliquo, vbi Bar. & Scribeñ. Maximè Ias, in p°. & 2°. col. C. de ędem. Socy. 98, 187. 1°. 2°.

De Diebvs qvibvs Instrvmenta rogari non possint, et in qvibvs Diebvs Avthoritates, et Decreta interponi valeant, et caet.

Cap. cccc.

De Diebus festiuis, quibus non redditur Ius, Vide suprà, cap. 110. AD HOC, fo. 37. à fronte.

IN Diebus Dominicis,
Incarnationis,
Natiuitatis, &

Circuncisionis Domini nostri Iesu Christi,
Epiphaniæ,
Ascensionis Domini nostri Iesu Christi,
Natiuitatis,&
Assumptionis beatæ Virginis Marię,
Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ,
Die festo Sancti AMBROSII huius Almæ Ciuitatis Mediolani Patroni, quod Festum celebratur, Die septimo Decembris,
Aliqua Instrumẽta cuiusuis generis,& maneriei,& sub quocunq; vocabulo nuncupentur, in Ciuitate, vel Ducatu Mediolani, (Instrumentis
Testamentorum,
Codicillorum,
Vltimarum Voluntatum,
Pacis,
Dotium,
Matrimoniorum,
Sponsaliciorum,
Protestationum,& Consignationum, tàm Bonorum Paraphrenalium, quàm Pecuniæ,& aliarum Rerum, vbi ex lapsu Temporis, Periculum immineret,
Legitimationis,
Donationis,
Necnon illis, quæ fierent de ACTIBVS, ad voluntariam Iurisdictionem pertinentibus, ac
Instrumentis quibuscunq; CAMERAE, siuè Statui Ducali pertinentibus, ac etiàm
Instrumentis intèr Personas ECCLESIASTICAS vel de Rebus Ecclesiæ, aùt PIORVM LOCORVM, idest, Elemosinariorũ,& cuiuslibet eorũ, dumtaxàt exceptis) ROGARI NON POSSINT. Sub pęna cuilibet NOTARIO contrafacienti, Florenorum vigintiquinq; Auri,

Multa conceduntur contra Regulas Iuris vbi periculum est in Mora, vt latè prosequitur Hyppol. in pract. Crimin. §. p°. col. 2°, & seq.

applicandorum pro Tertia Parte Ducali Cameræ, pro alia Tertia Parte, Collegio Notariorum Mediolani, & pro alia Tertia Parte Accusatori, pro singulo INSTRVMENTO, in dictis Diebus, aut aliquo eorum, ROGATO, EXCEPTIS, vt supra.

Et vltra, tale Instrumentum, in contrarium Factum, Ipso Iure, non valeat, & Notarius Contrafaciens, emendare teneatur interesse, Damnum Passo.

Quòdq; in omni Instrumento teneatur Notarius apponere certum Diem Rogationis ipsius Instrumenti, putà Die Lunæ, Die Martis, & cætera, & sub quo numero Dierum, sub pęna, vt suprà, applicanda, vt suprà.

An Errorem circà Diem, & Indictionem, possint corrigere? Bal. in Tract. de Tabell. n°. 47. fo. 223. vol. 5.

Prętereà Quilibet Iusdicens, & seu Consul, Authoritates, & Decreta in Instrumētis quibuscūq; interponere possit, quolibet Die, etiàm Feriato, exceptis tamē Diebus exceptuatis, vt suprà, nec non etiā reseruatis Diebus festiuis, videlicet,

Per Const. sub tit. de ferijs, §. IN DIEBVS, fol. 42. à fron. prouisum est, q; Iudices possint Interponere Authoritates in Diebus, quibus licitum est Notariis rogare Instrumenta.

Sanctorum Stephani, qui celebratur Die, xxvj. Decembris,
Ioannis Euangelistæ,
Innocentum,
Sancti Siluestri,
Sex Diebus proximè pręcedentibus Festum Paschę Resurrectionis, & totidem pòst,

ET TOTIDEM POST, ista verba addita sunt, sic Disponeñ. cap. 414. STATVTO, In Nouissimis fo. 140. à fronte, in fine.

Duobus diebus proximè sequentibus Festum Paschæ Pentecosten,
Die Purificationis Beatæ Virginis Mariæ,
Duodecim Apostolorum,
Sancti Laurentij,
Dedicationis Sancti Michaelis,
Festi omnium Sanctorum, quod celebratur, Die primo Nouembris,
Cæterisq; Solemnitatibus, quas Dominus ARCHIEPISCOPVS Mediolanensis, in Diœcesi Mediolanensi, cum Clero, & Populo duxerit solemnitèr venerandas,

Taxatio Mercedis Expletionum Instrumentorum, et Publicarum Scripturarum.

Cap. cccc. j.

VT tollantur Ambiguitates, & Difficultates, circa Solutiones faciendas Notarijs, pro habendis Instrumentis, & publicis Scripturis, Statuuntur, & limitantur infrascriptæ Taxationes, proùt infrà.

Quid, si vltrà hanc Taxationem aliquid exigitur, Vide in Nouiss. cap. 217. STATVITVR, vs. fin. ITEM QVOD, folio, 82. à fron. in princ.

De Taxatione Mercedis Notariorum Caussarum Ciuiliũ, & Criminaliũ, Daciorum, & aliorum, Vide in Nouis. sub capite. 216. NOTARII, fol. 70. à froute in fine, per totum.

Primò, pro Rogatione, & Expletione vnius Simplicis Procuræ ad Caussas vnius Masculi, Parte Chartam, & Scripturam soluente, & Notario ab eius, vel sui Procuratoris Bancho, seu Domo non recedente, Soldos tres Imperialiũ.

Hæc Dictio PARTE apposita est, & apponetur etiàm infrà in similibus Casibus, sic disponente, cap. 217. STATVITVR, in prin. folio, 80. à frõte, in Nouis.

Si fuerit pro vna Muliere, cum Consensu Agnati, Soldos quatuor Imperialium.

Et pro vna Actoria ad Caussas, Soldos sex Imperialium, & alibi abindè suprà, iuxtà Abbatum Discretionem.

Et pro Renunciatione, & Ratificatione Instrumentorum prædictorum, debitè referendo, totidem.

Pro vño Mandato simplici, vnius simplicis Claussulæ, Soldos octo Imperialium, & abindè supra, vltrà, vt suprà, ad cõputum Soldorum trium Imperialium, pro singula Claussula, Parte Chartã, & Scripturam Chartę, sempèr soluente, & hoc, vltrà Suprascriptos Soldos octo. Et pro Renũciatione, & Ratificatione similis Instrumẽti Soldos octo Imperialiũ.

Pro vna Confessione, vel Liberatione, absq; alijs Narratiuis, & Solemnitatibus Rei, vel Iuris valentis. à Libris centum Imperialium infrà, Soldos quinq; Imperialium. Parte Chartam, & scripturam soluente.

Et abindè suprà, vsq; ad Libras quingentas Imperialium, Soldos decem Imperialium. Et abinde suprà, vsq; ad Libras duasmille Imperialium, Soldos viginti Imperialium.

A Libris verò duabusmille supra, vsq; ad sexmille Libras, Libram vnam, & Soldos duodecim Imperialium. Et a Libris sexmille, vsq; in decemmille, Libras tres Imperialium, Et abinde suprà, pro quacunq; quantitate, Libras quatuor Imperialium.

Et hęc omnia ad Banchum, & nō habita alia faticha, & absq; alijs Narratiuis, & Solemnitatibus. Si vero alibi, quàm ad Banchum, vel ad Domum Notarij, soluatur, tàm pro praesenti Instrumento, quàm pro alijs quibuscunq; Instrumentis, vltra Mercedē Taxatam, Merces Andatarum, & Temporis perditionum, si accidet, Abbatum Arbitrio.

Pro vna Inuestitura temporali simplici, videlicet, absq; alijs Narratiuis, & Solemnitatibus Rei, vel Iuris valentis, à Libris Centum Imperialium infra, Soldos octo Imperialium, Et abindè suprà, vsq; ad Libras quinquecentum Imperialium, Soldos duodecim Imperialium. Et abindè, suprà, vsque ad Libras duasmille Imperialiū, Soldos triginta duos Imperialium, Et abinde supra, vsq; ad quamcunq; quantitatem, Libras quatuor Imperialium, semper Parte Chartam, & Scripturam soluente, & aestimetur Res valere ad Computum, de quinq; pro Centenario, eius Redditus in Anno.

CORRECTVM EST. Vt in Nouiss. d. cap. 217. STATVITVR, vs. ITEM, fol. 80, à fron.

Et, si fuerit Emphyteotica, siuè in vim Locationis, siuè Recognitionis Emphyteoticę, sinè tamèn Pactis Rei, vel Iuris, valentis, à Libris ducentum Imperialium infàr, Soldos viginti Imperialium, Parte Chartam, & Scripturam soluēte, Et abindè suprà, vsque ad omnem quantitatem, vltrà, vt suprà ad Computum Soldorum duorum Imperialium pro singulo Centenario Librarum Imperialium.

CORRECTVM, Vt habetur in Nouiss. ut suprà proximè.

Ex ordinatione Collegii Soluūtur Soldi quatuor.

Et pro Ratificatione, & Renunciatione dictorum Instrumentorum, Soldos octo Imperialium.

Et semper æstimetur Res valere ad Computum quinque pro Centenario eius Redditus in Anno.

Pro vna Simplici Obligatione, absq; alijs Narratiuis, & Solemnitatibus, pecuniæ, siuè Rei, vel Iuris valentis, à Libris Centum Imperialium, infrà Soldos quinq; Imperialium, Parte Chartam, & Scripturam soluente.

Et abindè, suprà, vsq; ad Libras quingentas Imperialium, Soldos decem Imperialium, Et abindè suprà, vsq; ad Libras decemmille Imperialium, Soldos quinq; Imperialium pro singulo Centenario Librarum. Et abinde, suprà, vltra, vt suprà, Soldos duos Imperialium pro singulo Centenario Librarum Imperialium.

Et hæc omnia ad Banchũ, & non habita alia Faticha, & absq; alijs Narratiuis, & Solemnitatibus.

Si verò alitèr, disponatur prout in fine Taxationis Mercedis Confessionis, superiùs scriptum est.

Pro vno Introitu Authoritate propria, vel Iudiciaria, supèr vna, vel duabus Proprietatibus, in eadem Parochia consistentibus, & intrà Portas Ciuitatis Mediolani, vel supèr Rebus mobilibus, in Locis prædictis, Soldos sexdecim Imperialium, Parte, Cartham, & Scripturam Chartæ, sempèr soluente, Intrà verò Redefossum Ciuitatis, Soldos viginti Imperialium, Et si Proprietates essent plures, vel in diuersis Parochijs, tùnc abindè suprà, & vltrà, vt suprà Abbatum Arbitrio.

Et pro Renunciatione similium Instrumentorum, Medietatem eius, quod dictum est in præsenti Capitulo.

Pro vna simplici Venditione,

Siuè Cambio,

Siuè Datione,

Seu Assignatione In Solutum, vel in premium Emancipationis,

Diuisione,

Fraternitate,

Communicatione,

Dote, vel Augumento Dotis, tàm Denariorum, quàm Proprietatis, vel alitèr,

Protestatione Parafrenalium,

Cessione, Titulo Venditionis Rei, vel Iuris valentis, à Libris centum infrà, ad BANCHVM Notarij, vel ad DOMVM eius Habitationis, & absq; aliquibus Pactis, & Narratiuis, Soldos viginti Imperialium, Saluò, vt infrà, & per CIVITATEM, intra Portas, Soldos viginti quatuor Imperialium,

Intelligatur, q; Respectu Diuisionis, habeatur Ratio solummodò Aestimationis supèr Medietate Bonorum Diuisorum, ut habetur in d. cap. 217. vs. ITEM IN CAPITVLO fol. 80, à fronte, circa finem,

À Libris verò centum Imperialium suprà, vsq; in Libris trecentum Imperialium, AD BANCHVM, vt supra, & INSTRVMENTI SIMPLICIS, vt suprà, Libram vnam, & Soldos duodecim Imperialium, Et per CIVITATEM Soldos quadraginta Imperialium,

À Libris verò trecentum Imperialium suprà, vsq; ad Libras tresmille, ad computum suprascriptum, singularitèr referendo, & vltrà, vt suprà, etiàm ad Computum SOLDORVM decem Imperialium pro singulo CENTENARIO Librarum Imperialium dicti pluris valoris,

Et abinde supra, vsquè ad omnem QVANTITATEM, ad computum, vt suprà, singularitèr referendo, & vltrà, vt suprà, pro illo pluri, ad computum Soldorum QVINQVE Imperialium pro CENTENARIO Librarum dicti pluris, Parte Chartam, & Scripturam sempèr soluente,

Et pro Ratificatione talium Instrumentorum Soldos sexdecim Imperialium.

Et hæc omnia, Saluo semper, vt infrà, videlicet, quòd, si dicta talia Instrumenta de quibus in præsenti Capitulo fit mentio, essent cum aliquibus alijs Solemnitatibus, vel Narratiuis, vltra Solemnitates de Iure apponendas, quòd tunc, vltrà Precia suprascripta habeatur aduertentia per dictos Abbates, qui iuxta eorum Discretionem, super hoc habeant Taxationem condignam, vltra, vt supra, facere.

CORRECTVM, Vt in Nouis.d.cap. 117. & folio 80, à frõte in fin.

Pro Instrumento Transactationis, vel Pactorum, seu Societatis ad Computa suprascripta, singulariter referendo, prout suprà dictum est, superiori Capitulo.

Sed, quia difficilis, & frequens est, ac prolixus, & grauis, hic Titulus Transactionum, & Pactorum, nèc aliter posset Taxari, nisi oculis, tales Transactiones, & Pacta subijciantur,

Ideò, etiàm, abindè suprà, & vltrà, vt suprà, singulariter referendo, conuenienter prouideatur, & satisfiat, iuxtà Dominorum Abbatum Discretionem, & Taxationem, secundùm Facti, & Negocij Qualitatem, & Laborem.

Pro Instrumento verò Donationis, & Cessionis titulo Donationis, Soluatur duplum eius, quod dictum est suprà, de Instrumentis Venditionum, & Cambiorum.

Pro Instrumento Socedi, quoniàm diuersarum sunt manerierum, si fuerit à Libris quinquaginta Imperialium inclusiuè infrà, ad Banchum, vel Domum Notarij, Soldos decem Imperialium, A Libris verò quinquaginta Imperialium suprà, vsque in Libras ducentum Imperialium, Soldos sexdecim Imperialium, & abindè suprà, vsque ad Libras quinquecẽtum Imperialium, Soldos viginti Imperialium, soluendo,

vt suprà, & abinde suprà, pro quacunq; quantitate, Soldos trigintaduos Imperialium, Parte Chartam, & Scripturam Chartæ semper soluente.

Pro Instrumento Emancipationis simplicis, vel Solemnis Licentiæ generalis per Patrem Filio factæ, vel Depositionis, Soldos viginti Imperialium, Parte soluente Chartam, & Scripturam Chartæ, ad Banchum, vel Habitationem Notarij, & si alibi, vel cum alijs Conditionibus, & Pactis, abindè suprà Abbatum Arbitrio.

Pro vna simplici Diuisione Crediti intèr Debitores, etiâm si in ea adesset Liberatio vnius ex Debitoribus, Denũciatione, Aditione, vel Repudiatione vnius Hæreditatis, per Maiorem ætatis, Simplici Protestatione Caducitatis, Soldos sexdecim Imperialium.

Pro vna Prorogatione Compromissi, vel Termini alicuius Solutionis, Electione Notarij, Assumptione Tertij, vel Cõfidentis, Soldos quatuor Imperialium, Parte Chartam, & Scripturam soluente.

CORRECTVM, Vt in Nouis. d. cap. 217. STATVITVR, folio, 50, à tergo, in princip.

Pro vno simplici Compromisso, vel Appellatione à Sententia ad Banchum, vel in Broleto Soldos sexdecim Imperialium, Parte Chartam, & Scripturam Soluente.
Et, si alibi, intùs Portas, vel cum aliqua Solemnitate, vel Pactis, vel Confessionibus, abinde suprà, Abbatum Arbitrio.
Et pro Ratificatione, vel Renunciatione similium, Soldos octo Imperialium.

Pro vno Testamẽto, seu Codicillo, vel vltima Volũtate, Arrogatione, & Adoptione, ac Legitimatione, ad succedendũ in Hæreditate, vel facultatis succedẽdi, à Libris qnquecentũ

Imperialium infrà, in Ciuitate, Ducatum vnum, & abinde suprà, vsq; ad quãtitatem Librarum decẽmillium Imperialium, ad computum Soldorum decem Imperialium, pro centenario Librarum, & abinde supra, pro omni quantitate, Soldos sex Imperialium pro centenario; vsq; ad summam Ducatorum centum, valoris Librarum quatuor Imperialium, pro Ducato, cuiuscunq; valoris sit, computata Aestimatione Legatorum, simul cum Hęreditate.

Et, si post factã Solutionẽ, vel Expletionẽ, idest Alicui Datã, talis Testamẽti, modo, quo supra, Hęredes, vel Legatarij postulauerint Legata, tùnc Notarius teneatur ea explere Legata, sine aliqua Solutione, excepta Solutione Scripturæ.

CORRECTVM. EST HOC STATVTVM. Vt in Nouis. d. cap. 217. & folio. 80. à tergo. in s. ITEM SVPER.

Si verò prius postulauerint Expletionem Legatorum, tùnc, ille, qui voluerit, & sibi dari velit aliquod Legatum, vel Capitulum, tùnc, pro ipso Legato, si erit à libris centum Imperialium infrà, soluat Soldos viginti Imperialium, & abinde suprà, vltrà, vt suprà ad Computum Soldorum decem Imperialium pro centenario, dicti pluris valoris, Parte soluente Chartam, & Scripturam.

Et, q; Notarius, eo casu, non teneatur explere Institutionem Hæredis, nec Substitutionem.

Et, q; Legatarius habeat Regressum contrà Hęredem Scriptũ, pro Consequutione Denariorum per eum Solutorum pro Expletione sui Legati, Si Hæreditas est Soluendo.

Saluò, q;, si Hæres Institutus, etiàm esset Hæres ab Intestato, & Legatarius esset Descendens Testatoris, quòd solummodo soluat Medietatem eius, de quo, suprà dictum est.

Et, si pòst Expletionem Legatorum, Hæres voluerit Expletionem totius Testamenti, tùnc Hęres, pro Expletione Legatorum nihil soluere teneatur, nisi Chartam, & Scripturam, & non vltrà.

Ità, quòd in Expletione totius Testamenti, tàm Institutionis Hæreditatis, quàm Legatorum, & Fideicommissorum,

& quotumlibet Particularium, Solutio non possit excedere Summam Ducatorum centum, vt suprà, in totum.

Idèm seruetur quòd non possint de Rogatione alterius cuiusuis Contractus, Ad summùm, Accipere plusquàm Summam prædictam Ducatorum centum.

Pro vna Electione vnius Presbyteri, cum suis opportunis Solemnitatibus intrà Ciuitatem, Ducatum vnum, Parte Chartam, & Scripturam soluente.

Pro vna Simplici Professione vnius Monialis, siuè Fratris, qui, vel quę recipietur in aliquo Monasterio, Soldos sexdecim Imperialium, Parte Chartam, & Scripturam soluente.

CORRECTVM. Vt in Nouiss. d. Cap. 217. §s. ITEM, in fo. 80. à tergo circà finem.

Pro vna Tutela, vel Cura, seu ipsius Confirmatione vnius Minoris, seu Absentis, vel Mentecapti, seu Furiosi, vel vnius Hæreditatis, vel Bonorum, vel Rei, vel Iuris valentis, à Libris mille Imperialium infrà, Soldos triginta Imperialium.

Et pro Repertorijs Iuris adeundi, vel repudiandi Hęreditatem, cum ea Aditione, vel Repudiatione, Soldos duodecim Imperialium, soluendo, vt suprà.

Et pro Repertorio Bonorum, & Iurium, Soldos duodecim Imperialium, soluendo, vt suprà. A libris verò mille suprà, ad Computum Soldorum duorum Imperialium pro centenario, vltrà, vt suprà.

Pro Renunciatione verò similium Instrumentorum, Soldos sexdecim Imperialium. Si verò Cura specialis fuerit ad plures Specialitates, habeat, vt suprà, & vltrà ad Computum Soldorum quatuor pro qualibet Claussula, Parte semper soluente Chartam, & Scripturam Chartæ.

Pro Arbitramentis, Declaratione, vel Sententia, Quartam Partem Salarij debendi Proferenti, seu Proferentibus Arbitramenta, vel Sententiam, seu Declarationem, vel Pronunciationem, ad Rationem Librarum duarum Imperialium, pro singulo centenario, Rei, vel Iuris eius, pro quo Arbitratur, seu Sententiatur, seu pronunciatur, vel declaratur, vt supra, & hoc Parte, Chartam, & Scripturam Chartae, ac Ordinem Sententiae, soluente.

Ità tamèn, quòd Notarius teneatur explere praedicta vtrique Parti illa requirenti supèr Salario anteà Soluto pro Rogatione ipsorum, Ipso secundò Requirente ipsam Expletionem, soluente Notario Soldos duodecim Imperialium pro eius Mercede Examinandi, & Subscribendi, & soluente Chartam, & Scripturam.

CORRECTVM. Vt in Nouis, d. Cap. 217. STATVITVR, fol. 80, à tergo. in fine, & fol. 81, in princ.

Et, si vlterius Expletio requireretur, seruetur proùt infrà.

Et, si contigeret Arbitramenta, seu, vt suprà, expleri, seu haberi velle per aliquem alium, qui dictum Salarium non soluisset, & hoc Notario satisfacto, proùt suprà, quòd tunc, pòst ipsam Satisfactionem, & non alitèr, Requirenti, vt suprà, expleatur, eo soluente Chartam, & Scripturam, & abindè suprà, Rei, vel Iuris, valentis, à Libris centum Imperialium infrà, Soldos decem, & abindè suprà, ad Computum suprascriptum, & vltrà, Soldos duos Imperialium pro singulo Centenario Librarum.

Et, si explerentur Illi, qui Salarium soluisset, quòd tùnc expleatur sibi pro quarta Parte Precij eius, quo sibi aliàs expleta fuerint, eo sempèr soluente Chartam, & Scripturam.

ADDE

Pro pace, vel Remissione Delicti, vel Delictorum, Notarium non posse habere pro Rogatione, & Expletione ipsius Instrumenti vltrà Sol. 12. Imperialium, Vt in Nouis, d. cap. 217. STATVITVR, versic.

Instrumenta verò, quae explebuntur per Authoritates, Soluantur iuxtà Taxationes praedictas, & Notarius, qui habuerit Authoritatem, habeat dimidiam Partem Mercedis talis Expleturae, & aliam habeat Haeres Notarij, qui rogatus fuerit tale Instrumentum, & seu ille, ad quem spectabit.

ITEM QVOD DE PACE, fol. 81. à tergo.

Itèm, quòd si contingeret aliquem Notarium conduci ad aliquod conficiendum Instrumentum, extrà Redefossum Mediolani, vel Terram suam, in qua habitet, vt puta Introitus, vel Alterius modi Instrumenti, quòd tunc detur sibi, vltrà ea, de quibus fit mentio, ad computum Soldorum duorum Imperialium pro singulo Milliari.

Et vltrà, Itineris, Cibi, & Potus, ac Dormitus, & Equi expensæ sibi opportunæ fiant.

Si verò facto itinere, impeditus in Loco, quo iuerit, vel ibi remanserit prout accidit per vnam Diem, vel duas Aliquẽ expectando, vel ad Bona aliqua, hinc indè per Territorium eundo, vel aliud faciendo, quòd tùnc pro tali tempore Occupationis præmissæ, sibi vltrà, vt suprà, taxetur ad Computum Soldorum viginti Imperialium, singulo Die, quo impeditus steterit, vt suprà, & hoc, vltrà præmissas Expensas.

Itèm in Caussis Compromissorum, vel aliter in quibus Notarij eligantur ad Acta Caussæ, pro singulo Termino, Denarios tres Imperialium, pro Parte, & pro singula Productione Actus, vel Memoria, Soldum vnum cum dimidio Imperialium.

Correctum, vt in Nouiss. d. cap. fol. 81, à fronte.

Itèm pro Infilatura cuiuslibet Actus, nihil, Et pro singulo Folio Processus, ad Rationem linearum vigintiduarum pro Pagina, & verborum quinque pro linea, Soldum vnum, & Denarios sex Imperialium, Scripturam Processus, Notario soluente.

Itèm, quoniam Instrumentorum, Rogatio est innumerabilis, & diuersimodò, ac diuersis nominibus Instrumentorum fit, & multùm longum, de reliquis, vltrà, vt suprà, esset narrare, & impossibile taxare, nisi oculis videretur.

Ideò Taxatio præmissorum secundum modum prædictum, & etiàm

& etiàm dictorum reliquorum Instrumentorum Discretioni præfatorum Dominorum Abbatum, relinquitur, quoniàm eis Attributa est præmissæ Iurisdictio Taxationis, iuxtà Negocij, & Facti qualitatem, Et sic etiàm cogere possint quamlibet Personã, quæ expleri faceret aliquod Instrumẽtum, ad illud recipiendum, & habendum, & per modum suprascriptum, Notario de Mercede sua Instrumentorum prędictorum satisfaciendum.

Aduerte ne quandoq; tradas Instrumentum expletum Alicui, & deindè velis petere Mercedem, Quià tibi non credetur, nec poteris allegare non esse ab eo satisfactum, sic disponen. d. capit. 217. vs. ITEM QVOD, EXPLETIS, fol. 81. à tergo, Ideò sis Cautus.

Itèm, quòd valor Rei, vel Iuris, pro quo fient Instrumenta, de quibus suprà, sempèr esse intelligatur, ad Computum de quinq; pro cẽtenario, videlicèt, Librę centum Imperialium pro qualibet Intrata Librarum quinque Imperialium, vel Rei eiusdem valoris.

Et, si in Bladis, vel Leguminibus, vel Vino, vel Mixtura, vnito bono Tempore, cum malo, & malo cum bono, ad Cõputum Librarum duarum Imperialium, pro singulo Modio Mixture, & Frumentum, & Legumina, ad Cõputum Librarum trium Imperialiũ, pro singulo Modio, & Vinũ, ad Cõputum Soldorum trigintaduorũ Imperialium pro Brenta. Et, sic tolletur Dubietas Aestimationis ipsius Rei.

CORRECTVM, Vt in Nouiss. d. cap. 217. vs. ITEM QVOD fol. 81. c° finem, à fronte.

Itèm, quòd expletis semèl Instrumentis suprascriptis, vel aliquo eorum, exceptis Instrumentis Testamentorum, vel Arbitratorum, uel Sententiarum, si posteà acciderit etiàm ipsum tale Instrumentum requiri per illum, qui primò habuisset, teneatur dare Notario quartam Partem illius, quod habuisset ex prima Expletura ipsius Instrumenti, ultrà Chartam, & Scripturam.

CORRECTVM, Vt in Nouiss. sub cap. 217. STATVITVR. §. ITEM IN CAP°. fol. 80. à fronte, ad fin.

Et, si requireretur per alium, qui non habuisset ipsum Instrumentum, aliqua vice, teneatur soluere Chartam, & Scripturam, & etiàm tantum, quantum soluisset ille, qui primò expleri fecisset ipsum Instrumentum.

De Notariis Eligendis ad Receptionem Testium.

Cap.cccc.ij.

ELIGANTVR de cętero Notarij de Collegio Notariorum Mediolani, qui teneant eorum Bancha in Broleto, ad recipiendos Testes examinandos in Ciuitate Mediolani, in Caussis ciuilibus, per Dominos Abbates Collegij Notariorum Mediolani, adhibitis etiàm duobus Antianis, vel duobus ex antiquioribus Caussidicis Mediolani, facta prius, per ipsos Abbates, & Consocios diligenti Examinatione de Idoneitate, Sufficientia, Integritate, & Bona Opinione ipsorum Notariorum eligendorum, Qua electione sic facta, approbentur per ipsos Abbates, & Socios, & de eorum Approbatione fiat publica Scriptura in Actis Officij ipsius Collegij.

Qui Notarij eligendi, sint maiores annis vigintiquinque, nec sufficiat quòd aliàs laudati fuerint ad omnia, nisi etiàm pòst Aetatem Annorum vigintiquinq; fuerint approbati, vt suprà, qui habeãt recipere quoscunq; Testes examinandos in Caussis ciuilibus vertentibus coram quocunq; Iusdicente, Magistratu, Delegato, vel Consultore, seu quocunq; alio Officiali in Ciuitate Mediolani.

Et, qui Notarij posteaquàm approbati fuerint, intelligantur habere Qualitates suprascriptas, Saluò, quòd Notarius, siue Cancellarius Collegij Notariorum Mediolani, possit examinare Testes examinandos in Caussis vertentibus coram ipsis Abbatibus, seu eorum Antianis.

Pro qua quidem Approbatione, & Laudatione facienda, vt suprà, nihil accipi, nec haberi possit.

Et prædicta non habeant locum in Caussis Compromissi, nec etiàm vbi alitèr de voluntate Partium, seu Agentium pro eis, actum fuerit circà ipsam Examinationem, ac Notarij, seu Notariorum eligendorum, & Receptionem Testium.

DE RECEPTIONE TESTIVM.

CAP. cccc. iij.

SI contingat recipi Testes in Ciuitate Mediolani quandò Caussa, Lis, vel Quæstio Ciuilis sit de Parte, ad Partem. Producẽs Capitula probè, tempore, quo, producuntur, nominare teneatur quatuor Notarios de pilastro, qui sint electi iuxtà formam prę sentium Statutorum, ex quibus, Pars aduersa vnũ eligere teneatur, & si Pars aduersa recusauerit eligere vnum ex ipsis Notarijs, tùnc Iudex, vel Delegatus, seu Consultor, vel Arbiter, vel Arbitrator, seu alius Officialis Caussę in qua, sunt recipiendi Testes, in Contumaciam, vel Negligentiam Partis aduersæ, vnum ex ipsis Notarijs eligere teneatur.

CORRECTVM, Vt in Nouis. d. capit. vs. ITEM IN CAPITVLO, fol. 88. à fronte, in fine.

Qui Notarius, hoc modo, Electus, interroget, & examinet ipsos Testes, & eorum dicta, & teneatur, ac debeat supèr quolibet Capitulo, oretenùs facere Testibus omnes Interrogationes, quę fuerint necessarię Declarationi Testificationis, & omittere superfluas Interrogationes.

Quibus Interrogationibus diligentèr factis, & diligẽtèr auditis, & intellectus, scribantur verba substantialia, & Rationes responsionum substantialium, quę per Testem dictę fuerint, breuibus verbis.

Et dictus Notarius, habeat pro sua Mercede, à Producente ipsos Testes Imperiales vndecim, pro quolibet Folio, vltrà Papirum, congruè, & ordinatè, scripto.

Intelligatur vero congruè, & ordinatè scriptum, si sit Linearũ vigintiduarũ, pro quolibet Folio, & pro qualibet Linea sint ad minùs, Literæ quinquaginta, non cõputatis Titulis, nec Abreuiationibus, alitèr nõ intelligatur cõgruè scriptũ.

Notarius autèm ipse, teneatur, sinè alia Solutione, vel Pecunia, dare ipsos Testes, talitèr Scriptos, vt suprà, sua manu propria subscriptos, cum suo signo Tabellionatus Parti ipsos Testes producenti.

Si verò Pars, cōtrà quam producti fuerint ipsi Testes, voluerit Copiam ipsorum Testium, Notarius dictorum Testium, Copiam det Parti aduersę, tot Linearum, & tot Verborum, vt suprà, pro Denarijs septem, pro singulo Folio.

Ex quibus Denarijs, Notario tres Denarij pro Scriptura dentur, reliqui dentur Parti, ipsos Testes producenti. Notarius autèm cum suo signo, vt suprà, teneatur subscribere manu sua propria Copiam, quæ Parti aduersę dabitur, & etiàm ponere ipsos tales Testes in Bazijs Prothocollorum Testium, seu Testificantium, eius manu propria subscriptos, cum eius Signo, quas penès se retinuerit. Quibus Prothocollis Fides adhibeatˊ sicut alijs Imbreuiaturis Notariorū.

In quibuscunq; verò, Caussis Ciuilibus, à Libris vigintiquinque Imperialium suprà, non possint recipi Testes sub quocunque Magistratu, Iusdicēte, Vicario, vel Officiali, & pręcipuè coràm Abbatibus, & Consulibus Mercatorum, & Thebaldo de la Padella, & Socijs, per alios, quàm per ipsos Notarios Pilastri, Alioqui, ipsis Testibus nulla fides adhibeatur in Iudicio, nec extrà, Notariusq; his non obtemperans, condemnetur per Abbates Collegij Notariorum Mediolani in Libris vigintiquinque Imperialium, applicandis Collegio Notariorum, pro Medietate, & alia Medietate Accusatori.

Quæ quidèm Condemnatio exigi possit, etiàm per Personalem Detentionem, remota omni Appellatione, Querela, & Nullitate.

Idem in omnibus, & per omnia, Locū habeat, & seruetur, si Testes recipiantur supèr Petitione, siuè supèr Requisitione, vel supèr aliquo existentibus in Iudicio.

Idem obseruetur per Notarios habentes recipere Testes in Caussis, quæ verti contingent in Terris, & Locis Ducatus

Mediolani. Habentibus Iurisdictionem, quò ad Solemnitates, & alia obseruanda per dictos Notarios de Pilastro, singularitèr, & debitè referendo.

De eodem.

Cap. cccc. iiij.

ABBATES Collegij Notariorum Mediolani, posteaquàm pèr eos facta fuerit Laudatio, & Approbatio Notariorum deputandorum ad recipiendos Testes teneantur cogere ipsos Notarios ad iurandum, & iurent ad sancta Dei Euangelia, manu corporalitèr tactis Scripturis, attendere omnia illa, quæ in Statuto præcedenti continentur, & non Scribere, nec scribi facere Interrogationes, nec Responsiones superfluas, sed solummodò eas, quas crediderint facere ad Caussam.

Aliàs non liceat Alicui Notario recipere Testes, nisi prius præstito dicto Sacramento, & vltrà incurrat pœnam Soldorum viginti Imperialium, quam incurrat, Ipso facto, ille Notarius, Et exigatur vt suprà, si maiorem Solutionem receperit, quàm contineatur in præcedenti Satuto, pro quolibet Folio, pro quo, maiorem Solutionem receperit, in quo, non esset dictus numerus Linearum, & Literarum.

De eodem.

Cap. cccc. v.

ITEM, quòd omnes, & singuli Notarij recipientes, & qui recipere voluerint Testes, vt suprà cogantur iurare, & iurent, & vt suprà, quòd ipsi, per se, nec eorum, nec alicuius eorum summissas Personas, directè, nec per indirectum, nō dabunt, nec promittent aliquid alicui Iudici, Procuratori, nec Notario, nec alicui alij Personæ, pro aliqua Receptione Testium sibi committenda, nec commissa, & si contrafecerint incurrant pœnam Periurij, & vltrà incurrant pœnam

Soldorũ viginti Imperialium, pro quolibet eorum,& qualibet vice, applicandam Collegio Notariorum, pro Medietate, & pro altera Medietate Communi Mediolani, exigendam, vt suprà.

De eodem.

Cap.cccc.vj.

Item, quòd suprascriti omnes, & singuli Notarij recipientes, & qui recipere voluerint Testes, vt suprà, signent ordinatè, & intitulent eum Signo suo, & Nomine, & Cognomine suo Folia Testium, sub pęna Librarum quatuor Imperialium, applicanda dicto Collegio, pro Medietate, & pro altera Medietate Communi Mediolani, exigenda, vt suprà.

De eodem.

Cap.cccc.vij.

Item, quòd Notarij, qui suspensi, & priuati sunt, & in futurum suspendentur, & priuabuntur ab Arte Notarię, occasione alicuius Falsitatis, per eos commissę, fint, & ipso Iure, intelligãtur suspẽsi, & priuati ab Officio Procurationis, & Receptionis Testium, & etiàm, ab omnibus Officijs, & Beneficijs publicis Communis Mediolani.

De Iuris Cessionib⁹, Vide infrà ca.445. SI QVIS fol.150. à terg. & in alijs sequeñ. Sub Rub. de IVRIS CESSION.

Rvbrica Generalis de Extraordinariis Civilivm.

De Cessionibvs Bonorvm.

Flebile, & Miserabile Auxilium .l. pen. & fin. C. Qui Bon. Ced. poss.

Regularitèr Quilibet cedit, fallit in.13. Casibus secundum Ias. In. §. fi. col. 2. seq. Inst. De Action.

Cap.cccc.viij.

Si quis voluerit de cętero cedere Bonis suis, cedat in publica Concione, quæ fiat coràm Potestate Communis Mediolani, vel eius Vicario, vel Consulibus Iusticiæ, de Die, pro alijs Negocijs, Campanis pulsatis,

Ità, quòd, qui cedit, Nudus sit, & Discalciatus, non habens aliquod Vestimentum, vel velamen, excepta Serrabula, & sic ascendat suprà lapidem existentem supèr Palacio magno Broleti Cōmunis Mediolani, antequàm Potestas, vel eius Vicarius, vel Consules recedant, à Cōcione, & in dicta Cōcione debeat stare, à principio Ascensus ipsius Potestatis, vel eius Vicarij, vel Consulum, vsq; ad finem Descēsus, sinè aliquo velamine in Capite, vel alibi, in publico, vt suprà. Et alitèr Cessio facta, NON VALEAT.

Quæ tamē Cessio fieri non possit contrà Mercatores descriptos, habentes Exequutiones Personales ex forma Statutorum, vel Ordinum ipsorum Mercatorum, Nec etiàm possit fieri per Colonos, Parciarios, Fictabiles, nec Molenarios, nec Aliquos de sua Familia, in præiudicium Dominorum Habētium contrà eos Exequutiones Personales, nec etiàm contrà Fideiussores, nec Illos, qui pro alio se obligauerūt, de quibus sit mētio in infrascripto Statuto de FIDEIUSSORE EXONERANDO, nec possit fieri per Emphiteotā Cessio, contrà quē possit fieri Exequutio Personalis. Quod est infrà, cap. 41. AD PETITIONEM, à tergo fol. præsenti, in punc.

De eodem.

CAP. cccc. ix.

CEDENS Bonis suis, teneatur, & debeat in dicta Concione iurare coràm vno ex eis Iusdicentibus, antequàm faciat dictam Cessionem, de consignando, Bona fide, omnia Bona sua Creditoribus suis, & ea designare, & repertū fuerit eum aliqua ocultasse, Cessio per eum facta ei non prosit.

De eodem.

CAP. cccc. x.

QVILIBET volens cedere Bonis suis, antè Cessionē, per tres Dies, teneatur, & debeat per se, vel per Procuratorem suum, aut aliam interpositam Personā, dare in Scriptis

Domino Potestati Mediolani, vel eius Vicario, vel Consulibus Iusticiæ, omnia Nomina Creditorum, & Debitorum suorum, & Quantitates, & Res, & Iura debita, seu debitas, & omnia Bona mobilia, & immobilia, quæ habet, à valore Soldorũ viginti Imperialiũ suprà, Et facere Citari oẽs Creditores suos, vt veniãt corã ipso Domino Potestate, seu eius Vicario, vel Consulibus, ad videndũ prædicta, per eum in Scriptis data, Et, si repertũ fuerit eum in prædictis defecisse, non teneat Cessio in præiudicium Creditoris non Citati.

De processibus Maleficii, et Fideiussoriae faciendis secundum Ordinem Caussarum Civilium.

Cap. cccc. xi.

Citationes, & Processus Maleficij, & Fideiussoriç, fiant, & fieri possint secundùm Morem Citationum Caussarum Ciuilium, & valeant, licèt non sit seruatus Ordo Citationum Caussarum Criminalium.

Quod Maleficium, et Fideiussoria appelletur Debitum.

Cap. cccc. xii.

Vide suprà cap. 17. BANNVM, fol. 7. à fronte, in fin. & cap. 19. BANNITI, fol. eo. à tergo.

Statuitur, quòd Maleficium, & Fideiussoria appelletur Debitum.

De Fideiussore Exonerando.

Cap. cccc. xiii.

Quis propriè dicatur Fideiussor, Dec. Cons. 268. col. 1. & 2. ad fin. Et, quod possit Renouari Inuito Creditore, latè Hyppol. In Rubr. de Fideiuss. In 30. q.

Quid, si diù stetit in Obligatione, an possit petere se exonerari? glo. In l. si pro ea. C. Man. Alex. in l. facere posse. ff. fol. Matt. Bal. 75. 425. lib. 4.

Ad Petitionem eius, qui pro alio fuit, vel erit Fideiussor, vel Intercessor, vel Principalis Debitor, pro Pecunia, vel alia Re credita, vel, qui pro Alio, mutuo acceperit, vel fuerit Confessus recepisse, vel eius Hęredis, teneatur, & debeat ille, pro quo fuit Fideiussor, Intercessor, vel Principalis Debitor, vel, qui pecuniam pro aliquo acceperit, vel

confessus fuerit accepisse, & suus Hæres, si eidem præceptum fuerit per Iusdicentem, vel Alium, de Mandato Iudicis, infrà triginta Dies proximè futuros, soluere, vel eum, & eius Hęredes exonerare, à prędictis, siue pro eo soluerit, siuè non, & siuè Ius cessum acceperit, siuè non.

Quod pręceptum facere Iudex teneatur ad Instantiam eius, qui se petit exonerari, Et, si quis ad hoc Citatus, nō comparuerit, vel si eidem præceptum fuerit, & non obseruauerit, in Banno ponatur de FIDEIVSSORIA, in quo prętereat, elapsis octo Diebus, nisi infrà ipsum Terminum soluerit, vel exonerauerit, vt suprà.

Et quandocunq; soluerit, vel exonerauerit, vt suprà, ipso Iure, intelligatur esse exemptus de ipso Banno, nec ipsum Bannum eidem pręiudicet.

Et quilibet Notarius ipsius Officij possit ipsum cancellare, etiàm sinè Præcepto aliquo, & quod Bannum tale sit, quod vigente ipso Banno, dictus Bannitus non admittatur, contrà aliquem, in Ciuili, ad Petitionem sui Iuris, nisi volente eo, quem exonerare tenetur, & possit personalitèr capi, & de Bonis suis capi, robari, contestari, saxiri, & Sequestrari, & in Possessionē eorum intrari, etiàm absq; alio Processu, vel solēnitate, non obstante Collocatione Caussarum, vel Captionum, vel Diebus Mercati, nec aliquo Iure in contrarium loquente, & omne Damnum, & iniuria, datum, vel facta, in Rebus, & non in Persona eius, perpetuò remaneat impunitum, & impunita.

De hoc, vide etiàm suprà, cap. 167. PRO DEBITO, fol. 56. à tergo. ITEM PRO BANNO.

Vt habetꝛ suprà, Cap. 260. ALIQVA, fol. 87. à tergo.

Et prædicta non habeant Locum in eo, qui fuerit Fideiussor, seu Intercessor alicuius Castellani, vel alterius Officialis, Ratione dictæ Castellanariæ, vel Officij, durante Castellanaria, vel Officio, nisi dictus Fideiussor, vel Intercessor molestatetur per eum, seu ad Petitionem eius, apud quem extitit Fideiussor, seu Intercessor.

Idē de Fideiussoribus alicuius pro Re alienata, & nō euicta,

nisi,eo casu,quo molestaretur,occasione dictę Rei alienatę.
Idem de Fideiussoribus alicuius,pro eo,quòd non faciet Fugam,aut de præsentando Aliquem, durante Tempore, in quo eum debeat præsentare, non possit tamèn talis exonerare Debens,tueri,ex eo,quòd sit Sexagenarius.

DE IIS, QVI PROHIBENTVR ESSE DE COLLEGIO IVDICVM MEDIOLANI.

CAP.cccc.xiiij.

Quid de Origine casuali? Alex. In.l. huiusmodi. ¶. legatū antè fin.de leg.p°.

Statutum Collegii dicit etiàm de Nobili.

NVLLVS possit esse de Collegio Iudicum Mediolani, nec recipiatur Aliquis in dicto Collegio, nisi sit oriundus ipse, vel Pater eius, Ciuitatis, vel Ducatus Mediolani, & de antiqua Prosapia, seu Parentela Ciuitatis, vel Ducatus Mediolani,& natus de legitimo Matrimonio.

HOC INTELLECTO, quòd sub Ducatu non comprehendatur ampliùs,quod olim comprehendebatur sub Comitatu.

Et,nisi steterit in Studio generali ad minùs, annis sex, & finierit Studium suum tanquàm Scholaris, & demùm,fuerit secundùm Dispositionem Statutorum dicti Studij, in Iure Ciuili,approbatus, & publicè Licentiatus, & Doctoratus.

Et habuerit omnes libros Corporis Iuris Ciuilis, & Summam Azonis.

Et, q non sit in aliquibus Ordinibus sacris, nec sub aliqua Professione Regulari Constitutus, Nec Beneficiatus.

DE EODEM.

CAP.cccc.xv.

NVLLVS etiàm recipiatur in dicto Collegio, si ipse,vel Pater eius exercuerit Artem vilem, aut reprobatam, aut Exercitium vile,aut reprobatum, Et quæ Ars dicatur Vilis,& reprobata,& Exercitium Vile,& reprobatum,relinquatur, Arbitrio Dominorū de dicto Collegio declarandū.

Et, si alitèr factum fuerit non habeatur de Collegio, nec ei vnquàm aliqua Quæstio possit committi per aliquem Iusdicentem, & si facta fuerit commissio in eum, Ipso Iure, non valeat, nec teneat, nec quicquid subsequutum fuerit ex eo. Et contrà prędictum Statutum nullo modo possit dispensari, & Dispensatio proinde facta, non valeat.

Nobilitas perditur si quis Vilem Artē exercet, Socy. cons. 2 4 6. Col. 1. lib. 2°.

Et sinè ista clausula non potest dispensari, vt per Iud. sing. 4 9 4. I leri. & sing. seq.

De Filiofamilias.

Cap. cccc. xvi.

SI Filiusfamilias, vel alius, qui sit in Potestate Aui, vel alterius Ascendentis, ex Contractu, vel quasi, aut Distractu, vel varijs figuris Caussarū, aliquo modo se obligauerit Alicui sinè Parabola eius, in cuius Potestate est, siuè extet ex ipsa Obligatione Instrumentum, siuè non, Et, si in Ciuitate Mediolani, vel eius Ducatu factum fuerit Instrumentum, vel Obligatio, nullius sit momenti Obligatio illa,

De Aetate legitima, Vide infrà, Cap. 4 5 2. Q V I LIBET, fol. 1 5 3, à frō.

Et Fideiussores, & Intercessores ab eo dati, non teneantur, & Instrumentum si inde extat, sinè aliqua Solutione pecunię, vel alterius Rei condici possit, per eum, qui se obligauerit, & per eum, qui habet eum in potestate, & per Fideiussorē, vel Fideiussores, vel Intercessores, qui se obligauerunt pro eo, NISI dictus Filius, vel alius Descēdens in potestate cōstitutus, fuerit Negociator, vel Campsor publicus, vel Laborator Terrarum, vel Inquilinus, vel Colonus, &. se principalitèr, vel secundario, vel alio modo, occasione Negotiationis, vel Campsoriæ, quas exercet, vel pro Cultura Terrarum, vel pro Pensione Domus, se obligauerit, Quo casu, teneatur, & cōueniri possit dictus Filius, & alius Descendens, vt supra, Et Pater, & Auus, & Alius Ascēdens eius, in cuius potestate fuerit, si tempore contracti Debiti habitabit cum ipso Ascēdente, in eadē habitatione, & NON ALITER, teneatur, & cōpelli possit dictum Debitum soluere, aut ipsi Filio, vel Descendenti suo, obligato, Partem

Legitimam omnium Bonorum suorum, assignare, ex qua, & supèr qua, Creditor Solutionem suam, consequatur, vsque ad concurrentem Quantitatem, Et, si hoc non fecerit Pater, vel alius Ascendens, vt suprà, ipsius Mercatoris, vel Campsoris, vel Laboratoris Terrarum, Inquilini, vel Coloni obligati, possit Creditor Bona ipsius Patris, vel alterius Ascendentis, vt suprà, Saxire, & Sequestrare, & Contestari, Robare, & Possessionem intrare, ac si ipsemet Pater, vel alius Ascendens, vt suprà, per se obligatus foret.

Paternum quid dicatur, & quid si Bona Alienētur, & recuperentur, Dec. cons. 88. col. 2. in princ. & 222. col. fin.

De Re Paterna Luenda.

Cap. cccc. xvij.

Quid in Legitimato? Dec. cons. 275. col. 5.

CORRECTVM. Vt in Nouiss. capite. 207. IN STATVTO, fol. 67. a tergo.

SI quis Rem aliquam immobilem Paternam, vel Directū Dominiū Paternum, vel Rei Paternę, vēdiderit, eius Agnatus Masculus, cuius Ascendentis, Res ipsa, vel, vt supra, fuit, per se, vel per legitimā personam, pro eo, infra Annum, & Diem, pro ęquali Precio, eā Rē, vel, vt suprà, Luere poterit.

Si verò Res, vel, vt suprà vendita, Paterna, non fuerit, vt suprà, sed contigua fuerit Rei immobili Agnati eius, qui vendiderit, Etiàm Communi cum alio, possit eius Agnatus Masculus, qui Rem continguam, pleno Iure, vel Ratione vtilis Dominij tantum, habuerit, vt suprà, eam Rem venditam Luere, ac si Paterna fuisset, vt supra.

Idem, & si In Solutum Creditori data sit, de voluntate Debitoris, vel per Iusdicentem, vel per Delegatum, seu Subdelegatum, & Arbitrum, vel per Arbitratorem.

Et, si plures fuerint volentes Luere, & Possentes, quia fuerint Ascendentis, vt suprà, præferatur ille, qui fuerit proximior Venditori, Et, si ex Agnatis, gradu paribus, vel Rem contiguam Habentibus, fuerint plures, Luere volentes, & Possentes, tunc præferatur primò Offerens, & Deponens, singula singulis referendo, Et, si de Ordine Offerentium, non appareat, sint tamèn omnes in pari gradu Agnationis,

præferatur ille, quem Sors prætulerit, & ille, qui Rem, vel Directum vel, vt suprà, taliter alienatam, vel alienatũ, Luere voluerit, teneatur Preciũ integrè soluere, & totum illud, quod datum est pro Benedictione, & Marosso, quod Marossum non excedere possit, vltrà Soldos decem Imperialium, pro quolibet Centenario Librarum ipsius Precij, & etiàm teneatur soluere, vt suprà, illud, quod datum esset pro Instrumento Contractus, & etiàm teneatur soluere illud, quod esset expenditum, in Re, & occasione Rei ipsius vtilitèr, vel necessariò, Quę Expensæ, Arbitrio Boni viri, soluantur, nec propptereà vẽditor tenebitur Emptori ad Interesse, nisi nominatìm conueniat, si luatur, vt suprà.

Si uerò Emptor Agnatis exigere ualentibus, ut suprà, denunciauerit solemnitèr, ipsam Venditionem, non exindè expectetur Annus, & Dies,

Sed infrà Dies triginta continuos, à Die Denunciationis computandos, & non ultrà, Agnato, cui facta erit Denunciatio, Competat luendi Facultas, nec alicui competat Beneficium aliquod, ulteriùs, proptèr Aetatem, uel aliam Caussam, Minore, uel alio Habente Regressum contrà Tutorem, uel alium Administratorem, si fuerint in talibus negligentes.

De Effectu Denuncię Afflic. de Iur. prothom. §. fin. Col. 4. post Alex. ps. 138. lib. 7.

Et, si Agnatus uendat Rem Agnato Masculo, cuius ascendentis Res, uel Directum, ut suprà, fuerit, non liceat Agnato, etiam proximiori, Rem ipsam luere.

Si uerò alio modo alienauerit intèr Viuos, Rem, uel Directũ, ut suprà, uel etiã in Exequutione alicuius ultimę uoluntatis, possit Agnatus prędictus, in quolibet Casuũ prędictorũ, infrà Terminos prędictos, singula singulis, congruè referendo, ipsam, uel ipsum Luere, pro eo Precio, quod Aestimabitur ualere, per Aestimatorem, uel Aestimatores Communis Mediolani, uel Amicum, uel Amicos Communes, eligendos per ipsas Partes, soluendo etiã Expẽsas, & ut suprà.

Quid, si fuit vend° simulata, vel Agens habet solũ Ius Pignoris, Paris cons. 82. n°. 31. libro 3°.

Idẽ per omnia habeat locũ in Vẽditione, & Alienatione Vtilis

Dominij,quod fuerit Paternum,& vt suprà,saluo tamèn Iure Domini Directi,qui preferatur in Emptione, si voluerit, nisi ipsi Domino Directi antè ipsam Alienationem fuerit per Emphyteotam Denunciatum,iuxta formà Iuris Communis, & ipse Dominus Directi responderit nolle Emere, aut nihil responderit in Termino,à Iure limitato,quo in Casu,vlteriùs non audiatur ipse Volens emere.

Et prædicta supradicta de possibilitate luendi, non habeant locum,eo casu,quo infrà Annum,& Diem,à Die Venditionis,vel Alienationis factę,vt suprà,ille,qui vēdidit, vel alienauit, velit Rem ipsam alienatam,vel Directum,aut vtile, vt suprà, alienatum,emere,vel acquirere, & ipsam emerit, vel acquisiuerit,ex pacto,quod habuerit cum Emptore,vel Acquisitore,possendi emere, vel acquirere, vel alitèr emerit,vel Acquisiuerit,infrà ipsum Annum,& Diem.

De eodem.

Cap.cccc.xviij.

Quid in Venditione facta sub Conditione? Alb,in p°.parte St°.q.97.

VENDITIO, & alia Alienatio, quò ad casum luendi,ut suprà, facta intelligatur, cùm Venditor,uel alitèr Alienās Emptori,uel alio modo Acquirenti,corporalem Possessionem,seu quasi Rei uenditæ, uel alitèr alienatæ, tradiderit, uel quasi tradiderit.

De eodem.

Cap.cccc.xviiij.

Ias.in.l.Stipulationes non diuidunt col.15. vs.A D ista etiàm,de vb.Oblig.

SI Res, quæ lui potest, ut suprà, uēdita fuerit,uel alitèr alienata,cum Re quæ aliàs lui non potest Agnatus Masculus,qui luere uoluerit,ut suprà, eam Rem, quæ lui potest,ut suprà,possit solummodò, eam Rem, quæ lui potest emere,& Luere,pro precio,quod Aestimabitur ualere, per Aestimatorem,uel Aestimatores Communis Mediolani, uel per Amicum Communem, uel Amicos Communes,

ſoluendo etiàm Expenſas, vt ſuprà.

Et in quocunq; caſu, quo conceſſa eſt Luitio, teneatur ille, qui vendere debet, Facere Vēditionem Agnato Luenti, & promittere pro ſuo Dato, & Facto tantùm, Et alitèr etiàm non teneatur ad Precij Reſtitutionem, Et, ſi ille, qui vēdere debet, fuerit Negligens, vel recuſauerit vendere, vt ſuprà, facta Oblatione, & effectuali Depoſitione, in Termino, ſeu Terminis ſuprascriptis, vt ſuprà, limitatis, de Precio, & Expenſis, vt ſuprà, Venditio ipſa, Ipſo Iure, & Facto, intelligatur eſſe, & ſit facta, modo, & forma ſuprascriptis, congruè referendo.

DE EODEM.

CAP. CCCC. XX.

PRAETEREA, ſi contingat Rem lui, vigore pręſentium Statutorum, non poſſit Luens Rem ſic exactam, alienare, infrà Annos decem proximos, pòſt ipſam Lutionem, &, ſi alienauerit, poſſit ille, à quo exacta fuit, pro ęquali Precio, & alijs Expenſis, pro quibus ab eo exacta fuerit, eam recuperare per quaſqunquę Manus ambulauerit, Quam Recuperationem facere poſſit, infrà Annum, & Diem, poſteaquàm ab ipſo Luente fuerit alienata.

An Cenſeatur prohibita Hęredis Inſtitutio: Bart. In. l. ſi Ità quis. §. Ea lege, col. 2, de verb. obligat. Alex. cons. 23. col pen. circà Med. & ad fin. lib. 2 quod eſt repetitum cons. 56. lib. p°.

DE EODEM.

CAP. CCCC. XXI.

SI contingat Agnatum habere Quotam in aliquo Aedificio, cuius Quota alienata ſit, ſiuè pleno Iure, ſiuè reſpectu Directi, vel vtilis, vt ſuprà, & quæ velit lui, vigore præſentium Statutorum, pręferatur ipſe Agnatus, habens Quotā

In Terminis huius Statuti, uide duo Conſilia Anchar. & Flor. Inter Cons. Anchar. 370. & ſeq.

& volens luere, alteri Agnato existenti in gradu, etiam proximiori, qui non haberet Quotam in eo Aedificio.

DE EODEM.

Quid, si Res Emphyteotica uendatur? Paul. in. l. Imperator, ad fin, ff. de pact.

CORRIGITVR, In Nouiss. ca. 416. STATVITVR, fol. 141. à fron. q debent per Volētem Luere in casu istius Statuti, solui Precium integrè, & alia obseruari, in omnibus, & per omnia, ut disponitur ex forma dicti primi Statuti de RE PATERNA LVENDA, quod est suprà cap. 417. fo. 142. à tergo. Sed omninò vide dictam Correctionē.

CAP. cccc. xxij.

ET prædicta Statuta, de Re Paterna Luenda, non habeant locum, si Res Paterna, in Emphyteosim detur, siuè fiat cum Pacto liberandi ad Pecunias, seu per Cōtracambium, Saluò, quòd, si contingat postmodùm Emphyteotam emere Directum Dominium, & Ciuilem Possessionem, & se, & Bona cōducta liberare, à Pręstatione ipsius Ficti Libellarij, quòd, tùnc, & eo Casu, Agnatus, qui Luere potuisset, possit ipsam Rem, pleno Iure, recuperare, & luere infrà Annum, & Diem, Pòst talem Liberationem, pro Precio ęstimando per Aestimatorem, vel Aestimatores Communis Mediolani, vel Amicum, vel Amicos Communes, & isto Casu, fiat Venditio in Forma communi, & Iuris.

Quid, si in Pheudum daret, Alber. in prima Par. Stat. q. 92. Alex. cons. 27. in 2°. Dubio vol. 6.

IDEM DICITVR de Re, Contigua, si in Emphyteosim data sit, vt suprà.

DE EODEM.

CAP. cccc. xxiij.

Igneus in Repet. l. Dudum n°. 6°. C. de Contrah. Empt. & latè Tiraq. de Retrac. cōuent. fol. 370. n°. 21. & seq.

EMENS aliquam Rem immobilem, quę sui possit ex forma prę sentium Statutorum, nō possit infrà Annum, & Diem, à Die Emptionis, demoliri, nec demoliri facere aliquod Aedificium ipsius Rei, nec incidere, nec extirpare, nec incidi, nec extirpari facere aliquas Arbores à Cima, nec Fructiferas,

Fructiferas, nec ipsam Rem deteriorare, nec deteriorari facere aliqualitèr, in Termino, vt suprà, nec possit facere, nec fieri fecere Aedificia noua, Et, si ea fieri contingat, luere Volens, non teneatur ad eorum Solutionem.

Alioqui, vbi Res, vel, vt suprà, vigore pręsentiũ Statutorum, vt suprà, lueretur per Agnatum, ille, qui primò luisset, teneatur Agnato luenti, vt suprà, resarcire omne Damnum, & Interesse.

De Interdictione Administrationis Bonorum.

Cap. cccc. xxiiij.

De Materia, Bart. & omnes, in. l. Is, cui Bonis de verb. oblig. & latè Dec. ?s. 274. & Doct. in. l. Is, cui, ubi etiàm glo. ff. de Testam.

Interdictio Administrationis, vel Bonorum, si fiat Alicui, aut fiat Authoritate Ducali, vel alitèr, fiat, Caussa Cognita, & approbata, coràm aliquo ex Iusdicentibus, vt Leges disponunt, & publicetur ad scalas Palacij magni Broleti Communis Mediolani, & ad Lobiam de Oxiis, positam in eo Broleto, & vltrà præconizetur per Ciuitatem Mediolani videlicèt, ad Carubia Portarum, & in Contrata domus Habitationis eius, cui fit Interdictio, vt suprà, si habitauerit in Ciuitate, vel Ducatu Mediolani, de Die clara, & alitèr, non valeat.

Et de prędictis stetur Relationi Præconis, uel Pręconum.

De eodem.

Cap. cccc. xxv.

Si ille, cui Bonis, vel Administrationi Bonorum interdictum est, conueniri non potest ab eo, cum quo contraxit, nec ille, cum quo contraxit, conueniatur ad Petitionem illius, cui fuerit interdictum, vt suprà, ut æqua lance procedatur, nec Fideiussores Interdicti conueniantur,

De eodem.

Cap.cccc.xxvi.

ILLI, quibus fuerit interdictum, vt suprà, ad aliquod publicum Officium, durante Interdictione, minimè admittantur.

De eodem.

Cap.cccc.xxvii.

Interdictio debet reuocari cum Caussę cognitione, Bart. in.l. Is, cui Bonis col. 2. de uerb. obligat.

SI, Is, Cui Bonis interdictum est, Aut interdictum fuerit, receperit, vel recipiat sanos mores, ex quo Res suas sobriè cęperit administrare, & Bona sua, tùnc de Mandato alicuius ex Iusdicentibus Iurisperitis, de voluntate duorum Agnatorum, vel Cognatorum suorum, & Caussa cognita, vt suprà per Pręconem, vel Pręcões Communis Mediolani, pręconizetur in Locis, vbi pręconizatum fuerit Interdictum, vt suprà, quòd talis, Restitutus est, & peruenit ad sanos Mores.

De Crida Facienda Pro Lusoribus.

Cap.cccc.xxviii.

Ludêtibus à Zarro, uel ludere permitêtibus in eius Domo, per Const. sub tit°. DE POENIS, §. PROHIBITVM EST, fol. 80. à tergo, imponitur poena Trium Ictuum Eculei.

SI per tres, vel quatuor proximiores Agnatos, vel Cognatos alicuius notificatum fuerit alicui, ex Iusdicêtibus, quòd talis eorum Agnatus, vel Cognatus, est Lusor alicuius Ludi reprobati, quòd dictus Iusdicens, cui hoc denunciatum fuerit, infrà Tertiam Diem, teneatur, & debeat facere Proclamari pèr Præconem, vel Præcones Communis Mediolani in Locis declaratis in præcedenti Statuto, incipiente, INTERDICTIO ADMINISTRATIONIS, & cæra, quòd talis est Lusor, & quòd nullus debeat secum contrahere.

Qua Proclamatione sic facta, & registrata ad Officium Statutorum, habeatur perinde, ac si Bonis eius legitimè foret interdictum, & intelligatur, & præsumatur Notificatio facta posteaquàm dicta Crida facta fuerit, vt suprà.

De poena Advocati, vel Procuratoris, qui fecerit Pactum de quota Parte Litis.

Cap. cccc.xxix.

SI quis Aduocatus, vel Procurator, Exercens Officium Procuratoris, Notarius, vel Solicitator, fecerit Pactum de quota Parte Litis cum Aliquo, vel Aliquibus, per se, vel interpositam Personã quouis modo, & probatum fuerit sufficientèr per duos Testes, vel alitèr legitimè, ille Aduocatus Procurator, vel Exercens Officium Procurationis, Notarius, vel Solicitator, qui sic pactus fuerit incurrat Pęnam ducatorum centum, Camerę Ducali applicandorum.

Habes Tex. in. l. Salarium. ff. Mand. & Tradit Paris de Put. in Tract. synd. in 24. col. & seq. & Nota q̃ Tales Aduocati dicũtur Depr̃datores, vt p Alex. In. l. si ex stipp°ne In 2.° Not. ff, de acquir. Poss. Facit etiã Tex. in. l. si quis Aduocatorum. C. de Postulan.

Et, si Pactus fuerit de Re aliqua, vltrà dictam Pœnã ducatorum centum, eidem Cameræ Ducali applicetur etiàm Precium Rei pactæ, persoluendæ per ipsum Aduocatum, Procuratorem, vel Exercentem Officium Procuratoris, Notarium, vel Solicitatorem, Et, si pactus fuerit Pecuniam, vltrà Pęnam dictorum ducatorum centum, soluat ipsi Cameræ Ducali tantum pecunię, quantum pactus fuerit.

Et vlteriùs remoueatur ille Aduocatus, & Procurator ab Officio Aduocationis Procurationis, & Tabellionatus per Triennium, & Quilibet possit accusare, denunciare, & notificare, & habeat Medietatem dictę Pęnæ pecuniariæ.

Ad hoc Statutum, & sequẽs, vide Const. sub tit. DE POENIS. § SI ADVOCATI, fol. 79. à tergo, vbi ferè Idem Disponitur.

De eodem.

Cap. cccc.xxx.

ITEM, quòd nullus Aduocatus, & vt suprà, audeat cõtrahere cum aliquo suo Cliẽte quoquo modo per Mensem vnũ antequàm Litem moueat, cuius Aduocatus, & vt suprà, Patrocinium suscipiet, nec durante eiusmodi Lite per Menses sex, pòst Litem finitam, Et, si quis contrafecerit, incurrat Pęnam Precij Rei contractæ, soluendam Cameræ Ducali pro Dimidia, à qualibet Parte, seu Partibus Contrahentibus, & Contractus sit nullus.

Vide Tex: in. d. l. si qs Aduocatorum. C. de postul.

An valeat Donatio Parentis Lucri futuri, Salyc. in .l. Societas. §. Donationis, ff, pro Socio.

De non Paciscendo sub spe Victoriae.

Cap.cccc.xxxi.

NVLLVS Aduocatus, Procurator, Syndicus, vel Actor, vel Exercens Officium Procuratoris, Notarius, vel Solicitator, possit aliquo modo, per se, vel alio mediante, pacisci sub spe Victoriæ Caussæ, & si contrafactum fuerit, sit, ipso Iure, & Facto, ipse Aduocat⁹, Procurator, Syndicus, vel Actor, Notarius, vel Solicitator, priuatus à Collegio Iudicum Mediolani, & Beneficijs eiusdem, & Officio Procurationis, Syndicatus, & Actoriç, Notariatus, & Solicitatoris, singula singulis congrue referendo, vsq; ad Annum vnum, & vlterius, incurrat Pœnam Librarum centum Imperialium, applicandarum Communi Mediolani pro Dimidia, & pro altera Dimidia Accusatori, & Quilibet possit Accusare, Notificare, ac Denunciare.

De Remuneratione Massariorum, vide in Nouiss. cap. 420. NVLLVS, fol. 142. à fron.

De Remuneratione Procuratoris, vel Syndici.

Cap.cccc.xxxii.

SI aliquis Procurator, vel Syndicus alicuius singularis Personæ, Collegij, Vniuersitatis, vel Negociatorum, vel alicuius eorum, gesserit Officium Procurationis in Foro Communis Mediolani, vel alibi, licet non fecerit Pactum de eius Salario, quòd nihilominùs eis debeat satisfieri, Arbitrio Iusdicentis, cuius Arbitrio, dictum Salarium taxari debeat, & id, quòd taxatum fuerit pro Mercede ipsius Syndici, vel Procuratoris, soluatur, omni Appellatione, & Exceptione remota.

De Praediis.

Cap.cccc.xxxiii.

SI quis habuerit aliquod Prædium rusticum, pleno Iure

alicui suo Sedimini,non cōtiguum,& intelligatur esse contiguum,etiàm mediāte aliquo Accessio,extra Corpora sanctorum Mediolani,exceptis Sediminibus,& Prędijs,supèr quibus sint Aedificia, quod non excedat quātitatem Perticarum decē,& alitèr habuerit à quatuor Partibus,vel à tribus,vel saltim à duabus Partibus,& ab vna alia Parte sit via publica,vel Accessium,quòd ille,qui habet,vel habebit Prędiū seu Prędia,pleno Iure,vel respectu vtilis Dominij tantùm, contiguum,vel contigua à quatuor, vel à tribus Partibus,vel à duabus,vt suprà,habuerit Perticas viginti Terrę vel vltrà,pleno Iure,vel, vt suprà, ibi contiguas possit facta Denūciatione ILLI,cuius est dictum Prędium Perticarum decem, vel abindè infrà, facere illud æstimari per Aestimatorem Communis Mediolani,& illud habere pro eo Precio, quod ipsum Prædium fuerit Aestimatum, & teneatur, ac compelli possit etiàm Officio Iudicis,talis Habens dictum Prædium facta Aestimatione, & vt supra, ad faciendum Venditionem alteri habere Volenti, in forma Communi, quod si facere neglexerit, aut recusauerit, quòd eo casu, facta Oblatione, & effectuali Depositione de dicto Precio, ipsa Venditio pro solemni facta habeatur, omni remota Exceptione, & ipso Iure, & facto.

Huic Statuto, an pręiudicent Cridę, & Quomodò Intelligatur illud verbū HABVERIT, Vide Const. sub Titulo DE BON. AD CRID. PONEN. §. PER CRIDAS, folio. 52. à tergo. Alex. in .l. 3. §. Ex contrario col. 15. ѷs. Quid si Statutum de acquir. Poss. Et in. l. stip°. ista. §. Hæc quoquè in p°. not. de ѷb. oblig. & Tex. in. l. Habere in princ. de ѷb. signif. vbi Alcia. Paul. cons. 343.

An sit habēda Ratio valoris, Abb. in simili in p°. par. Stat. q. 102.

Aliū Casum, In quo, quis Inuitus cogitur vendere habes, in Const. sub Tit. DE AEDIFICIIS PRIV. in Princ. fol. 98, à tergo.

Et prædicta locum habeant, nisi ille, cuius erit dictum Prædium perticarum decem, vel abindè infrà, potius elegerit, seu eligere velit Cambium alterius Prædij non contigui Sedimini, vel vt suprà, Supèr quo non sit aliquod Aedificium.

Quo casu, si ille, qui habere voluerit illud Prędium Perticarum decem, vel vt suprà, habuerit aliud Prędium proprium, & pleno iure, de per se distinctum, & separatum, quod sit totidem Perticarum decem, vel minoris numeri Perticarum in eodem Territorio, quòd eo casu Cambium fiat arbitrio Aestimatoris, vel Aestimatorum.

Qua Electione Cambij Facta, ſi poſteà Eligẽs Cambium, il-
lud facere neglexerit, aut Recuſauerit poſſit Aeſtimator, ip-
ſis talitèr Recuſantibus, ipſum Cambium facere cum So-
lemnitatibus debitis.

Et perindè habeatur, ac ſi per Partes factum fuiſſet, & il-
lam Aeſtimationem, ſeu Cambium teneantur Reddentes
ius in Ciuitate, & Ducatu Mediolani RATVM, & FIR-
MVM in perpetuum habere.

De Habenti Qvotam. Volente eam Alienare.

Cap. cccc. xxxiiij.

Materiam habes in. l. pen. vbi etiã glo. & Doct. C. de Cõtrah. empt. & Tradit Alex. cõs°. 52. In princ. lib. p°: Dec. cons. 88. circà princ.

Huic Stat°. non prẽiudicãt Cridę. d. §. PER CRIDAS In Conſt. fo: 52. à tergo.

SI quis habuerit Maiorem, vel Dimidiam Partem, ſeu quamcunq; aliam QVOTAM Partem alicuius Domus, Hoſpicij, ſeu Sediminis, vel cuiuſlibet alterius Aedificij in Ciuitate, Suburbijs, vel Ducatu Mediolani, vel Directum Dominium, & Ciuilem Poſſeſſionem ipſius Quotæ Partis tantum, ſi ad ipſam, vel per ipſam Domum, Hoſpitium, ſeu Sedimen, vel Aedificium, ACCESSIETVR per vnũ Anditum, uel, ſi una Pars habeat Anditũ, ſeu Regreſſum euſdi, in, per, aut ſuprà, quouis modo aliam Partem, & Habens aliam Partem dictę Domus, vel Hoſpitij, ſeu Sediminis, vel Aedificij, vel Directum Dominium, & Ciuilem Poſſeſſionẽ tantùm ipſius Partis, voluerit, quouis Titulo, ſeu modo, alienare, etiã in Exequutione alicuius vltimę voluntatis, ipſam Partem, vel Directum Dominium, in alium, quàm in Habentem Partem in ipſa Domo, Hoſpitio, ſeu Sedimine, vel Aedificio, vel in Habentem vtile Dominium, & Naturalem Poſſeſſionem Partis, quę voluerit alienari, TENEATVR DENVNCIARE Habenti aliàm Maiorem, ſeu Dimidiam, vel quamcunq; aliàm Quotam Partem, ſi vult dictam ſuam Partem, vel Directum Dominium, & Ciuilem Poſſeſſionem acquirere, pro eo Precio, quo vẽdere voluerit

Scienti An denunciandũ? Alex: cõs. 24. col. 2. circà med. lib. 4. Et An Sciens, & Patiens ſibi p̃iudicet? Paul. de Caſtro, in. l. 1. ff. de Tribu. Affllc. In tract. Prothom. §. ſi. Col. 4.

ipsam Partem, vt suprà, vel pro eo, de quo fiat Aestimatio per Aestimatorem, uel Aestimatores Communis Mediolani, & assignare ei Terminum triginta Dierum, intrà quos, respondeat se accepturum, uel nè. Et, si responderit, se nolle acquirere, uel si Terminus triginta Dierum fuerit elapsus, & nihil responderit, tùnc Habens dictam Maiorem, seu Dimidiam Partem, uel quãcunq; aliam QVOTAM Partem, seu Directum Dominium, & Ciuilem Possessionem tantùm, poss.t de ipsa sua Parte, & Directo Dominio disponere, & ipsam, & ipsum alienare, ad sui Arbitrium.

Si uerò, intrà Spacium dictorum triginta Dierum responderit, se uelle acquirere, Respondens teneatur exprimere an uelit acquirere pro Precio expresso in Denunciatione, aùt pro Precio Aestimando, ut suprà. Qua Responsione facta, non liceat ipsi Respondenti uariare, & tùnc Habens dictam Maiorem Partem, uel Dimidiam, seu quamcunq; aliam QVOTAM Partem, seu Directum Dominium, teneatur in ipsum Respondentem, transferre Rem, quę fuerit denunciata, pro eo Precio electo, vt suprà, alitèr Alienatio facta, nõ seruata forma huius Statuti, nullius sit momenti, Et ipsa Pars, sic alienata, uel Directum Dominium sic alienatum, Ipso Iure, & Facto applicetur Habẽti aliam Partem Maiorem, uel Dimidiam, uel aliam quamcunq; QVOTAM Partem, ipso Dãte, uel cum effectu parato dare illi, qui alienauit Precium, pro quo facta fuerit ipsa Alienatio, vel Precium Aestimandum per Aestimatorem, vel Aestimatores, vt suprà, in Electione ipsius, cui applicatum fuerit Dominium, vt suprà, qua Electione facta, non liceat ei variare, & teneatur facere Venditionem ille, qui alienauerit, non seruata dicta forma, pro Precio Electo, vt suprà, cum Promissionibus defendendi in forma Communi, & cum alijs Claussulis, in talibus apponi consuetis.

Huic Stat°, An possit Renunciari, Ias. in. l. pen. col. 6. C. de pac. ubi Dec. col. 5. vs. 2°. ett.
Sed An Vẽditor teneatur Precium primo Vẽditori restituere, Tex. est in. l. Senatus, de Contrah. Empt.

De eodem.

Cap. cccc. xxxv.

Quid, si datur in Emphyteosim Accepta pecc. Affiic. Decis. 72.

VBI autèm Habens dictam QVOTAM Partem, vt suprà, voluerit dictam suam Partem dare in Emphyteosim, tunc isto Casu, respectu Ficti Libellarij faciendi, & Inuestiturae Libellarie, exindè faciendae seruentur omnia disposita in Venditionibus faciendis, vt suprà, singula singulis congruè referendo.

De eodem.

Cap. cccc. xxxvj.

Quid, si sit vtile Dominium, pro quo soluitur Ecclesię, Dec. ps. 282, ad fin. Anch. cons. 125, col. pen. Quid, si soluitur Principi Alex. ps. 27. lib. 6.

HABENS VTILE DOMINIVM, & Naturalem Possessionem tantùm in aliqua Quota Parte, vt suprà, si voluerit vendere, vel in Emphyteosim dare Alicui alij, quàm Habenti Directum Dominium, habeant locum omnia supradicta, congrua congruis, sempèr referendo. Et, si Tenēs aliam Quotam Partem habuerit solum Vtile Dominium, & Habens Directum Dominium illius Quotae Partis, non voluerit acquirere aliam Quotam Partem, quę vult alienari, vt suprà, quòd Habens vtile Dominium, possit acquirere, modis, & formis, supra contentis.

De eodem.

Cap. cccc. xxxvij.

An habeat locum in Dote inextimata, Tiraq. In Tract. lign. fol. 132. n°. 93. 95. & hanc Sententiā.

HABENS Quotam, vt suprà, si voluerit alienare Alio quouis modo, per viam Cōtractus, vel quasi, vel Distractus, quàm modis suprà expressis, non seruata forma praesentis Statuti, tunc possit alius Habens Quotā acquirere pro Pręcio Aestimando per Aestimatorē, vel Aestimatores, vt suprà.

De eodem.

Cap. cccc. xxxviij.

Et an procedat in Datione In Solutum facta per Subhastationes, iudicarunt Catelanus Cotta, & Franciscus Reyna, Et faciunt Latè Relata per Alex. in l. Precia Rerū, col. 4. & seq. ff. ad l. fal. Per Bal. cons. 300. lib. p°. Dec. cons. 222, col. 2°, Et hoc seruat Senatus, Et an procedat in Datione In Solutum facta ecclesię, Bal. d. cons.

PRAEDICTA, dicta de Venditione Locum sibi vendicent in Datione In Solutum, facta per Iudicem, vel Delegatum, aut Subdelegatum, vel Arbitrū, vel Arbitratorē, vel à Lege Statuto, seu Prouisione, Additione, vel Reformatione.

HOC INTELLECTO, q̄, si Datio In Solutū fiat, uel pro facta habeatur ex dispositione Prouisionū, seu Reformationum, & Additionum æditarum supèr Bonis immobilibus vendendis, quòd, eo in casu, talis Datio In Solutum, suum sortiatur effectum. Saluò, quòd Habens Quotam, qui acquirere potuisset talem Quotam, datam, vel habitam pro data In Solutū, vt suprà, vbi Datio In Solutū, facta fuisset per Iudicē, vel à Parte, eam luere possit ab illo, cui ipsa Quota data, vel pro data habita fuisset In Solutum, pro Precio Aestimando, ut suprà, Et eodē modo, eam luere possit, à quocunque, in quem postmodùm translata fuisset ipsa Quota.

Pactum factum Vendito ri, de non vtendo Iure Quotę, An prosit Empto ri Afflic. de Iure cōgrui, §. A scriptum, col. 6.

DE EODEM CAP. cccc. xxxix.

DISPOSITA in præsenti Statuto Locum etiàm habeant, Saluò, ut infrà in ultima Voluntate, quando Quota transfertur per uiam cuiuslibet ultimæ Voluntatis in Alium, Quàm in Successurum ab Intestato, Alienanti dictam Quotam, & Habens Quotam, vt suprà, possit ipsam Quotam Partem, taliter alienatam acquirere pro Precio Aestimando ut suprà, sed eo casu Precium detur ei, in quem fuerit alienata per uiam ultimæ Voluntatis, ut suprà, ualeat tamèn ipsa ultima Voluntas, sed ille, à quo acquireretur dicta Quota, & cui dabitur Precium, ut suprà, teneatur facere Venditionem acquirenti, seu uolenti acquirere dictam Quotam, ut suprà, in forma Communi, & Iuris.

Quid si Iustum Precium nō fuit expressum, Tiraq. de Retrac. lignier, §. 35. fol. 293, n°. 31.

DE EODEM.

CAP. cccc. xL.

SI fuerint plures luere Volentes, & Possentes, secundùm formam præsentis Statuti præferatur primò Offerens dictā Quotam uelle emere, Et, si fuerint plures, eodem tempore Offerentes dictam Quotam luere, seu acquirere, præferatur ille, quem Sors prætulerit.

An Reus, cui offertur possit etiàm ipse offerre, & an debeat Caussam suæ Possessionis mutare. l. 3. §. Illud de acquir. Poss. Afflic. vt supra l. §. Totales col. pen. n°s. luxta hoc.

De eodem.

Cap. cccc.xl j.

SI contingat concurrere Agnatum luere volentem, vigore Statuti de Re paterna luenda, cum non Agnato habente Quotam, vt suprà, luere, seu acquirere volente, vigore pręsentis Statuti, pręferatur in dicta Luitione, seu Acquisitione Habens Quotam non Agnatus, tali Agnato luere, vel acquirere volenti, & vt suprà.

Vide circà hoc Anchar. cons. 370. & seq.

Videtur intelligendum de Agnato non habente Quotã, Nè contradicat Cap. 421. SI CONTINGAT, quod est suprà sub Rubrica, DE RE PATERNA LVENDA, fol. 144. à fronte.

Qvòd Habens tertiam partem domvs, locet Habenti Alias.

Cap. cccc.xl ij.

SI quis habuerit saltìm duas Partes ex tribus alicuius Sediminis, vel Aedificij in Ciuitate, vel Suburbijs Mediolani, & ibi habitet, & Habens reliquam Tertiam, vel Minorẽ Partem, non voluerit ibi habitare, sed eam locare ad tempus, teneatur ad Requisitionem alterius Habentis, saltìm duas Partes, vt suprà, ipsam Tertiam, vel Minorem Partem locare ad tempus ipsi Habenti alias Partes, pro Pensione taxanda per Aestimatorem, vel Aestimatores, vt suprà, vel pro Pensione, pro qua alteri locasset, in Electione Habentis alias Partes, vt suprà.

Quomodò intelligantur ista uerba, Alex. in. l. 3. §. ex contrario col. 15. de acquir. Poss. & in. l. Stipulatio ista. §. hoc quoq; In p°. Not. de ṽbo. oblig. Affiic. in Tract. Prothom. ṽs. Si Autèm cõcurrat.

Ad hoc Statutum uide omninò Constitutiones, sub Tit°. DE AEDIFICIIS PRIVATIS. §. POSSIDENS, fol. 98. à tergo.

Qvòd Advocati, et Procvratores teneantvr praestare Patrocinivm contrà Magnates, et alios qvoscvnqve.

Cap. cccc.xl iij.

QVILIBET Aduocatus, & Procurator Ciuitatis Mediolani, publicè Exercens Officium aduocandi, vel procurandi, si susceperit Officium Aduocationis, uel Procurationis in aliqua Caussa, seu pro aliqua Persona, teneatur,

Quòd Nullus sit Aduocatus, uel Procurator Potestatis tempore Syndicatus, Vide in Nouiss. Cap. 38. NVLLVS, fol. 14. à fron. In princ.

& debeat suum Patrocinium præstare, tàm coràm Iudicantibus, quàm Consiliarijs, & alibi, vbi expedierit, si Requisitus, seu petitus fuerit per Partem, quæ eum petierit, & voluerit habere Aduocatum, vel Procuratorem.

Et hoc agendo, vel defendendo contrà quemlibet ex Magnatibus Mediolani, & cōtrà quemlibet Iurisperitum, vel Procuratorem, & quamlibet aliam personam Mediolani, sub pœna Librarum centum Imperialium cuilibet Aduocato, & Librarum quinquaginta Imperialium pro quolibet Procuratore, cuius pęnæ Medietas perueniat in Partem, quę eum petierit, & cui denegauerit Aduocationem, vel Procurationem, & alia perueniat in Commune Mediolani.

Et prædicta habeant locum, si Pars soluerit, & satisfecerit, vel cum effectu obtulerit se paratam soluere, & satisfacere dicto Aduocato, uel Procuratori de Mercede sua, secundùm formam Statutorum Communis Mediolani.

De Satisdatione Rei immobilis alienatae.

Cap. cccc. xLiiij.

Re immobili uendita, sinè Beneficio Prouisionis, & Cridarum, uel In Solutum data, uel accepta, quòd de Satisdatione præstanda pro Euictione, & Defensione dictę Rei sicut intèr Contrahentes conuenit, obseruetur.

Si uerò nihil intèr Contrahentes conuentum fuerit, tùnc Vēditor, & Dans In Solutum, & ille, pro cuius Debito, Res accepta fuerit In Solutum, ad instātiam Emptoris, & Acceptoris In Solutū, uel eius Hęredū, teneatur dare Fideiussorem idoneum, pro qualitate Rei Vēditæ, & In Solutū datę, ut suprà, & ad hoc possit compelli Vēditor, & Dās In Solutum, & ille, pro cuius Debito, Res accepta fuerit In Solutum omnibus Iuris remedijs, citrà Personæ Detentionem. De Iure Cō. vide. L. 5. C. de Euict. declarat. vt p Ang. in l. cum ubi, C. 10.

Et prędicta non habeant locum in Venditionibus, quę fierēt

pro Dato, & Facto tantũ Vẽditoris. NEC ETIAM, habeãt locũ, si Vẽditor, &, vt suprà, à quo requiretur Fideiussor OBTVLERIT cum effectu velle restituere Precium, pro quo, Res vendita fuit cum legitimis Expensis vtilibus, uel necessarijs, quibus receptis, fiat, seu prò facta habeatur Retrouenditio de Bonis ipsis, uel OBTVLERIT ipsi Emptori, quòd Bona, eius Venditoris, & vt suprà, Expensis, ponantur ad Cridas per ipsum Emptorẽ, & Denarios Expẽsarum pro faciendis ipsis Cridis, & earum Relationibus, de Re ipsa cum effectu dederit ipsi Emptori, & obtulerit dare Fideiussorem idoneũ pro Euictione, & Defensione dictę Rei, vt suprà, qui se cõstituat principalẽ Debitorẽ, cũ Renũciationibus debitis, donèc Res ipsa, ad Cridas ponenda, vbi tamẽ ponatur infrà Mensem, tùnc proximè futurũ, libera transiuerit iuxtà formam Ordinum, supèr Bonis uendendis æditorum, uel Res ipsa. ALITÈR LIBERETVR, & eo in casu, ad hoc compellatur omnibus Iuris remedijs, ut suprà.

Et prædicta habeant locum, si prędicta Satisdatio petita fuerit infrà quinquennium pòst, a Die Alienationis factæ in anteà, nisi post ipsum quinquennium imineret Periculum Euictionis, quo casu habeat locum Dispositio huius Statuti, non obstante lapsu quinquenij. vt suprà.

Vide Tex. in. l. pen. §. pen. de Peric. & Com. Rei vend. & Tex. in. l. si pòst perfectum. C. de Euict. & Cepol. caut. 197. glo. in. l. 3. in fi. C. de Euict.

De Iuris Cessionibus, Et Primò de Cessione Tit°. Venditionis.

Cap. cccc. xLv.

De Iuris Cessionibus Descendentis contrà Ascendentem, Vide suprà, Cap. 266. NVLLVS, folio. 89. à tergo.

An Cessionarius teneatur denũciare Litem motã, Dec, Cõs°. 102. per totũ.

Cessionarius nõ potest vti alio Iure, quàm Cedentis, vt in Const. sub Tit°. DE FORO COMPETENTI. §. CESSIONARII, fo. 41. à tergo, in fine.

SI quis de cætero aliquam facere uoluerit Cessionem, ipse Cedens IVRARE TENEATVR in ipsa Cessione ad Sancta Dei Euangelia, corporalitèr tactis Scripturis, se esse uerum Creditorem eius, de quo cedit Ius, & quod de suo cedit Ius, & nõ in Fraudem alicuius, nec Iuris alicuius, exprimendo, & specificando Quantitatem, & Rem, de qua fit Cessio. Et vlteriùs, iurare teneatur, vt suprà, veram Quantitatem.

Ius,vel Rem,quam,vel quod,ipsius Cessionis nomine,seu occasione,recepit,vel recipere intendit,& qđ ille, cui fiet talis Cessio,seu ille,qui eã receperit nomine Cessionarij, IVRARE TENEATVR,vt suprà,quantũ in veritate,& sine spe alicuius Rehabitionis per se,nec submissam Personam habendæ,numerauit,vel dedit occasione dictę Cessionis.

De Cessione titvlo Donationis, et Ivramento, per Cedentem, ac Cessionarivm praestando.

CAP. cccc.xLvj.

ET,si contingat Cessionem aliquam fieri Titulo Donationis,ipse Cedens,in ipsa Cessione,IVRARE TENEATVR ad Sancta Dei Euãgelia,corporalitèr tactis Scripturis,se esse verum Creditorem eius,de quo cedit Ius,& non in Fraudem alicuius,nec Iuris alicuius,exprimendo Quantitatem, Ius,vel Rem,de quo fit Cessio,& quòd occasione illius Cessionis nihil recepit,recipit,nec recipere intendit per se,nec summissam personam ab eo,cui cedit,nec ab alio,eius nomine,nec pro eo.

De Solemnitatibus in Donationibus obseruandis, Vide suprà, cap. 324, NVLLA, fol.105, à t°. Et de Donationibus, & Cessionib⁹ Tit°. Donat. vide omninò Const. sub tit°. DE DONATIONIBVS, fol. 62. à fron. per totum.

De eodem. CAP. cccc.xLvij.

CESSIONARIVS quoq;,qui siue suo,siue alieno nomine Cessionẽ ipsam recipit Titulo Donationis,IVRARE TENEATVR ad Sancta Dei Euãgelia, corporalitèr tactis Scripturis in Animam suam,quòd Cessionẽ ipsam nonrecipit in Fraudẽ,& quòd pro ipsa Cessione,quę fit dicto Titulo Donationis nihil dedit,dat, nec dare intendit Cedenti per se,nec per summissam Personam pro eo, nec per eum, suo Credere,pro quo,dictam Cessionem recipit, nec per Summissam Personam aliquid datum est,nec dari intenditur. Et vlteriùs,tam Donator,quam Donatarius, & vterq; eorum IVRENT, vt suprà,& etiàm protestentur, & iureiurando

affirment eam Cessionem, quæ fit dicto Titulo Donationis, veram, non autem fictam, nec simulatam esse, neque vlla, se ipsos, Fraude, aut Dolo ductos, nec in Fraudem alicuius, sed sua sponte, atque sincero mentis Affectu, ac Bona Fide, ad huiusmodi Donationem, & Cessionem, deuenire, & absque vlla Pactione, palàm, vel secretò, facta, quod vllo vnquàm tempore Retrodatio, vel Retrocessio fiat de Bonis iàm donatis.

An ad unguem debeat seruari, Alex. ps. 137. col. 4. lib. 2°. Dec, cons, 110, col, 2, ad fin,

Si verò, Contrà, vel prętèr formam prædictam, Cessiones de cætero fieri contingant, ipsæ Cessiones, Ipso Iure, non valeant, nec teneant, HOC INTELLECTO, quòd non intelligatur Cessio facta, contrà, nec pretèr formam prędictam, licet Cedens non reperiatur verus Creditor de Quantitate Cessa, sed valeat Cessio pro illa Quantitate tantùm, pro qua reperietur verus Creditor, Committens tamèn in hoc Fraudem, puniatur, vt infrà.

Et, si repertum fuerit aliquem ex Contrahentibus Fraudem commisisse in prædictis, vel aliquo prędictorum, cõseruare TENEATVR Indemnes, OMNES, qui occasione dictę Cessionis læderentur, & vltrà, nomine Pęnę, cõponat Communi Mediolani Libras trecentum Imperialium, & Medietatem eius, de quo reperiretur eam Cessionem in Fraudem fecisse, & vltrà incurrat Pęnam Periurij.

Et prædicta locum habeant in Cessionibus, quæ proprio, & puro vocabulo, Cessiones nominantur, non autem in illis, quæ accederent, & ponerentur accessoriè alterius Contractus, qui quidèm contractus NOMEN PROPRIVM, & vocabulum cessionis non haberet, HOC SALVO, quod, si per Creditorem non Habentem Possessionem Bonorum Debitoris, fieret Datum alicui Possidenti, vel per viam Transactionis, vel alio modo, de dictis Bonis, & accessoriè faceret Cessionem Iurium suorum, quòd, eo casu, non valeat talis Cessio Quantuncunque accessoriè facta, nisi.

ſeruata forma,ſuprà tradita in Ceſſionibus,quæ,proprio,& puro vocabulo Ceſſiones nominantur.

Et,ſi contingat Cedentem,pòſt Ceſſionem per eum factam, quouis modo,Liberare, Ipſo Iure, vel per Exceptionē,Debitorem, vel Bona obligata, in præiudicium Ceſſionarij, quòd dictus Cedens liberãs,vt ſuprà,PVNIATVR,& condemnetur in Libris quatuorcentum Imperialium applicandis,Communi Medialani,& eadem pœna puniatur,& condemnetur Sucеſſor talis Cedentis,qui ſcientèr pòſt Ceſſionem,faceret Liberationem,vt ſuprà.

An facta Denũcia, ne ſoluat, præferatur Ceſſionarius, tamquã ille, qui habet utiles, Cedenti habenti directas? latè Alex: cons.15. col.p°.& ſeq.lib.6. Cep. Caut.267.

De eodem.

CAP.cccc.xLviij.

SI in Ceſſione Titulo Onerоſo facta,ſolēnitèr fuerit Confeſſio facta de Dato,ſeu Recepto,quamuis in dicta Ceſſione alitèr non contineatur Receptionem,ſeu Numerationem fuiſſe factam,nihilominus ipſa Ceſſio, vires ſolemnis Ceſſionis obtineat.

Quę ſit Ratio huius Statuti, Alex: cons.25. col.2°. lib.2. Paul.cons.396. circà finem in Antiquis.

De eodem.

CAP.cccc.xLviiij.

OMNIA Ordinamenta de Iuris Ceſſionibus facta, locum habeãt,ET SERVENTVR,& obſeruari debeant in ſuis Caſibus, & Capitulis, & ſiuè Ceſſio,& Contractus fiat in Ciuitate,vel Ducatu Mediolani, ſiuè extrà Ciuitatem,vel Ducatũ Mediolani in Terris,& Locis ſuppoſitis Dominio Domini Mſi,& etiam,ſi fiat, vel fieri cōtingat in Terris nō ſuppoſitis Dominio dicti Dñi, ſi cōtingat eis vti contrà Aliquem ſuppoſitum Iuriſdictioni Poteſtatis Mediolani in Iuriſdictione Mediolani, & hoc, ad ęuitandas Fraudes, quæ quotidiè cōmittuntur per tales Facientes dictas Ceſſiones, qui eas ſimulatè Concipientes, volentes ęuitare prædicta ipſas faciunt extrà Ciuitatem,& Ducatum Mediolani.

Latiſſimè Caccialup. in Repet. l. Cunctos Populos, n°. 96, cum ſeq. de ſum. Trin.

De eodem.

Cap.cccc.L.

ITEM, si contingat Cessionem fieri alicuius Iuris in toto, vel de aliqua Parte, de quo cōstet per publicum Instrumētum Debiti alicuius, ad Defensionem tantùm alicuius Rei, vel etiàm ad agendum in Casu Euictionis, ꝙ dictum Instrumentum Debiti debeat INTERLINEARI per Notariũ, qui tradet dictam Cessionem, ea Die, qua fiet Cessio, DECLARANDO Quantitatem, de qua fit Cessio, & qualitèr fit ad Defensionem Bonorũ, proùt in dicta Cessione continebitur, & in casu, quo fieret Cessio, etiàm ad agendũ in casu Euictionis, Sequuta Euictione, possit Cessionarius vti Iuribus dicti Instrumēti, non obstāte dicta INTERLINEATIONE, Et, si nō fiat dicta Interlineatio, modo supradicto, non valeat dicta Cessio, & vltrà, Notarius, qui tradiderit dictā Cessionē puniatᷣ in Libris vigintiquinque Imperialiũ.

An sit usu receptũ, Et An sufficiat, ꝙ per maiorem Partē nō seruetur? Aret. cons.11. col.pen. Dec.ↄs. 48. col.1. ubi de cursu tēporis pro firmāda ↄsuetudine, quę cōsistit in facto.

De solemnitate servanda per Mulierem cedentem Iura Dotis constante Matrimonio.

Cap.cccc.Lj.

ITEM, quòd constante Matrimonio, etiàm si extet Casus Dotis repetendæ, eo, quia Maritus, vel Socer, inchoauerit malè vti Substātia sua, NON POSSIT MVLIER Cedere Iura Dotis suę, nisi in ipsa Cessione, vltrà CONSENSVM MARITI, qui requiritur, ex forma Statutorum Communis Mediolani, interueniat Consensus duorũ proximiorum Agnatorum, si eos habuerit in Ciuitate, vel Ducatu Mediolani, & si habuerit tantùm vnum Agnatum, vt suprà, interueniat Consensus ipsius Agnati, & vltra vnius Cognati proximioris ipsius Mulieris, Et, si nō habuerit aliquem Agnatum in Ciuitate, vel Ducatu Mediolani, tùnc, vltrà CONSENSVM MARITI, interueniat Consensus duorum

Cognatorum

Quòd Mulier possit consentire Alienationi Bonorum hypothecatorũ pro Iuribus Dotalibus, Vide In Nouiss. capite. 499. POSSIT, fol. 162. à t°.

An possint Renūciare Solemnitati huius Statuti? Fel. in. c. si diligenti col.2. In fin. & seq. de for. ↄpet.

Idem an sit de Iure Communi? Bart. cons.10. col. pen.

Cognatorum proximiorũ,& si non habuerit aliquem Agnatum,nec Cognatũ in Ciuitate, nec Ducatu Mediolani,tunc interueniat, vltrà CONSENSVM MARITI, Consensus duorum Bonorum Vicinorum eiusdem Parochię, dictę Mulieris, bonę Famæ.

Qui Agnati, Cognati,& Vicini,in quolibet Casuũ prędictorum,congrua congruis referẽdo, IVRARE TENEANTVR ad Sancta Dei Euangelia,manibus corporaliter tactis Scripturis,quòd in veritate credunt prędicta,quæ fient per dictam Mulierem,cedere ad Vtilitatem ipsius Mulieris,& quòd Pecunia, quæ recipietur occasione dictę Cessionis, quam cõtinget fieri,debeat cõuerti in Emptionem Prędiorum, vel in tuto Loco reponi, vt ipsa Dos, Mulieri sit salua, saltèm cõstante Matrimonio,alitèr Cessio facta,non seruata dicta Forma, NON VALEAT,nec ipsi Mulieri pĩudicet.

DE AETATE LEGITIMA. CAP. cccc. Lij.

QVILIBET Ciuitatis,& Districtus Mediolani habeare intelligatur Aetatem legitimam,ex quo habuerit Annos decem & octo completos,in Iudicijs,in omnibus alijs Casibus,ex quo habuerit annos viginti completos,Saluò, quòd in vltimis Voluntatibus,respectu Aetatis dumtaxàt,SERVETVR DISPOSITIO Iuris Communis.

De Filiofamilias, vide suprà cap.416. SI FILIVSFAMILIAS, fol. 142. à fronte.

Quomodò depònet Testis supèr Aetatè, Bal. In l.2ª de Temp. App. circà med. Alex. cons. 51. col. 2ª ivs. Ad hoc facit, lib. pº.

DE SACRAMENTIS PVBERVM. CAP. cccc. Liij.

An Iurans se Maiorem, obligetur. Paul. cons. xi In fine.

AVTHENTICA Sacramenta Puberum spontè facta, & quælibet alia Iuris Dispositio, illud, vel Simile Disponẽs, NON VALEAT,nec vẽdicet sibi locũ, & quòd Sacramẽtũ Minori nõ obsit, nec aliud caussa Sacramenti subsequutum,etiã si Iurauerit se Maiorẽ esse, si Actus, Ipso Iure, nullus esset, sinè ipso Sacramento,& etiã, si Actus valuerit,non obsit Minori Sacramentum, nec aliud caussa Sacramenti

Paul.cons.141.Col.1 & 2°. In Aotiquis. Com. cons 36. per to tum lib. p°. An Impediat Naturalem Obligationē, Ias. Cons. 133. in fin. lib. 4.

subsequutū, etiam, si iurauerit se Maiorem esse, quominùs Possit restitui, in integrum, si Læsus fuerit, prout posset restitui, si Sacramentum ipsum præstitum non fuisset.

Et prędicta, & infradicta, & quodlibet eorum locum habeant, & suum sortiantur Effectum, ET SERVENTVR omnibus modis per quemlibet Iusdicentem Ciuitatis, vel Ducatus Mediolani, & per Delegatum, Arbitrum, vel Arbitratorem, sub pœna Librarum quinquecentum Imperialium, cuilibet Cōtrafacienti in prœmissis, vel aliquo prœmissorum, directe, nec per indirectum, quæ pœna applicetur Parti, in cuius præiudicium fuerit contrafactum, vel procuratum.

Et vltrà hoc, Pars allegans, vel Procurans, seu ad cuius Instantiam fuerit allegatum, vel Procuratum, de voluntate Principalis, cōtrà prędicta, vel aliquod prędictorū, AMITTAT CAVSSAM, Et Hoc, nullo Iure Communi, cuiuscunq; Conditionis existat, vel Municipali, obstante, nec alio quocunq; obstaculo, quibus omnibus ex certa scientia, per prœsens Statutum, ipso Iure sit derogatum.

De Statuto obligante Patrem pro filio, Aret. cons. 57. col. p°. Patre, & Filio Confitentibus Dotem, ad Cuius manus prœsumatur peruenisse, latè Alex In. l. si cùm Dotem. §. Transgrediamur. ff. sol. Matrim.

DE DOTE FACIENDA. CAP. CCCC. LIIII.

SI quis, à modò duxerit Vxorem, Maritus, & Pater, & quilibet, in cuius Potestate fuerit Maritus, & quisq; Insolidum, de cuius Consensu, Matrimonium fuerit cōtractum, tacite, vel expresse, TENEATVR facere Consultum, & Chartam Dotis, de tota Dote conuentata, & data, & quòd Maritus, & Pater, & quilibet, in cuius Potestate fuerit Maritus, ad sui liberum Arbitrium, possit illam Pecuniam expendere, absq; eo, quòd aliquid detrahatur de dicta Dote.

Declarat Socyn. Cons. 81. In fin. lib. 1. Et An possit compelli ad Constituendum Dotem viro, Socyn. Cons. 80. col. pen. lib. 4°. De Dote Post Bienium Facta, Quòd non prœiudicet Creditoribus, vide suprà, cap. 268. SI QVIS, fol. 90. à fronte. In fine.

QVANDÒ BONA INTELLIGANTVR IN DOTEM DATA. CAP. CCCC. LV.

NON sit, nec esse intelligatur Dos, nec Bona in Dotem data, nisi expresse constiterit, vel appareat, & legitime.

De Legitimatione Filiorum Naturalium, Seu Bastardorum, Qualiter Fieri Conceduntur, Et Etiam, Qualiter Fieri Prohibentur.

Cap.cccc.Lvj.

Quæ ſint Neceſſaria ad validandam Legitimationem, Deci. cons°. 55. col. 2. & ſeq.
De Legitimationibus etiã habes aliqua in Conſt. ſub tit°. DE LEGITIMATIONIBUS, fo. 61. à fron. in fi.
An Legitimatus differat à Diſpenſato? Dec. cons. 258. col. pen. ad finem.

STATUITUR, quòd de cætero non poſſit fieri aliqua Legitimatio, Diſpenſatio, ſeu Habilitatio ſuper Illegitimatione, ſeu Natalibus alicuius Naturalis, ſeu Baſtardi, vel cuiuſlibet alterius, quouiſmodo illegitimè nati, quo ad Succeſſiones, vel Hæreditates aliquas, ex Teſtamento, vel ab Inteſtato Patris, vel alterius Aſcendentis ex Tranſuerſali linea, contingentis eum, de cuius Legitimatione, Diſpenſatione, ſeu Habilitatione agitur, per aliquam Perſonam cuiuſcunq; Status Præeminentiæ, Dignitatis, vel Conditionis exiſtat, non Conſentiente expreſsè, & ex certa ſcientia Conſenſum ſuum, præſtante Patre, vel Aſcendente ſuo, vel alio ex tranſuerſali linea Contingente, cum de eius Legitimatione, Diſpenſatione, ſeu Habilitatione agitur Legitmationi, vel Diſpenſationi, ſeu Habilitationi, quæ occurreret fieri, & fieret per perſonam aliquam, indè Poteſtatem, & Bailiam, Iuridicè Habentem. Ita, quòd non operetur, niſi reſpectu Hæreditatis, ſeu Hæreditatum illius, vel illorum, qui conſenſerit, ſeu conſenſerint, vt ſuprà, non autèm reſpectu alicuius alterius Hæreditatis.

Et, ſi contrà, vel aliter fieret, Ipſo Iure, nulla ſit, & NON VALEAT, nec teneat, nec alicuius ſit valoris, & momenti.

De Eodem.

Cap.cccc.Lvij.

IDEM habeat locum in Legitimationibus, Diſpenſationibus ſeu, Habilitationibus hinc retrò factis, ſupèr Legitimatione, Diſpenſatione, ſeu Habilitatione alicuius Naturalis,

seu Bastardi, vel Bastardę, vel cuiuslibet alterius Illegitime nati, quo ad Successiones, & Hæreditates aliquas, ex Testamento, vel ab Intestato Patris, vel alterius Ascendentis, vel ex transuersali linea Contingentis eum, de cuius Legitimatione, Dispensatione, seu Habilitatione agitur, si Pater, vel Superior illius talis Legitimati, vel Habilitati, vel cui dispēsatum fuerit, vt suprà, viuit, & Consensum, & Assensum expressè, ex certa Scientia non præstiterit ipsi Legitimationi Dispensationi, seu Habilitationi, vel ipsam Legitimationem, Dispensationem, seu Habilitationem ratam, & gratam expressè, ex certa Scientia non habuerit.

Facit Alex. cons. 139, col. 2, lib°. p°.

De eodem.

Cap. cccc. L viii

ITEM Statuitur, quòd ratione pręmissarum Legitimationis, Habilitationis, seu Dispensationis in quibus non interuenerit Consensus, vt suprà, siue factæ sint in Ciuitate Mediolani, vel eius Districtu, siue extrà, non deferatur, nec deferri possit aliqua Successio ex Testamento, nec ab Intestato, vel nisi esset facta de expressa voluntate Patris, vel Aui prædefuncti.

Et quòd nullus de cætero in Iudicio, nec extrà, vti possit talibus Legitimationibus, Habilitationibus, seu Dispēsationibus, Saluò, vt infrà, sub pœna Publicationis Bonorum Parti vtēti, & Iudici, qui hoc Ius redderet, Florenorum ducentum, & Aduocato, qui allegaret ipsas Legitimationes, Habilitationes, & Dispensationes, Florenorum centum, & Procuratori, Florenorum quinquaginta, quas pœnas toties ex prædictis, quis incurrat, quoties repertus fuerit contrafacere, vel fecisse, vel venisse, & Ipso facto, exigi possit, absque aliqua Condemnatione, vel Processu.

DE EODEM.

CAP. cccc. Lviiij.

ITEM Statuitur, quòd, si Q uis erit Legitimatus, virtute alicuius Priuilegij, & expediat facere Fidem de ipso Priuilegio, quòd sufficiat ad Fidem faciendam de ipso Priuilegio, si reperiatur ipsum Priuilegium esse Legitimè authenticatum, vel ad Officium Gubernatorum Statutorum Communis Mediolani in scriptis in vno ex eorum Libris registratum, etiàm, si non appareret Originale ipsius Priuilegij, & quòd etiàm intelligatur dictum Priuilegium fuisse tenoris contenti in dicto authentico, seu in dictis Libris, vt suprà.

DE EODEM.

CAP. cccc. Lx.

IDEM habeat locum in Literis cuiuslibet Officialis Ciuitatis, & Ducatus Mediolani publici, & etiàm in quibuscunque Literis Ducalibus, & alijs Priuilegijs.

DE EODEM.

CAP. cccc. Lxj.

ITEM quòd nullus COMES PALATINVS, quantumcunq; Latum, & Amplum Priuilegium Habens, etiàm motu proprio cōcessum, eo de cætero in casu legitimandi VTATVR, quouis modo, circà Legitimationes, Habilitationes, nec Dispēsationes, pręterquā in Casibus præmissis, & quòd nullus Officialis, vel Magistratus audeat, vel prçsumat super aliquibus Legitimationibus, Dispensationibus, vel Habilitationibus prçterquàm in casibus, vt suprà, vllā Exequutionem facere, nec fieri permittere, sub pœna cuicunq; tàm Comiti, & Officiali, q̄ Magistratui contrafacienti, Florenorum quinquecentum pro quolibet, & qualibet vice, Cameræ Ducali applicandorum, & irremissibilitèr infligenda

& Florenorum ducentum cuicunq; Notário præsumenti aliquod Instrumentum Legitimationis, & vt suprà, contra prædictam Dispositioné quouis modo recipere, seu rogare.

De materia laté, Bart. in. l. ab Emptione in fin. ff. de Pac. & in. l. p°. in Princ. col. pen. de acquir. Poss. l. ec. cons. 56. col. 2°. & cons. 226. per totum Et. 281. col. 2°. & 400. col. p°. & alibi sæpè.

QVOD EX CONSTITVTO GENERALI NON TRANSFERATVR ALIQVA POSSESSIO.

CAP. cccc. Lxij.

EX Constituto generali Apposito, & scripto, & quod apponitur, & scribitur communiter in Instrumentis non intelligatur, nec intelligitur esse, nec sit translata, nec quòd transferatur aliqua Possessio Bonorum ipsius Constituentis tacitè, nec expresè.

Circà Materiam Cridarum, Vide in Const. sub tit°. DE BON., ad eund. PONEN. per totú, vbi latissimè Tractatur.

ADDITIO CIRCA PROVISIONES AEDITAS SVPER CRIDIS FACIENCIS DE BONIS IMMOBILIBVS VENDENDIS.

CAP. cccc. Lxiij.

QVIA aliquandò contingit, quòd ad Cridas, quę fiunt secundùm formam Prouisionis æditæ super Venditionibus Bonorum, & Rerum immobilium, quæ fieri possint liberè, & sinè Fideiussore, & cætera, ponuntur de Bonis Obligatis pro Dotibus, vel Bonis parafernalibus Vxorum, vel Nurium, vel Iuribus Dotalibus Descendentium, in potestate existétium, Datorum ipsorum Ponentium, immediatè vel mediatè, & cætera, quia per eas, seu eos non cótradicitur, Statuitur, vt infrà videlicet.

QVOD POSSINT, ET VALEANT AGNATI, ET AFFINES VXORVM, & Nuruum, ac Descendentium in Potestate constitutorum Datorum mediate, vel immediatè, talium Ponentium, & eis liceat, & licitum sit, aut

alicui, vel aliquibus ex eis, & etiàm cuilibet eorum comparere, & in scriptis dare Ius, Seu Iura Dotium earum Vxorum, & Nuruum, & etiàm Descedentium in Potestate Constitutorum, singularitèr referendo, etiàm eis Mulieribus, & Descendentibus in Potestate constitutis, vt suprà, Inuitis, & Recusantibus, pro Conseruatione Iurium suorum Dotalium, & cætera, ET IVRARE, & alia facere, quę in talibus requiruntur, vsque ad Sententiam inclusiuè.

Et, quòd talis Comparitio, & Iurium in scriptis Datio, & Iuramentum, & reliqua perindè VALEANT, & teneāt, ac effectum sortiantur, ac si per ipsasmet Mulieres, & Descendentes in Potestatem constitutos, vt suprà, cum solemnitatibus debitis, facta fuissent, vel ipsi agnati, & Affines, seu, vt suprà speciale, & solemne Mandatum ad prædicta omnia habuissent, Et, quòd ipsę Mulieres, Maritum Habētes, nec aliqua ex eis, nec Descendentes, vt suprà, possint REVOCARE, nec renunciare, nec aliquid in contrarium facere, tacitè, nec expresse, nec per indirectum, nisi Authoritate Ducali, & omnis Reuocatio, seu Renunciatio alitèr facta, omnisq; Actus, & omne, & totum id, quod in contrarium fieret, aut factum erit quomodocunq;, nullius sit valoris, & momenti, Ipso Iure, & Facto, & pro infecto prorsus habeatur.

ORDO SERVANDVS CIRCA MODVM PROCEDENDI IN CAVSSIS CRIDARVM, ET COMPARITIONVM, SEV CONTRADICTIONVM.

CAP. cccc. Lxiiij.

ET, quià in Prouisionibus Cridarum factis pro Bonis vendendis, & earum Contradictionibus, non fuit prouisum circà processum agitandum in Caussis, Quæstionibus,

ſeu Controuerſiis, motis, vel mouendis, occaſione Exclamationum, quæ fiunt pro Bonis, & Rebus immobilibus, ac Iuribus vendendis ſecundùm Formam Prouiſionum, & cætera.

Statuitur, quòd in Cauſſis Exclamationum, ſeu, Cridarum, quę fiunt de Bonis immobilibus, vt ſuprà vẽdendis, & Contradictionum ipſis Cridis factarum, factis ipſis Cridis, & earum Relationibus, intelligantur ipſę Cridæ, & earum Relationes eſſe productę, ac pro productis habeantur, Et vlterius ſeruetur modus infraſcriptus, finitis tamèn ſex Menſibus ex Prouiſionibus limitatis, videlicèt, quòd elapſis Temporibus ſex Menſium, de quibus fit Mentio in ipſa Prouiſione, Ipſo Iure, & Facto, ſit, & eſſe intelligatur Statutus Ponenti, vel Ponentibus, Terminus Dierum vigintiquinque vtilium, tùnc proximè Futurorum, pòſt lapſum ipſorum ſex Menſium, ad probandum, & producendum, ac oſtendendum, & probatum habendum, per omne genus Probationum, quicquid voluerit, ſeu voluerint in ipſis Cauſſis Cridarum, & Contradictionum.

Quid Importent iſta verba, Ias. in repet. l. Admonendi, col. 126. vs. Nunquid Autèm.

Et omnes Dies intelligantur Vtiles, niſi fuerint Dies Feriarum introductarum in Honorem Dei, vel Sanctorum, ex forma Statutorum Communis Mediolani, Ità, tamèn, quòd, ſi contigerit dictum Tempus vigintiquinque Dierum incidere in Tempore quadrageſimali. Tùnc duo Dies non feriati in honorem Dei, vel Sanctorum, vt ſuprà HABEANTVR pro vna Die vtili, Quià in eis, Ius reddi debet, non in MANE, ſed IN VESPERIS tantùm.

De Diebus Vtilibus, etiàm vide ſuprà cap. 25. CAVSSAE. §. ET OMNES, fol. 10. à fronte, Et qualitèr computentur in Cauſſis Cridarũ, & aliis. Vide in nouis. cap. 202. IN CAVSSIS fol. 65. à fronte, & in cap. 203. Declarat. §. ITEM LICET dicto fol. à ter.

Et idem, ſi inciderit in Diebus Letaniarum, cui Dilationi poſſit per Ponentem, vel Ponentes, renunciari in toto, vel pro Parte, proùt voluerit ſeu voluerint.

Et, ſi aliquid Capitulatum, vel productum fuerit per Ponentem, vel Ponentes in prædicto Termino, & non alitèr, eo caſu, ſit, & eſſe intelligatur, Ipſo Iure, & Facto, Statutus

similis Terminus aliorum Dierum vigintiquinque vtilium, vt suprà Contradicenti, seu Contradicentibus, contrà quem, vel quos fuisset Capitulatum, vel productum ad impugnandum, ac confutandum quæcunque producta, probata, & ostensa per Ponentem, seu Ponentes in Termino prædicto vigintiquinque Dierum vtilium sibi assignato, seu, vt suprà, cui Termino in toto, vel parte, per Contradicentem, vel contradicentes, renunciari possit in sui dumtaxàt præiudicium.

De Ratione, Vide not. per Bart. & Alios in, l. Petendæ. C. de Temp. in integ. rest. per.

Qui Terminus, sic ipsi Contradicenti, vel Contradicentibus assignatus, vt suprà, sit etiàm Communis ipsi Ponenti suas Probationes priùs factas coadiuuandi, vel Probationes Contradicentis, vel Contradicentium impugnandi, & confutandi in hoc Termino, si voluerit.

Ità tamẽ, quòd nulla Capitulatio, nec Iurium Productio possit fieri per Ponentem, vel Contradicentem in dicto Proximè communi Termino, nisi fiat per octo Dies vtiles, antè finem ipsius secundi Termini, & communis, vt suprà.

An tali Tempore Res dicatur liquida: Aret. ꝯs°, 100, in secundo Dubio

Et hoc, Saluo, si per alteram Partium fieret Nominatio de aliquibus Testibus, vel Iuribus existentibus extrà Ducatum Mediolani, CVM IVRAMENTO, quod Iuramentum possit etiàm prestari PER PROCVRATOREM generalem ad Caussas, in tali Caussa constitutum, quòd talem Nominationem non facit in Malitiam, nec in Fraudem, nec Animo, nec Intentione Litem protelandi, immò Credẽs eis Testibus, vel Iuribus indigere ad Probationem sui Iuris, eo casu, assignetur sibi per Dominum Vicariũ Prouisionum, vel eius Locumtenentem Terminus competens, secũdùm Distãtiam Locorũ, & Negocij qualitatẽ, Arbitrio Iudicis.

Qui tamẽn nõ excedat TRIGINTA DIES VTILES, infrà quẽ dicti Testes recipi, & examinari possint debita forma Iuris, eorumq; dicta Vicario, vel vt suprà, solemniter præsentari, & Ipsa Instrumenta, & Iura produci, & in eo

An Faciens talem Nominationem teneatur cauere pro Expensis: Ias. ꝯs°. 14, lib. primo.

Termino aſſignando pro tali Nominatione, vt ſuprà, poſ- ſit etiàm altera Pars oſtendere, & probare de Iure ſuo, quicquid voluerit, etiàm per Teſtes, & Probationes præ- ſentes.

Qua Nominatione ſemèl facta, non poſſit per ipſam Par- tem, vel eius Procuratorem, quæ fecerit Talem No- minationem, aliquid denuò addi, nec aliqua alia Nomi- natio fieri.

Quibus Terminis elapſis, debitè referendo, ſtatim totus Proceſſus Cauſſæ INTELLIGATVR Ipſo Iure, publi- catus. Ità tamèn, quòd quæcunq; facienda per Contra- dicentem, vel per Contradicentes, in dictis Terminis, vt ſuprà, proſint tantummodò ipſi Contradicenti, vel Con- tradicentibus contrà ipſum Ponentem, non autèm contrà alios Contradicentem, vel Contradicentes.

Sed, ſi ipſi Contradicentes ad inuicem contendere voluerint de eorum Contradicentium Iuribus, ad mutuam intèr eos Impugnationem, vel Confutationem, hoc eis TANTVM LICEAT FACERE ipſis Contradicentibus, elapſo Ter- mino dictorum ſex Menſium, in Terminis, vt ſuprà, limi- tatis, ſingula ſingulis congruè referendo. Saluò, ſi fieret Nominatio, ſeruetur, vt ſuprà.

Quo Termino elapſo INTELLIGATVR publicatus eſſe Proceſſus, vt ſuprà.

DECLARANTES, etiàm, quòd in quibuſcunq; Contra- dictionibus faciendis dictis Cridis, & in Productionibus Iurium faciendis in eis Cauſſis, APPONI DEBEANT NOMINA, & Cognomina Notariorum, qui rogati fue- rint de eis Inſtrumentis, ET TEMPORA EXPRESSA earum Rogationum, ALITER NON VALEANT ip- ſæ Productiones.

In ſimili Concludit Ang. in.l.p°.ff.de lib. Et poſth. Quem ſequitur Alex. cõs. 141, lib. 2°, & Dec. cõs. 5 ?.

Elapſis autem Temporibus Probationum, vt ſuprà fiat Commiſſio Partium Confidenti, vel Confidenti illius, vel

illorum qui comparuerit, vel comparuerint in Contumaciam alterius Partis, vel aliarum Partium, Alicui de Collegio Iurisperitorum Mediolani, ad consulendum, & consilium suum in Scriptis dandum ipsi Domino Vicario, vel eius Locumtenentibus, Consulendo, quæ debeant esse Partes suæ de Iure in ipsa Caussa, seu Caussis.

Quæ Commissio FIAT INFRÀ DIES DECEM VTILES, vt suprà, pòst Terminos prædictos, ET DVRET DIEBVS TRIGINTA VTILIBVS TANTVM, & non vltrà, Ità, quòd quælibet Dies non feriata in Honorem Dei, vel Sanctorum, vt suprà, reputetur pro vna Die vtili, Saluò, quàm de Temporibus Quadragessimæ, & Lætaniarum, quià in eis seruetur, vt suprà, & Saluò, prout aliàs in præsentibus Statutis continetur. De hoc etiàm habetur suprà folio. 156. à tergo.

Quo Consilio præsentato ad Banchum Vicarij Prouisionum, in manibus alicuius Notarij Banchi Caussarum ciuilium, Ipso Iure, & Facto, fit, ET ESSE INTELLIGATVR lata, & pronunciata Sententia in omnibus, & per omnia Iuxtà dictum Consilium.

Et vbi dicta Commissio non fiat intrà dictum Terminum decem Dierum vtilium, vt suprà, tunc INSTANTIA cuiuslibet Caussæ Contradictionis, quæ facta fuisset contrà Cridas ipsas, vt suprà à tunc in anteà, INTELLIGATVR PEREMPTA, nec Vicarius Prouisionum, sit à tùnc in anteà amplius Iudex ipsius Caussæ, SED PARTES VTANTVR IVRIBVS SVIS coràm Ordinario, Circà verò Citationes transmittendas in vltimis Diebus quindecim, de quibus fit Mentio in Statuto incipiente. An ex istis verbis videatur Inductum pro forma, Fel. in. c. cū dilecta, col. 9. vs. septimum signum, de Rescrip.

IN PRIMIS STATVITVR QVOD CITATIONES, & cætera, seruetur forma ipsius Statuti, Saluò, quòd respectu Termini Statuti Citādis, POSSIT STATVI TERMINVS qualibet Hora, & non seruata forma ipsius Statuti, quò ad hoc. Est primum Statutum istius Voluminis.

De Obseruatione Statutorum, Vide in Nouis, cap. 171. POTESTAS, fol. 55. à fronte.
Et de pœna Opponentis, quod nô sit standum Statutis, cap. 172. NVLLA, eo. fol. à tergo.
Quòd, qui non obediunt Statutis, habeantur Extorres ab eis, Vide in Nouis. cap. 180. INFAVOREM, folio. 57. à tergo.
De Iure reddendo nô Subdito, Vide ibi. d. fo. 57. à fron. & cap. 179. IN OMNIBVS.
Rubricæ Statutorum non disponunt, cap. 173. RVBRICAE, folio. 55. à tergo in Nouis. & Statuta dabent intelligi, vt iacet Litera, cap. seq. VERBA, eo. folio.

DE OBSERVATIONE PRAESENTIVM STATVTORVM, ET DE ANNVLATIONE, ET CASSATIONE ANTIQVORVM STATVTORVM, ET DECRAETORVM OBVIANTIVM PRAESENTIBVS STATVTIS.

CAP. CCCC. LXV.

STATVITVR, quòd (saluis Dispositis in isto Volumine Statutorum nuncupatorum Ciuilium, cuius Voluminis primum Statutum positum est sub Rubrica generali de CITATIONIBVS, ET ALIIS, & cætera, & speciali de FORMA CITATIONIS in Ciuilibus & cætera, & incipit. IN PRIMIS STATVITVR, QVOD CITATIONES, ET REQVESTAE. Vltimum verò, est istud proximè autèm præcedens Statutum, quod incipit. ET QVIA IN PROVISIONIBVS CRIDARVM FACTIS PRO BONIS VENDENDIS, & cætera.)

Contenta in alio Volumine Statutorum nuncupatorum Ciuilium, æditorum Anno. M. ccc. lxxxxvj. Cuius Primũ Statutum incipit. SI QVIS SERVITOR CITATIONEM ALIQVAM FECERIT, SEV REQVESTAM PORTAVERIT. Vltimum verò Statutum in. STATVITVR QVOD DE CAETERO NON POSSIT FIERI ALIQVA LEGITIMATIO, & cætera. Sint, & esse INTELLIGANTVR CASSA, irrita, & abolita, à Calendis Ianuarij proximè futuris, in anteà, Et Obseruatio horum Statutorum comprehensorum in præsenti Volumine, incipiat tantummodò à dictis Calendis Mensis Ianuarij proximè futuris, in anteà, vt isto Medio tempore, Suppositi Iurisdictionis Mediolani,

& eius Ducatu, Ità, quòd in præmissis, etiam comprehendatur Terra Binaschi, & alij Suppositi, vt in præsentibus Statutis continetur, POSSINT DE EIS EDOCERI, nec contra Disposita in isto Volumine, à dictis Calendis Mensis Ianuarij, in antea, admittatur aliqua Dispositio Iuris Muncipalis, nec Decretorum Ducalium, nec Prouisionum. Et sufficiat in peragendis expressis in isto volumine obseruare Disposita in præsentibus Statutis, licet non reperiantur Obseruata, ea, quæ per aliud Ius Muncipale, vel vt supra, essent obseruanda.

F I N I S.

INCIPIT CONSTITVTIO QVAEDAM OLIM AEMANATA AVTHORITATE APOSTOLICA, PERTINENS AD MATERIAM CRIDARVM, QVAE HIC APPOSITA EST, PROVT ETIAM REGISTRATA EST AD OFFICIVM STATVTORVM COMMVNIS MEDIOLANI, VT FACILIVS OMNES, ILLIVS NOTICIAM HABEANT, CVIVS TENOR TALIS EST.

IN NOMINE DOMINI AMEN, M.cccc.xxj. Indictione.xiiij. Die Iouis.xxx. Mensis Ianuarij, Mādato, Spectabilis, & Egregij Legum Doctoris, & Sapientum Virorum Dominorum Vicarij, & Duodecim Officio Prouisionum Communis Mediolani, fiat Crida, in hunc Modum.

Notum sit Vniuersis, & singulis, tàm Clericis, quàm Laycis, quòd per Reuerendissimum in Christo Patrem Dominum Iacobum de Isolanis Miseratione diuina, Sanctæ Mariæ Nouę, Sanctę Romanæ Eccelsiæ Diaconum Cardinalem, Mediolani ad præsens Residentem, & in hac Parte ad infrascripta, & per literas Apostolicas Sanctissimi in Christo Patris, & Domini, Domini Martini Diuina prouidentia, Papæ Quinti, Mantuæ Datas, nonis Februarij, Pontificatus sui, anno secūdo, Commissarium, & Delegatum specialitèr deputatum, fuit facta Constitutio, & Prouisio, Tenoris huiusmodi.

Iacobus de Isolanis, miseratione Diuina, Sanctę Marię Nouę, Sanctę Romanę Ecclesię Diaconus Cardinalis, Mediolani ad pręsens Residens, ac in hac Parte, & ad infrascripta per Literas Apostolicas Sanctissimi in Christo Patris, & Domini, Domini Martini, Diuina prouidentia, Papæ Quinti, Bulla Plumbea, cum Cordula Canepis, more solito Romanæ Curiæ Bullatas, non viciatas, non abolitas, nō cancellatas, nec in aliqua sui Parte suspectas, sed omni prorsus vicio, & suspitione carentes, nobis pręsentatas per Ioannolum de Busto, & Lichinū de Conago, Syndicos, & Procuratores, & Syndicario, & Procuratorio nomine Communis Mediolani, ac per nos cum ea, qua decuit Reuerētia receptas, Commissarius, & Delegatus specialitèr Deputatus. Quarum quidem Literarum Apostolicarum Tenor talis, & sequitur de Verbo, ad Verbum.

MARTINUS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilecto Filio Iacobo, Sanctæ Mariæ Nouæ Diacono Cardinali, Mediolani ad præsens Residenti, SALUTEM, & APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Quandò Papa videatur supponere Clericos Statutis, latè Fel. in c. Ecclesia Sanctæ M. in 2°. Not. de Const. Et quid operetur ista Suppositio in his, quæ sunt contra libertatem Ecclesiasticam, Atet. cons. 8. col. 2°.

PROBATAE Deuotionis Synceritas, quam Dilecti Filij, Commune Ciuitatis Mediolani, ad NOS, & ad Romanam gerunt Ecclesiam, promeretur, vt ipsorum Petitionibus, quantum, cum Deo possumus, fauorabiliter annuamus.

Exhibita siquidèm nobis nupèr pro Parte dicti Communis Petitio continebat, Quòd licet ab olim, circa Venditiones, & Emptiones Bonorum immobilium dictæ Ciuitatis, & Districtus, pro tempore contingentes, cum debitis Proclamationibus perficiendas, ad obuiandum Fraudibus, quæ in illis Partibus committi poterant, & plerunque committebantur, vt pro Tutela, & Securitate Emptorum, huiusmodi Bonorum, certa Statuta, & Ordinationes, ritè ædita, & obseruata fuerint, & etiàm obseruentur, tamèn quia ipsa Statuta, & Ordinationes Laycos dumtaxàt, & nō Clericos constringere videntur.

Interdum non Nulli, & alij Layci Asserentes se Bona immobilia vendere velle, ac Quærentes Emptores Bonorum huiusmodi, in Talibus Venditionibus, defraudare Bona ipsa, antequàm ad Venditiones huiusmodi deueniant, in aliquos Clericos, Donationis Caussa, aut per alium Alienationis modum, transferunt, vel se fatentur ipsorum Clericorum Debitores per publica Instrumenta, seu alias huiusmodi Clerici, se Ius in Bonis ipsis, seu ad ea habere, aùt per Successionem Hæreditariam, vel aliàs habituros prætendunt, seu allegāt, & sic huiusmodi Venditionibus tandèm perfectis, Emptores ipsi, Statutis, & Ordinationibus prædictis, eis suffragantibus, se reperiunt Deufradatos, & frustratos Bonis sic emptis, & Precio expositio pro eisdem,

Quarè pro parte dictorum Communis nobis fuit humilitèr

supplicatum, vt supèr, his prouidere de bignitate Apostolica dignaremur.

NOS igitùr de præmissis Notitiam certam non Habentes, huiusmodi Supplicationi inclinati, circumspectioni tuę, de qua, in his, & alijs specialem Fiduciam in Domino obtinemus, per Apostolica Scripta, committimus, & mandamus, quatenùs, consideratis diligentèr, quę circà prę missa fuerint consideranda, supèr huiusmodi, & alijs Fraudibus, & Inconuenientijs, quæ in talibus contingere poterunt authoritate nostra prouideas, ac circà ea, taliter statuas, & ordines, proùt ad obuiãdum Fraudibus, & Inconueniẽtijs ipsis, tibi videbitur expedire. Faciens nihilominùs, ea, quæ circà hoc Statueris, & ordinaueris, etiã sub Censuris, & pęnis, de quibus tibi expedire videbitur, firmitèr obseruari, non obstante, si huiusmodi Clericis, vel quibusuis alijs cõmunitèr, vel diuisim, à sede Apostolica sit indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari nõ possint, per Literas Apostolicas, non Facientes plenam, & expressam, ac de Verbo ad verbum, de Indulto huiusmodi, mentionem. Datum Mantuæ, nonis Februarij. Pontificatus nostri, anno secundo.

POST QVARVM QVIDEM Literarum præsentationem, & Receptionem debitas, fuimus pro parte dictorum Ioannoli de busto, & Lichini de Conago Syndicorũ, & Procuratorum, & Syndicario, & Procuratorio nomine supradicti Communis, cum Instantia debita, requisiti, vt ad Exequutionem Literaruum prædictarum, & Contentorũ in eis procedere deberemus iuxtà earum Continentiam, & Tenorem.

Nos igitùr, Iacobus Cardinalis, Commissarius, & Delegatus prædictus, qui, vt conueniebat, & congruit, Statuta, &

Ordinationes, de quibus Apostolicæ Literæ prędictæ faciunt Mentionem, per viam Prouisionum facta, & ędita, seu factas, & æditas, solerti maturitate, curauimus resarcire.

Quicq; rursùs diligentèr considerauimus, iuxtà Literarum earundem Continentiam, & Tenorem, quæ consideranda fuerunt, & sunt circà multas Fraudes, & Inconuenientias hactenùs committi consuetas, & quæ contingere poterant aduersùs effectum Prouisionum prædictarum.

Volentes in præmissis, & circà præmissa, prout decet, & fieri debet, obuiare, & de cęleri, & opportuno remedio prouidere, authoritate Apostolica præsenti Constitutione valitura, perpetuò, prouidemus, & prouidẽdo Statuimus, & ordinauimus, quòd omnia, & singula Statuta, prouisa, ordinata, & reformata in prętactis Statutis, Ordinationibus, seu Prouisionibus, & Ordinationibus, de cætero habeant, & habere debeant locum in Clericis cuiuscunquæ Status, Gradus, Dignitatis, aut Pręheminentiæ consistant, ac comprehendant Clericos prędictos, ac eis pręiudicẽt, & prosint, & quo ad eos obseruentur solummodò, & dumtaxàt sibi, & suo nomine proprio, seu sibi, & suis nominibus proprijs acquirere Valentibus, cum eorum, & cuiuslibet eorum proprijs Rebus, Bonis, & Iuribus ipsis, & cuilibet eorum, suis nominibus proprijs, quomodocunquæ, & qualitèrcunquę pertinentibus, & spectantibus, quemadmodùm, & pro vt locum habent, ac stringunt, & comprehendunt Laicos, ac eis pręiudicant, & prosunt, atquè, quo ad eos obseruentur, & eorum, & cuiuslibet eorum Res, & Bona, & Iura.

Et prædicta locum habeant, & habere debeant tàm in temporibus Instantiæ, Sentẽtiæ Prolatione, Appellationis, & Querelæ Remotione, quàm etiàm in omnibus, & singulis alijs in dictis Prouisionibus, seu Statutis, aut Ordinationibus, & Reformationibus annotatis, ità etiàm tamen; quòd per præsentem Constitutionem non Fiat, nec fieri

debeat, neq; possit, aliquod præiudicium Ecclesiis Monasterijs, Hospitalibus, & alijs Beneficijs Ecclesiasticis, neq; ipsorum, nec alicuius eorum Rebus, Bonis, & Iuribus, In quorum Testimonium presentes fieri iussimus, & registrari, nostriq; sigilli, ad Cautelā, Appensione muniri, ac etiam de predictis omnibus, & singulis mādauimus per Ioannem de Isolanis de Tricio Cancellarium nostrum, necnon per Ambrosium Samarugam, notarium Officij Prouisionum Mediolani, & per Marchum de Marliano, & Martinum de Cotorudis Notarios Archiepiscopatus Mediolani, & Donatum de Arientis Notarium Mediolani, & per quemlibet eorum Insolidum, & de per se, publicum Confici debere Instrumentum, & Documentum vnum, & plura, & tot, quot voluerint, seu quilibet eorum voluerit eiusdem tenoris.

Et hæc omnia in præsentia Spectabilis, & Egregij Legum Doctoris Domini Iacobi de Carmagnola Vicarij dicto Officio Prouisionum Communis Mediolani, & Azonis de Coyris, & prenominati Ioannoli de Busto Syndicorū dicti Communis Mediolani, necnon Egregij Legum Doctoris Domini Bartholomei Moroni de Collegio Dominorum Iurisperitorum Mediolani. Datum, & Actum Mediolani, Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi, M. cccc. xxj. Indictione quartadecima, Die Veneris vigesimoquarto Mensis Ianuarij.

In Domibus nostræ Residentiæ, Sitis in Monasterio Sancti Ambrosij Mediolani, videlicet in Camera nostra cubiculari, præsentibus etiàm,

Nazario de Micherijs, filio quondam Domini Franciscoli, Ciuitatis Mediolani, Porte Vercelinæ, Parochiæ Sanctæ Mariæ ad Portam.

Bartholomeo de Busto, Filio Domini Ioannoli, Porte Cumane, Parochiæ Sancti Cipriani, Ambobus Mediolani Notarijs, & Pronotarijs.

Domino Petro de tradate, filio quondam Domini Otoroli, Portæ Nouę, Parochiæ Sancti Siluestri.
Domino Ambrosio de giochis, Filio quondam Domini Iacobi, Portæ Nouæ, Parochiæ Sancti Fidelis.
Et Beltramo de Capris, Filio quondam Domini Alloysij Portę Romanę Parochię Sancti Nazarij in Brolio, omnibus Ciuitatis Mediolani Testibus idoneis, vocatis, & rogatis.
Et, quòd prædicta, de cætero inuiolabiliter obseruabuntur, & pro Lege firma, & inconcussè habebuntur, & perpetuo tenebuntur.

Lecta, & publicata fuerunt prędicta omnia, ad Scalas Palacij Mediolani, sono Tubæ præmisso, per Iacobinum de Rolandis præconem Communis Mediolani, coràm Magna gentium multitudine. M. cccc. xxj. Die Iouis. xxx. Ianuarij.

An Statutum requirat publicationem per proclamata, vel sufficiat Quòd sit facta scriptura in Cõsilio Alex. Cons. 39. ad finem lib. 3.

NOVISSIMA MEDIOLANI STATVTA.

M· D· LIII·

LVDOVICVS, Dei gratia, Francorum, Neapolis, & Hierusalem Rex, ac Mediolani Dux, &c. Vniuersis, & singulis pręsentes nostras inspecturis salutem, Cum ab ipsa natura, similiquea consuetudine quadam diuturna, Ita simus instituti, ut ad populorum nostrorum utilitatem, & commoda cogitationes, consiliaque nostra omnia inprimis referenda esse censeamus, post recuperatum Mediolanense Dominium nobis hæreditario iure pertinens, præter alia multa, quæ ad inclitæ Vrbis nostræ Mediolani decus, & tranquillitatem spectabant domi, forisque per nos accuratissime prouisa, adiecimus quoque animum ad ea decernenda, instituenda, emendata, uel stabilienda, quæ in iure reddendo exigi uidebantur. Verum quia ob multiplicium rerum pondus immensum desiderio nostro ipsi præsentes satisfacere nequiuimus, misimus charissimum, & fidelem Consanguinem, & Locumtenentem nostrum generalem, citra montes Cardinalem de Ambasia, longo rerum usu, & sapientia, quam maxime præditum, cui ęque, ac nobis ipsis omni ex parte merito confidimus, ut ciuitatis, Populique Mediolanensis, quem merito charissimum habemus, amplitudinem, commoditates & bene, pacificeque uiuendi instituta, totis uiribus procuraret. Is igitur inter alia quę prouisionem exigere uidebantur, aduertit ius municipale, quod statutarium appellatur, proximis annis partim correctum extitisse, partim uero emendatione adhuc indigere. Adhibitis propterea aliquibus tam Senatus nostri, Collegij Mediolanensis Iurisconsultis, Secretarioque, & Causidicis peritissimis, expertissimis, Ioanne Stephano, scilicet Castillionæo, & Ambrosio Aliprando Senatoribus, Gabriele Moresino, Ant. Iudice Iuriconsultis, Iulio Catanæo Secretario, Io. Petro Canturio, Donato Bossio, & Antonio Zunico Causidicis, dedit operam, vt secunda pars ipsius municipalis iuris, quę incorrecta restabat reformaretur. Quod opus in pręsenti volumine contentum, vt prudenter summoque studio, ac diligentia per ipsos Iurisconsultos. Secretarium, & Causidicos castigatum extitit. Ita & a pręfato Cardinali Hilari animo receptum, approbatumque fuit mox ad bene dilectum & fidelem Cancellarium nostrum Stephanum Ponchere, cuius ingenio, doctri-

neque ac probitati plurimum tribuimus. Indeque ad Senatum nostrum Mediolanensem cui idem cancellarius præsidet relatum, pari eorum approbatione firmatum est. Quorum prudentissimum iudicium sequuti nos illud itidem approbamus, Decernentes ex autoritate nostra, vt Statuta quę in ipso volumine continentur per Vicarium & Duodecim Prouisionum Mediolani ædantur & publicentur, necnon pro Statutis & legibus Mediolani obseruentur, ab omnibus inuiolabiliter, quia sic fieri volumus, & iubemus, salua semper nostra & Senatus nostri autoritate. Datæ Mediolani die vigesimo tertio Aprilis. Millesimo quingentesimo secundo & Regni nostri quinto. Per Regem Ducem Mediolani ad relationem consilij. Signatę Iulius. Cum sigillo Regio.

IN IVRISDICTIONIBVS.

RVBRICA GENERALIS DE SAPIENTIBVS, ET CONSILIO, ET ALIIS ACCIDENTIBVS.

DE ELECTIONE DOMINORVM DVODECIM PROVISIONVM, ET EORVM OFFICIO.



ER SERENISSIMVM, ET CHRISTIANISSIMVM REGEM Francorum, Ducem nostrum Mediolani, seu per eius Sacrū Consiliū Mediolani, eligantur duodecim Probi, & Periti Viri, de Melioribus, & magis Idoneis, ac Prudētioribus Ciuitatis Mediolani, videlicet, Duo pro singula Porta consueta. In quibus sint duo Doctores de Collegio Dominorum Iudicum Mediolani, prout prælibato Domino, seu, vt supra melius videbitur.

Qui p̄sint Prouisionibus, & Defensionib⁹ Cōis Mediolani.

Quorum Officium, duret per Menses duos continuos.

Qui duodecim, habeant plenam Potestatem, & liberā Facultatem, ac Bayliam prouidendi, statuendi, ordinandi, diminuendi, mutādi, & addendi ad eorum liberam voluntatem, ad omnia & singula, quę eis videbuntur, circa concernētia Commodum Rei publicę, & Cōmunis Mediolani, ac eius Ducatus. Dum duę Partes eorum, sint in cōcordia, seruatis tamē Ordinibus Ducalibus, & Cōmunis Mediolani, modo, non concernant Alienationem bonorū Cōmunis Mediolani, dummodo in hijs, in quibus, ex Decretis, & Ordinibus, non sit eis data facultas libera, habeant consensum prędibati Domini, seu eius Senatus.

Et saluò, q̄ nō possint p̄uidere, nec ordinare aliquid, in corū,

Vide etiam in Nouiss. Cōstitu. libro. 5°. in Principio. §. Duodecim verò.

De Officio Vicarii, in fo. 15. & in Nouiss. Cōstitu. dicto libro. 5°. In Principio. Vbi etiam de eius, & Locumtenentis Electione.

Et, q̄ in Electione Officialium, Antiqua consuetudo sit seruanda. Barth. In L. Facultas. Numero 11. De Iure Fisci. C. libro. 10. Et de Decurionibus.

Isti possunt appellari Dñi Priores Ciuitatis, & æquiparare Tutoribus, Hospitalariis, & similibus. Et habent administrationem. Et in effectu sunt Exequutores, Et habent Potestatem super Bono, & Pacifico Statu, & Abundantia Ciuitatis. Et An possint Ordinem consuetum mutare, aut Alicui Ius tollere. Not. Barth. In Leg. Ambitiosa. Vbi Latè de Materia ista. Col. 3°. ff. de Decr. ab Ordin. fac. Trad. Romanus. ꝯs°. 101. Ad declarationem. Circa finem Texti. In Leg. Orphanotrophos. Vbi Baldus. C. De Episcopis, & Clericis. Refert Decius. ꝯs°. 72. Col. p°.

vel alicui⁹ eoꝶ, vel suoꝶ descẽdẽtiũ, nec Officialiũ Officij Prouisionũ, nec alicuius eoꝶ, speciale fauorẽ, vel vtilitatẽ.
Et qui Domini duodecim, habere debeant pro eorum Salario, omni die, quo seruierint dicto Officio, videlicet, Doctores, Soldos duodecim Imperialium pro quolibet. Alij verò habeant Soldos octo Imperialium, pro quolibet.

DE SACRAMENTO DOMINORVM DVODECIM.

CAP. II.

DOMINI duodecim, Officio Prouisionum deputati, & per tempora deputãdi, tempore Introitus sui Officij, iurare debeant in manibus Vicarij Officij Prouisionum, quod erunt Legales prælibato Domino, vt supra, & Patriæ Mediolanẽ, & Cõmuni Mediolani, & quod præstabunt, suo scire, & posse, bonũ Cõsilium, & Legale, & vtile, pro Bono Publico, & Statu ipsius prælibati Domini, & Cõmunis Mediolani, & defendent, toto posse, Iura, Iurisdictiones, & honores prælibati Domini, & Communis Mediolani.

DE CONSILIO NONINGENTORVM VIRORVM COMMVNIS MEDIOLANI.

CAP. III.

PER prelibatum Dominum Ducem Mediolani, seu eius Sacrum Consilium Mediolani, eligatur Cõsilium Nõingentorum Virorum, scilicet, Centum quinquaginta, pro qualibet Porta consueta.
Qui omnes eligẽdi, secundũ eorũ eligentiũ credere, sint de Meliorib⁹, & Vtiliorib⁹ ipsius Ciuitatis, & maiores annis viginti, pro quolibet, & sint suppositi Iurisdictioni Cõmunis Mediolani, & sustineãt Onera Communis Mediolani.
Et qui omnes diligant Statum pacificum prælibati Domini, & Communis Mediolani.

Quod consilium duret per annum vnum, & vltrà, donec fuerit mutatum.

Et quæ Electio, siue Congregatio, fieri non possit, nisi de speciali mandato prælibati Domini, & seu, vt supra.

DE SACRAMENTO CONSILIARIORVM COMMVNIS MEDIOLANI.

CAP. IIII.

CONSILIARII, qui pro tẽporibus erunt, teneantur, & debeant iurare ad sancta Dei Euangelia, corporaliter tactis scripturis, coram illis Sapientibus, qui super hoc deputabuntur,

Quòd Boni, & Legales erunt Domino Mediolani, Patriæ suæ, & Communi Bono,

Et, ꝙ obedient prælibato Domino Mediolani, & Potestati in Licitis, & Honestis,

Et, ꝙ pręstabunt Consilium, licitum, iustum, bonum, legale, & vtile, secundum eorum credere, pro prælibato Domino, & pro Patria eorum Consiliariorum,

Et, ꝙ nõ tacebunt, quæ crediderint fore Iusta, Bona, & vtilia pro prælibato Domino Mediolani, & Patria prædicta, si ab aliis consulta non fuerint.

QVOD IVRISPERITI, ET MILITES, ET CERTI ALII, SINT DE CONSILIO, IPSO IVRE.

CAP. V.

IVRISPERITI Collegij Iudicum Mediolani, & Milites adobati sint, ipso Iure, de Consilio Maiori Communis Mediolani, absq; alia exceptione, & intelligãtur vltra prędictum numerum noningentorum.

Idem habeat locum in Notariis, seu Gubernatoribus Statutorum Communis Mediolani.

De Poteſtate, & Iuriſd. diuerſorum Iud. vid. In Cõſtit. lib. p°. fol. 33.

RVBRICA GENERALIS DE POTESTATE, ET EIVS CVRIA, ET OFFICIO.

Et an Poteſtas præſumatur facere id, qđ dicit ex forma Stat. Dec. 25°. 8. col. 3°.

DE ELECTIONE DOMINI POTESTATIS, ET EIVS SALARIO.

CAP. VI.

POTESTAS Mediolani, qui pro tempore deputabitur, habeat, & habere debeat pro ſuo Salario, libras duas mille quatuor centum Imperialium monetę Mediolani, pro ſingulo anno, eidem ſoluendas integrè, per Ducalem Theſaurarium Generalem Mediolani, ſingulis tribus Menſibus, ad Ratã prædicti Salarij, ſine aliqua dilatione, & omni prorſus, & abſq; aliqua retentione ipſius Salarij. Saluò, q̃ per dictũ Theſaurarium retineatur in vltimis tribus Menſibus, Salariũ ipſorũ triũ Mẽſium, & hoc, donec fuerit perfectus, & cõpletus Syndicatus ipſius Poteſtatis, & Officialium ſuorũ, Quod Salarium, eidẽ detur, poſtquã fuerit abſolutus per Syndicatores, vel poſtquàm, de Condemnatione, vel Condemnationibus, de eo, vel de aliquo de eius familia, facta, vel factis, ſatisfactum fuerit Communi Mediolani, vel illi, vel illis, qui habere debuerint. Qui Poteſtas, teneatur ſecũ habere quattuor Iudices legũ Doctores, Bonos, Idoneos, & Legales, habẽtes Conditiones, de quibus in infraſcripto proxime Statuto, fit mentio, videlicet, Vicariũ, & aliũ Iudicem ad Signum Equi, alium ad Signum Galli, & Ducalem Iudicem per prælibatũ Dominum Mediolani, ſeu per eius Sacrum Conſilium deputandũ. Tres Milites, & duos Coneſtabiles. Quibus omnibus quattuor Iudicibus, cũ vno Scutifero pro ſingulo, & dictis Militibus, & Coneſtabilibus, teneatur ipſe Poteſtas facere expẽſas Cibi, & Potus, honorificas, in Habitatione ſua propria, & ad Menſam propriam, reſpectu Iudicũ, nec

possit, nec ei liceat, quouis modo, cõuenire cũ ipsis Iudicibus, Militibus, & Conestabilibus, nec cũ aliquo ipsoꝝ, pro ipsis expẽsis faciẽdis, per seipsos, extrà habitationem suam, sub pœna retẽtionis Salarij duorũ mensium, in quã incurrat Ipso iure, & facto, quo contrafactum fuerit, absq; alia condemnatione, sibi retinenda, non expectato Syndicatu.

Et teneantur ipsi quattuor Iudices, & quilibet ipsorum, stare in Camera cum Potestate, & alibi, vbicunq; fuerit necesse pro rebus concernentibus Officium suum, inter eos conferendis, & stare temporibus debitis, ad Caussas audiendas, & tenendas, ad Loca consueta, & eis assignata in Broleto, seu Palatio Communis Mediolani.

Ex quibus Iudicibus, duo habeant superesse ad Maleficia inquirenda, videlicet, Iudex ipse Ducalis deputandus, vt supra, & Iudex ad signum Equi, positus secundum, quod in Statutis Communis Mediolani, super, Maleficijs inquirendis, & Decretis Ducalibus continetur.

Et Iudex ad signum Galli, etiam in Caussis Damnorum datorũ, & Vetitorum.

Et si contigerit aliquem, ex dictis Iudicibus, se absentare, vel infirmum esse, vel aliqua iusta Caussa impeditũ, ꝙ alius ex ipsis Iudicibus, possit supplere vices alterius, iuxtà Subrogationem in actis faciendam, de ipsis, vel altero ipsorum, per ipsum Potestatem, vel illum Iudicem, qui fuerit impeditus aliqua ex Caussis supradictis, & aliter non possit aliquis ex dictis Iudicibus se intromittere de Officio alterius eorum, nisi ex iusta Caussa, prout supra dictum est.

Et si contrafactum fuerit, non valeat, nec teneat illud, quod factum fuerit, vltra suum Officium, nisi prout supra.

Et in quibus Iudicibus, Militibus, & Conestabilibus, non possit aliquis accipi per ipsum Potestatem, qui sit Expulsus, Bannitus, vel Confinatus de terra sua.

Qui potestas teneatur etiam secum ducere, & tenere pro

toto tēpore sui Officij Domicellos sex, & Scutiferos duos honorificè indutos eodē habitu. Equos sex. Famulos duos à stalla. Coquū vnū, & Scotū vnū, & prędictos oēs, ad suas expēsas proprias. Et vlterius, teneatur secum habere, & tenere Barruerios trigintasex pro exequutiōibus faciēdis. Qui Barruerij non possint pro ipsis exequutionibus, quæ per eos fieri cōtingent, accipere, nisi secūdū Ordines cōprehensos in Statutis Mediolani, & Decretis Ducalibus.

DE EODEM.

CAP. VII.

POTESTAS Mediolani possit tenere Canepam, & vēdi facere vinum ad minutum iuxtà solitum, & ad locū consuetum, & Emolumentum, quod ex prædicta Canepa percipi continget, sit suum proprium, vltra prædictum Salarium librarum duarum millium quattuorcentum, de quo in proximè præcedenti Statuto, fit mentio.

DE EODEM.

CAP. VIII.

POTESTAS Mediolani pro prima Iusticia tantum, quæ per eum fieri continget, habeat, & habere debeat libras centum Imperialium à Communi Mediolani, seu à Vicario, & duodecim Prouisionum Mediolani.

DE EODEM.

CAP. IX.

POTESTAS Mediolani, vltrà prædicta, non possit aliquid accipere pro concernentibus eius officium, & exercitū Iurisdictionis suæ, vltra Salarium suum, & vltra prędicta superius recitata directè, nec per indirectum, nec alio quouismodo, sub pęna quadrupli, eius quod acceperit, vel quouismodo habuerit, vltra pœnas contentas in Decretis

Ducalibus. Cuius penæ medietas, applicetur ipso Iure, & facto, Ducali Cameræ, & altera medietas Accusatori, & quilibet possit accusare, & credatur eidem cum sacramento, & vno Teste fide digno, Pariter possit accusari de Côuentione expensarum per eum faciendarũ Iudicibus, & Alijs cõprehensis in præsentibus Statutis, quæ fierent contra Formam præsentium Statutorum. Et pœna, pro quarta parte, applicetur Accusatori, & pro alijs tribus partibus, Ducali Cameræ, & pro dictis pœnis applicandis, vt supra, fiat retẽtio super eius Salario per Ducalem Thesaurarium Mediolani. Et si maior esset pœna, cogatur ipse Prætor soluere supra plus, & Solutio ipsi Accusatori fiat pro parte sibi tangente, vt supra, sine aliqua exceptione, & dilatione, per dictum Ducalem Thesaurarium facienda.

Et pro præmissis exequẽdis, Vicarius Prouisionum, & Duo Doctores de Collegio, qui pro temporibus erunt ibidem Deputati, & quilibet eorum insolidum, sint Iudices competentes, & intelligantur ad hoc specialiter Delegati.

DE EODEM.

CAP. X.

TENEATVR Potestas Mediolani temporibus Nũdinarum, quę fient in Ciuitate Mediolani, videlicet, in Nundinis Diui Ambrosij Protectoris huius Almæ Vrbis Mediolani, Sancti Laurentij, & sancti Bartholomæi, & etiam alijs tẽporibus, si contingat fieri alias Nũdinas in ipsa Vrbe, & etiam in Vigilia Sancti Petri martyris, ad hoc, vt ipsis temporibus, occurratur scandalis, quę ibidem committi possent, ire cum sua familia armata, & cum Vexillis suis ad dictas Nũdinas, & ibi moram trahere per aliquod spacium temporis, saltim in mane, & sic facere singulis diebus, quibus durabũt Nundinæ, & ipso recedente, teneatur dimittere ibidem ad minus medietatem familiæ suæ, & teneatur

etiam visitare ipsas Nundinas sæpius in die, & in nocte dictę vigiliæ Sancti Petri martyris, adueniente festo dimittere Maiorem partem dictæ eius familiæ cum duobus saltim ex Militibus, & Conestabilibus, qui ibi per totã noctem, morari habeant. Et hoc sub pœna suprascripta applicanda, vt supra, & vt supra, & accusari possit, vt supra.

Quo'd qui fuit Officialis Mediolani, non possit esse, nisi lapsis tribus annis, in folio.

De eodem.

Cap. XI.

POTESTAS Mediolani, temporibus, quibus habebit facere monstram familię suę, & Equorũ, non possit aliquo modo, accipere incommodatũ aliquẽ, nec aliquos æquos, nec aliquem Famulum, nec Domicellum, nec Scutiferum, nec Militẽ, nec Conestabilem, nec Barreriũ. Et hoc, sub pœna Salarij vnius Mensis, in quam incurrat ipso Iure, & Facto, vt supra, ac exigenda, & applicanda, prout dictũ est, respectu conuentionum, quæ fierent pro expensis, vt supra, & accusari possit, vt supra, & pęna applicetur, vt supra.

De Electione Vicarii, et Aliorvm Ivdicvm, et Eorvm Salario.

Cap. XII.

PRAEPONITVR per Dños Doctores Collegij Iudicũ Mediolani, per duos Mẽses, ante Introitũ Potestatis M'ri, quattuor Doctores, q ad minus p sex annos ante, facti sint Doctores, & se exercuerint in aliquo Officio, in aliqua digna Ciuitate Lombardię, vel alterius Prouincię Italię, p̄libato Dño, vel eius Sacro Senatui M'ri, de qbus Doctoribus, & quolibet ipsoȝ, recipiãtur Informationes à pręfatis Doctoribus Collegij Mediolani, & aliũde, à quocũq;, p̄ut placuerit pręlibato Dño, vel pręfato eius Sacro Senatui. quibus receptis, eligatur ille, ex dictis quattuor Doctorib' in Vicariũ, q magis Idoneus, Legalis, & expertus, videbit'

prælibato Domino, aut præfato Senatui. Nec aliter possit aliquis esse Vicarius Potestatis Mediolani, nisi cōcurrentibus cōditionibus suprascriptis. Et teneatur Potestas Vicarium sic electum acceptare. Et teneatur potestas pro eo Vicario, in Syndicatu, put, p alijs eius Officialib⁹ tenet.
Et facta electione de eo Vicario, vt supra, detur noticia ipsi Potestati de tali Electione, prout videbitur prælibato Dominio, aut dicto eius Senatui. Qui Vicarius teneatur idoneè fideiubere Potestati, de releuando ipsum Potestatem Indemnem, respectu eorum, que fierent, & committerentur per ipsum Vicarium in eius Officio.

DE EODEM.

CAP. XIII.

VICARIVS Potestatis Mediolani electus, modo suprascripto, habeat singulo Mense libras trigintaduas Imperialium monetæ Mediolani, à Ducali Camera, & eidem persoluatur Salarium suum integrum per Ducalem Thesaurarium Mediolani, singulis tribus Mensibus, sine dilatione aliqua, & absq; vlla prorsus retentione, & habeat ipse Vicarius expensas Cibi, & Potus pro se, & ad Mensam ipsius Potestatis, & pro vno Scutifero ad Mensam familiæ Potestatis, nec possit ipse Vicarius conuenire cum ipso Potesta te de faciendis sibi ipsi, & Scutifero expensis alibi, q̃ ad Mensam ipsius Potestatis, & in Domo habitationis ipsius Potestatis, sub pœna retentionis Salarij vnius Mensis, in quã incurrat ipse Vicarius, ipso Iure, & Facto, absq; aliqua condemnatione, retinendam, soluendam, & exigendam, vt supra, & accusari possit, prout supra in præcedenti Statuto Potestatis Mediolani continetur.
Et qui Vicarius, vltra Salarium suum, & emolumentũ Andatarum suarum limitatum per Statuta Mediolani, & Decreta Ducalia, non possit aliquid aliud accipere directè, nec

per indirectum, nec alio, quouis modo, etiam pro videndo scripturas, sub pœna quadrupli eius, quod acceperit, vel quouis modo habuerit, & vlterius in omnibus, & p omnia, put disponit ex Statuto pxime precedeti, Incipiete, POTESTAS MEDIOLANI, VLTRA PRAEDICTA, NON POSSIT ALIQVID ACCIPERE, ET CET.

DE ELECTIONE IVDICVM AD SIGNVM EQVI, ET AD SIGNVM GALLI.

CAP. XIIII.

NON possit Potestas Mediolani, secum cōducere, nec tenere Iudices, qui habeant Iusdicere ad signum Equi, & Galli, nisi sint Doctores, per annos quattuor, ante Conductionem, & Exercitati in aliquo Officio alibi, in aliqua Ciuitate, vel Loco digno.

Et qui Iudices habeant pro Salario suo libras vigintiquattuor Imperialiū monete Mediolani, singulo Mense, à Ducali Camera eisdem soluendas integrè per Ducalem Thesaurarium Mediolani, singulis tribus Mensibus, sine aliqua Dilatione, & sublata omni prorsus retentione.

Qui etiā habere debeāt expēsas, Cibi, & Potus, à Potestate Mediolani ad eius Mēsam p se, & vno scutifero pro quolibet eorū ad Mēsam familie Potestatis, & nō possint aliquid accipere, nec se cōuenire p expensis, prout supra in precedēti Statuto continetur, sub pœnis etiā respectu conuētionū, ac Modis, & Formis, & In omnibus, & p omnia, prout disponitur in proximè precedēti Statuto, & Cōtentis in eo.

DE ELECTIONE, ET SALARIO IVDICIS DVCALIS.

CAP. XV.

ELIGATVR per prælibatum Dñm Mediolani, seu, vt supra, Iudex Ducalis Maleficiorū, qui habeat presidere, &

Iusdicere in inquirẽdis, & puniendis Maleficijs, ſimul cũ Poteſtate Mediolani, ſeu eius Iudice maleficiorũ, q Iudex habeat pro Salario ſuo, ſingulo Mẽſe, à Ducali Camera libras decẽocto Imperialium Monetę Mediolani, ſoluẽdas integrè per Ducalem Theſaurarium Mediolani, ſingulis tribus menſibus, ſine vlla prorſus retẽtione, nec dilatione. Itẽ habeat libras ſex Imperialiũ, vt ſupra à Cõmuni Mediolani ſeu a Vicario, & duodecim Prouiſionũ Mediolani ſibi perſoluẽdas per ipſos Vicariũ, & duodecim, ſingulo Mẽſe, & habeat ipſe Iudex Ducalis expẽſas Cibi, & Potus ad Mẽſam Poteſtatis pro ſe, & vno Scutifero, ad Mẽſam familiæ ipſius Poteſtatis, nec poſſit cõuenire pro ipſis expenſis alibi accipiẽdis, nec aliud accipere, ſub pęna pdicta, & in omnibus, & per omnia, prout in præcedẽtibus Statutis cõtinetur, & accuſari poſſit, prout ſupra, ita tamẽ, q dictus Iudex Ducalis, abſq; altero Iudice, quẽ Poteſtas ipſe tenebit, & deputabit ad dicta Maleficia, & e conuerſo, Dñs Iudex Poteſtatis, abſq; dicto Iudice Ducali, nequeat exercere dictũ Officiũ, ſed, q ambo ſe intelligant, & Ipſum Officium pariter gerant, & exerceant cũ deliberatione ipſius Prętoris.

De Salario Militum, et Conestabilium.

Cap. XVI.

MILITES, & Coneſtabiles Poteſtatis Mediolani habeant pro Salario florenos tres, ad computum ſoldorum triginta duorum Imperialium monetæ Mediolani, pro floreno, ſingulo Menſe, pro quolibet eorum, à Ducali Camera, & eiſdem ſoluantur integrè per Ducalem Theſaurarium, Mediolani, ſingulis tribus Menſibus, ſine vlla prorſus retentione, nec dilatione, & habeant expenſas Cibi, & Potus à præfato Poteſtate, nec ipſi, nec aliquis eorum poſſint conuenire pro ipſis expenſis alibi accipiendis, ſub pœna

vt in pręcedentibus Statutis continetur, & non possint aliquid aliud accipere vltra dictum Salarium in exercendo Officio suo, nisi prout in Statutis Mediolani, & Decretis Ducalibus continetur, sub pęnis, modis, & formis comprehensis in præsentibus Statutis, debitè referendo, & in casu contrafactionis, possint accusari, prout supra.

De eodem.

Cap. XVII.

SI contingat Potestatem, vel Vicarium, vel alios Iudices, Milites, vel Conestabiles, vel aliquem, vel aliquos ex eis facere aliquem Contractum contra dispositionem prædictorum Statutorum loquẽtium de Potestate, & eius Officialibus, vltra pęnas in eisdem Statutis comprehẽsas, reddatur ipse Contractus, ipso Iure, nullus, & nullum pœnitus sortiatur effectum.

De Barrveriis Domini Potestatis Mediolani.

Cap. XVIII.

BARRVERII Domini Potestatis Mediolani Induant se vestes condecentes.

De Ivrisdictione Domini Potestatis Mediolani.

Cap. XIX.

Vid. In constituti. libro p°. fol. 32. Et An habeat Iurisd. & quã Socy. cõs°. 123. col. 12. libro. 2°. Dec. cõs°. 5. c°. prin.

POTESTAS Mediolani, habeat merum, & mixtum Imperium, & plænam Iurisdictionem in Ciuitate, & Ducatu Mediolani. Saluò, & præterquam in Terris, & Locis Infeudatis, vel alias separatam Iurisdictionem habẽtibus, vel habentibus Iurisdictionem ex se, vel limitatam à limitatione infrascripta. Reseruato tamen Decreto de Maiori Magistratu in Casibus, in eo comprehensis.

De forma Sacramenti praestandi per Dominum Potestatem Mediolani.

Cap. XX.

DOMINVS Poteſtas Mediolani tẽpore Introitus ſui Regiminis, teneatur Iurare in Forma infraſcripta, videlicet, Iuro Ego Poteſtas Mediolani, ad ſancta Dei Euãgelia, manibus corporaliter tactis ſcripturis, in manib⁹ Dñi Vicarij Prouiſionũ, Qꝫ ſum, & ero Fidelis, & Amator Sãctæ Matris Eccleſiæ, & prælibati Dñi, Dñi Ducis Mediolani, & Cõmunis, & hominũ Mediolani, & Regam, & Cuſtodiam, ac Conſeruabo, & Defendam, & Manutenebo Cõmune, & homines, & ſingulares perſonas Ciuitatis, & Ducatus, & Diſtrictus Mediolani, & ꝑcipuè Pupillos, Viduas, Orphanos, & alias miſerabiles pſonas, & eorũ bonas res, & Iura, toto tẽpore mei Regiminis, bona fide, & ſine fraude, & recuperabo Iuriſdictiones, Honores, Iura, & Res pertinẽtes Cõi Mediolani, meo poſſe, & illa, in qbus, ſeu in quorum poſſeſſione, ſeu quaſi eſt, fuit, aut eſſe debuit Commune Mediolani, Iuxtà Formam Iurium ipſius Communis.

Et, qꝫ pro poſſe meo, faciam, vt ipſum Commune, omnibus ſuis Iuribus, integrè potiatur,

Et, qꝫ nemo, ab eius Iuriſdictione ſit Exẽptus, vel Immunis, Saluis tamen contentis in proximè pręcedenti Statuto.

Et attendam, & obſeruabo oĩa Statuta, Ordinamẽta, & Reformationes M̃li facta, & quę fiẽt tpe mei Officij, & Cõſtitutiones ędítas cõtrà hęreticã prauitatẽ, tã Canonicas, quã Ciuiles, & ero cõtentus de Salario mihi cõceſſo, nec vltra, vllo modo, vel ingenio, directè, nec per indirectũ, nec per ſubmiſſam perſonam petam, nec recipiam, nec procurabo aliter habere, nec recipere, & expellã, & puniã, meo poſſe, oẽs Bãnitos Maleficij, de Ciuitate, & Diſtrictu, ac Ducatu Mediolani, & Hęreticos quibuſcũqꝫ cẽſeãtur nominibus.

Et, q̄ horis deputatis, ibo, & ascendam Tribunal constitutum in Palatio, pro Iure reddendo, nisi stetero pro Re publica, vel Iusto impedimento, impeditus.
Et, q̄ etiam ibo ad oẽs, & singulas Oblationes ordinatas, & q̃ ordinabunt̃ p̃ prælibatũ Dñm, Dñm Ducẽ, & Cõmune Mediolani, nisi stetero impeditus, vt supra, & dabo operã, & curabo cũ effectu, q̄ Iudices, & Notarij mei ibũt bis in die, videlicet, in Mane, & in Sero, horis deputatis, ad Tribunalia eis deputata, p̄ suis Officijs exercẽdis, & faciẽdis, nisi steterint p̄ Re publica, vel alia Iusta Caussa impediti.
Et, q̄ ibunt ad omnes, & singulas Oblationes, vt supra, nisi steterint impediti, vt supra.
Et, q̄ stabo cũ tota familia mea ad Syndicatũ, secundũ, quod in Statutis Cõis M̃li, & Decretis, vel Ordinibus Ducalibus continetur. Et satisdabo, p̄ duos Mẽses, ante exitũ mei Regiminis, & Officij, in Magistratu Intratarũ Extraordinariarũ M̃li, cũ bonis Fideiussoribus pro me, & Vniuersa Familia mea, in manibus Dominorũ Magistrorum ipsius Magistratus, de faciẽdo, & reddendo rationẽ mei Officij, & totius meæ Familiæ, & de stando ad Syndicatum cũ tota mea Familia, & de soluendo, & solui faciendo totum id, de quo ego, vel aliquis de mea familia condemnati fuerimus.

De Sacramento Domini Vicarii, et Aliorum Iudicum Domini Potestatis Mediolani.

Cap. XXI.

IVRENT in manib⁹, vt supra, Dñs Vicarius, & Iudices Dñi Potestatis M̃li, ac Ducalis Iudex Maleficiorũ in Curia ipsius Prætoris, & q̄libet eorũ iuret per modũ infrascriptũ, videlicet. Q̄, q̄libet eorũ attẽdet, & obseruabit Statuta, & Ordinamẽta Cõis Mediolani, facta, & faciẽda, vt supra, & dabit operam cũ effectu, suo posse, q̄ ipse Dominus

Poteſtas, & quilibet alius attendet, & obſeruabit, vt ſupra.
Et, ꝙ ipſe Iurans, non faciet, nec fieri faciet aliquod Achatum, vel illicitũ Lucrum in Officio ſuo, vel occaſione eius Officij, aliqua occaſione, vel modo, excepto Salario ſibi taxato, per præſentia Statuta, & per Decreta Ducalia.
Et, ꝙ fideliter ad honorẽ ꝑlibati Dñi, Dñi Mli, & Cõmunis Mli exercebit, & procurabit ea, quæ ſibi commiſſa fuerint.
Et, ꝙ ibit, & ſtabit ad Officium ſuum explicãdum, horis debitis, & conſuetis, præſertim diebus Iuridicis, niſi fuerit impeditus iuſto Impedimento.
Et, ꝙ ibit ad oẽs, & ſingulas Oblationes ordinatas, & quæ ordinabunť per prælibatũ Dominũ, Dñm Mediolani, ſeu per ꝑfatũ Senatũ, vt ſupra, niſi fuerit impeditus, vt ſupra.

De Iuramento Militum, et Conestabilium Domini Potestatis Mediolani. Cap. XXII.

IVRET in manibus, vt ſupra, quilibet Miles Poteſtatis Mediolani, etiam Ducalis, & Coneſtabilis, ad ſancta Dei Euangelia, manibus corporaliter tactis ſcripturis, ꝙ attendet, & obſeruabit Statuta, & Ordinamenta Communis Mediolani facta, & facienda.
Et, ꝙ faciet, & exercebit Officium ſuum benè, & legaliter, ac bona fide, & ſine fraude.
Et, ꝙ nõ faciet, nec fieri faciet aliquod Achatũ, ſeu Lucrũ illicitũ in officio ſuo, vel occaſiõe ei⁹ officij, aliqua occaſiõe, vel mõ, excepto, ſalario ſibi taxato, ꝑ Statuta, vel Decreta.
Et, ꝙ fideliter ad honorẽ ꝑlibati Dñi, Dñi, & Cõis Mediolani exercebit, & procurabit ea, quæ ſibi commiſſa fuerint.
Et, ꝙ ibit, & ſtabit ad Officium ſuum explicandum, diebus, & horis conſuetis, maximè diebus, & horis Iuridicis, niſi impeditus fuerit iuſto impedimento.
Et, ꝙ ibit ad omnes oblationes, vt ſupra.

DE IVRAMENTO, ALIORVM OFFICIALIVM, DE QVIBVS INFRA.

CAP.23.

IVRET, Quilibet aliꝰ Iusdicēs, & Officialis, in toto Ducatu Mediolani, & etiā in Terris, & Locis, q̄ ligātur ex dispositione Statutoꝝ Cōis Mediolani in manibus Pręcessoris sui, in Officio, tēpore Introitus, Regiminis sui Officij. Quòd seruabit Statuta, & Ordinationes Communis Mediolani, tam facta, & factas, quàm facienda, & faciendas. Et, ꝙ exercebit suum Officium benè, fideliter, & legaliter, ac bona fide, & sine fraude.

Et vlterius, prout in pręcedenti Statuto continetur.

DE SACRAMENTO NOTARIORVM, ET OFFICIALIVM CIVILIVM, ET CRIMINALIVM.

CAP.24.

IVRET, Quilibet Notarius, & Coadiutor ipsius, ac cuiuslibet Officialis in Ciuitate, & Ducatu Mediolani, ac in Locis, & Terris, q̄ ligantur Statutis Cōmunis Mediolani, vel in quibus Statuta Cōmunis Mediolani debēt seruari. Quòd Officiū suū, faciet, bona fide, & sine fraude, & seruabit ipsa Statuta Cōmunis Mediolani, tā facta, quā faciēda. Et, ꝙ ęcquā nō accipiet in Officio suo, vltra Taxationes sibi limitatas p Decreta Ducalia, & Statuta Cōis Mediolani. Et, ꝙ non propalabit Iudicia dicta Testium, nec Examinationes Constitutorum, sine speciali licentia Iudicis, sub quo erit factus Processus.

Et, ꝙ se exercebit legaliter in ipso Officio, & vbi reperiri contingat aliquem ex suprascriptis, exercere Officiū absq; Iuramēto, vt supra, vel p̄stito Iuramēto, cōtra fecisse prædictis, vel alicui prędictoꝝ, incurrat ipso Iure, & Facto, vltra pęnam Periurij, casu quo, eū iurasse contingat, in pęnā librarum

librarum quadraginta Imperialium, applicandam pro medietate Communi Mediolani, & pro altera Accusatori. Ille verò, qui non iurauerit incurrat pœnam dupli, respectu pœnæ applicandæ, vt supra. Quodq; quilibet Coadiutor cuiuslibet Notarij, vt supra, sit maior annis viginti, & aliter ipsum Officium exercere non possit.

Et Abbates Collegij Notariorum Mediolani sint exequutores huius Statuti.

Quod quidē Iuramentū redigat̄ in scriptis in actis dictorū Abbatū, vel Officialium, vt supra, singula singulis cōgruè referēdo, respectu Notariorū exercentiū Officiū in Ciuitate Mli. Alij vero Iusdicētes Ducatus Mli, & Aliorū locorū, qui ligātur Statutis, vt supra, siue exequutores hu⁹ Statuti, respectu Notariorū Ducatus, & Districtus Mli.

QVOD COADIVTORES, OFFICII MALEFICIORVM, NON PROCVRENT CORAM IVDICE MEDIOLANI.

CAP. XXV.

Coadivtores Officij Maleficiorū, tā in Ciuitate, quam in Ducatu Mediolani, nō possint procurare, nec postulare, nec aliter quouismodo intercedere coram aliquo Iusdicēte tā in Ciuili, quā in Criminali, sub pœna, qualibet vice, librarum sexdecim Imperialiū, applicāda pro medietate Communi Mediolani, & pro altera Accusatori, & credatur sacramento Accusatoris, cum vno teste, fide digno.

DE OFFICIO COADIVTORIS.

CAP. XXVI.

Officivm cuiuslibet Coadiutoris, tam in Ciuili, quàm in Criminali, sit tātum ad scribendū memorias actorum, & ad exemplandum acta, & alias scripturas Notarij illius Officij, ad quod Deputatus erit, & nō possit accipere

solutioně aliquā pro talibus memorijs, vel scripturis exē plandis. Satisfacto notario, vel ipso Coadiutore, pro eo, secundū formā Ordinum, sub pęna soldorum viginti Imperialium, singula vice, applicāda, pro medietate Communi Mediolani, & pro altera Accusatori, & credatur, vt supra.

QVOD OMNES MEDIOLANENSES POSSINT REALITER, ET PERSONALITER, CIVILITER, ET CRIMINALITER CONVENIRI PER POTESTATEM, ET ALIOS EXERCENTES IVRISDICTIONEM.

CAP. XXVII.

OMNES, & singuli de Ciuitate, Districtu, & Ducatu Mli, possint, & debeāt p Potestatē, & Alios exercētes Iurisdictionē in Ciuitate Mli. & per quēlibet eorū, & sub eis, & quolibet eoꝝ Realiter, & Personaliter, Ciuiliter, & Criminaliter cōueniri, & cōpelli. Ipsiq; teneant, & debeāt corā eis, & sub eis, & quolibet eorū, respondere, & Iuri parere, Priuilegio, Prerogatiua, vel Exceptione, aliquo, vel aliqua, vel alia quauis excusatione nō obstante, nec admissa. Et hęc oĩa, Saluō, q; p hoc Statutū nō derogetˀ alijs Iusdicētibus, & eoꝝ Iurisdictioni, q separatā Iurisdictionē habēt à Iurisdictione Potestatis, & Cōsulū Iusticię Mli. Decreto tamē de maiore Magistratu in robore suo semp psistente. Qui Cōsules nō habēt Iurisdictionē cognoscēdi de delictis.

Q; OFFICIVM INVENTIONVM ARMORVM EVNTIVM DE NOCTE BORDELLORVM, ET LVDORVM, EXPEDIATVR, ET FIAT PER VICARIVM POTESTATIS.

CAP. XXVIII.

VICARIVS Dñi Potestatis Mediolani debeat, & teneatur cognoscere, & examinare, & diffinire de Caussis, &

ꝓcessibus Inuentionũ Armorum vetitorum, & eũtium de nocte, & Bordellis, & Lusoribus Taxillorũ ad ludũ prohibitum, & de Tendentibus ludũ prohibitũ, quas summariẽ debeat decidere, & terminare secundũ, quod ei videbitur. Per hoc tamen Statutũ non intelligatur fieri Prẹiudicium alijs Iusdicẽtibus, habẽtibus super prẹdictis Iurisdictionẽ.

De illis, Qui debent ire ad Oblationes.

Cap. XXIX.

POTESTAS Mediolani, eiusq; Iudices, ac Ducalis Iudex maleficiorũ, nec nõ Vicarius, & Duodecim Prouisionum, ac Syndici Prouisionũ, suiq; Notarij, & Milites, & Collaterales, & Officiales, teneanť ire ad Oblationes, quẹ fiẽt, & fieri cõtingent ex forma Statutorũ Cõis Mľi, & ad alias Oblationes, quas fieri continget de licentia Ducali.

Q̃ńo fit eũdum ad Oblat. vid. īfr. sub rub. de Celebrat. & vener. Sanct. cap. 3. folio.

Rubrica generalis de Syndicatu Potestatis, et Officialium, de Syndicatoribus eligendis.

Cap. XXX.

Ad quem spectet onus Sindicañ. Bald. in .L. Obseruare .§. proficisci. In p°. q. ff. de off. pro Cons. & Lega.

FINITO regimine Potestatis Mľi, primo Die, vel sequẽti, eligatur ꝑ prẹlibatũ Dñm. Dñm. Mľi, vel eius Senatũ, vbi prius electio facta nõ fit. Vnus ex Vicarijs Generalibus, necnõ ꝑ Collegiũ Doctorũ Mľi eliganť duo Doctores nõ suspecti, & etiã ꝑ Abbates, & officiales Collegij notarioꝝ Mľi duo Procuratores nõ suspecti, & ꝑ eos Syndicatores, eliganť duo Seruitores, ꝓ Syndicatu expediẽdo. Qui quinq; appellentur Syndicatores Potestatis, Officialium, & eius Familiæ. Et qui Syndicatores, habeant potestatem, & Iurisdictionem inquirendi, procedendi, cõdemnandi, & absoluendi, cõtra præcedentẽ Potestatem, eiusq; Officiales, & Familiam, in omnibus, & per omnia, prout

De materia vid. In Nouiss constitut. lib. p°. In tit°. De Vicar. gñalib. Et Parid. de put. In suo tract. de Syndicatu, & Bal., & homod. de Castell. Et Catal. de Boncõp. similiter. In suis Tract. quos omnes habes In. xiiii°. vol. In fi.

continetur in proximè sequēti Statuto, incipiente, SYNDICATORES, & etiam in Statuto, incipiente, POTESTAS, FINITO TEMPORE, & prout in aliis Statutis continetur.

Et qui Vicarius Generalis, & prædicti Doctores, & Procuratores eligēdi, modo, quo dictum est, Syndicatum ipsum expediant, paritercp; Sententiam proferant. Ita, q; ipsi duo Doctores, tam in procedēdo, quàm proferēdo Sententiā, simul vnam vocem tantū habeant, & Procuratores vnam vocē tantum, sicut & ipse Vicarius vnam aliam habebit.

Q; si forte in eiusmodi Sententia, vel Relatione faciēda, discordes fuerint, reseruetur prælibato Domino, Domino Mediolani Prouisio super hoc, faciendi prout suæ Dominationi, vel eius Senatui videbitur.

Et habeāt prędicti Doctores Syndicatores soldos sexdecim Imperialiū pro quolibet, & quolibet Die. & Procuratores soldos decem Imperialium pro quolibet, & quolibet die, quo interfuerint dicto Syndicatui. Quod salariū exigatur à Cōmuni Mediolani, maximè super Condemnationibus.

De Officio Syndicatorvm Potestatis, vel Aliorvm Officialivm.

Cap. XXXI.

SYNDICATORES, q; de cętero fuerint electi ad syndicandū Dn̄m Potestatē Mediolani, vel Aliquē de eius Familia, vel aliquē aliū Iudicem, vel Officialē in Ciuitate, vel Ducatu Mediolani, habeant Auctoritatem, Potestatē, vel Bayliam audiēdi, examinādi, & cognoscendi per se, & sine alio Sapientis consilio, nec assumptione Consilij sapientis, quolibet die feriato, & nō feriato, exceptis diebus feriatis in honorē Dei, vel Sanctorū, de omnibus, & singulis, quæ per illum, vel illos, quos Syndicari debuerint, cōmissa, & perpetrata fuerint, vel diceręntur perpetrata fuisse in eorū,

vel alicuius eorum Officio, cōtra formam Iurium, & Statutorum, & Ordinamentorum Communis Mediolani, vel Decretorum Ducalium, seu contra honorem, vel debitum Officij sui, ac de omnibus, & singulis per ipsum Syndicandum, vel ipsos Syndicandos, vel aliquem ex eis factis, & gestis, & administratis, & quæ fieri, geri, & administrari debuerit, & etiam de neglectis, & omissis per eum, vel eos, in eorum Officio.

Et generaliter de quibuscūq; Fraudibus, Malicijs, & Baratarijs per eos Syndicandos, vel aliquem ex eis, commissis in eorum Officio, vel eo durante, in, & super prędictis omnibus, & singulis, procedendi, & veritatem reperiendi, tā per Officium, seu Inquisitionem, quā per Accusam, Querelam, Petitionem, vel Querimoniam, vel aliam simplicem notificationem, vel scripturam, ipsis, vel coràm ipsis Syndicatoribus, vel eorum Officio, vel ad Banchum, vel etiam alio quouismodo factā, prout ipsis, Syndicatoribus melius videbitur, etiam vbi aliquis cōqueri nollet de Officiali, vel Officialibus Syndicando, vel Syndicandis. Et Syndicatores ipsi hoc aliunde sentirent, vel quouismodo sentire possent. Et proclamationes, & Cridas fieri faciēdi, tā in Ciuitate, quàm in Ducatu Mediolani, & maximè in Locis, & Partibus, in quibus ille Syndicādus, vel illi Syndicādi habitabāt, & cōuersabantur, tempore sui Officij, & vbi Officiū eorū exercebāt, & alia quęcunq; faciēdi, & explicandi, quæ eis Syndicatoribus videbuntur oportuna.

Et hæc omnia summariè, & de plano, sine strepitu, & figura Iudicij, etiam sine aliqua libelli, vel Petitionis Datione, & Litis contestatione, vel quasi sola facti veritate inspecta, prout eisdem videbitur pro meliori, & breuiori expeditione Syndicatus, per Iudicium, seu Iudicia, Vocem, & Famā, & tormēta, & alia, quæcunq; remedia, omniq; Iuris, & Statutorum substātia, & solēnitate, pœnitus prętermissis.

DE EODEM.

CAP. XXXII.

TENEANTVR Syndicatores prędicti, post factam de eis electionem, & post finitum Officium cuiuslibet Syndicandi, prima die Iuridica immediate sequenti, formare Inquisitionem generalem cōtra quemlibet Syndicādum, vt supra, & præsente Syndicando, vt supra, vel in eius absentia, & illam intimari facere Syndicando, vel Syndicādis, & responsionem inquisiti, seu inquisitorum affirmatiuam, vel negatiuā, prout dari voluerit, accipere, & quilibet Syndicādus teneatur, tēpore eius responsionis, corā ipsis Syndicatoribus, idoneè fideiubere de stādo, & parēdo Iuri, & Syndicatui, & de soluendo omnē cōdemnationē, quæ per ipsos Syndicatores fieri contigerit, ac etiam de non recedēdo à Ciuitate Mediolani, vel loco, vbi fiet syndicatus, sine speciali licentia ipsorū Syndicatorum, sub pœna, quæ ipsis syndicatoribus videbit, Ducali Camerę applicāda, & donec expeditus fuerit ipse syndicatus, & satisfactū fuerit pro cōtentis in ipsa sententia, & nō præstitis dictis fideiussoribus, detineatur, donec satisdatum fuerit, prout supra. Saluò nisi alias per dictum Syndicandum satisdatio Idonea præstita sit, modo, quo supra, nisi tamen, dicti Fideiussores, vel aliquis ex eis, tempore Syndicatus, reperirentur inhabiles, quod tunc, & eo casu, teneatur denuo fideiubere, vt supra, & vtrum fuerint inhabiles, vel ne stetur declarationi Syndicatorum, remota omni appellatione, Querela, & nullitate, & admitti non possit pro Fideiussore aliquis doctor de Collegio Dominorum Iurisperitorum Mediolani, nec aliquis Causidicus, nec Notarius Collegij Notariorum Mediolani, laudatus ad omnia, exercens ipsum Officium, & in contrarium fieri non possit renunciatio, etiam cum Iuramento, & si facta fuerit, ipso Iure, non valeat, & pro non facta habeatur.

Quòd nullus de Collegio Iudicum, possit esse fideiussor.

DE EODEM. CAP. XXXIII.

DATIS autem fideiussoribus, vt supra, aut facta detentione prout supra, fiāt Cridę, eadē die, vel sequēti nō feriata, in honorem Dei, vel Sanctorū, de mādato ipsorū Syndicatorū in Ciuitate Mediolani, vel Syndicatoris in loco, vbi fiet syndicatus extra Ciuitatē, notificādo quibuscūq;, qualiter inchoatus erit Syndicatus prædictus, & assignādo terminū qnq; dierū illis, q habitabūt in præsenti Ciuitate Mediolani, vt supra. Alijs verò habitātibus extra Ciuitatē terminū dierū decē ad dandū libellos, seu Querelas suas contra Syndicandū, vel Syndicandos, & omnibus, & singulis prædictis, habitantibus, tā in Ciuitate, quā extra, debite referendo, dierum quindecim, à die factarum ipsarum cridarum immediatè sequutorū, ad probandū, & probatum habendum, per omne genus probationum, sibi incumbentia. Vbi verò contingat fieri Syndicatū alicuius Potestatis, vel Officialis in Locis Ducatus Mli, assignetur terminus quattuor dierum habitantibus in illis locis, in quibus cōtinget fieri Syndicatus in ipso Ducatu Mediolani, & alijs habitātibus extra ea loca, terminū octo dierū, ad dandū Libellos, & Querelas suas, contra Syndicandū, vel Syndicandos, & omnibus, & singulis habitantibus, tā in dictis locis, quàm extra dicta loca, debite referendo, terminum dierum decem, ad probandum, & probatum habendum, per omne genus probationum, sibi incumbentia. Possint tamē Syndicatores Potestatis, & Officialium Ciuitatis Mediolani, & Syndicator Officialium Locorum Ducatus Mediolani, pro vt supra, terminū probatorium, si, & prout sibi expedire videbitur, prorogare, contra, congrue referēdo, cui, vel quibus sibi videbitur, vt supra, modo tamen, prorogatio non excedat terminum aliorum dierum quinq;, vt supra in Syndicatoribus Officialium Ciuitatis

Mediolani. In Syndicatore autem aliorum Locorũ Ducatus Mediolani non excedat terminum trium dierum.

De eodem.

Cap. XXXIIII.

Teneantur etiam ipsi Syndicatores Officialiũ Ciuitatis Mediolani infra quinquaginta dies tantum, ad tardius, immediatè sequuturos, post responsionem factam Inquisitioni generali, seu post terminum datũ ad respondendũ ipsi Inquisitioni, decidere, & expedire syndicatũ ipsum. Si verò cõtingat in Terris Ducatus Mediolani Syndicari aliquẽ Officialẽ, vel Officiales infra triginta dies, post responsionẽ factã, vt supra, seu post terminũ datum, vt supra.

Et vbi comperti fuerint accepisse munera, ex Iure accipi non concessa, puniantur ipsi in pœna quatrupli, Cameræ Ducali applicanda.

Et teneãtur oẽs, qui iam querelas porrexissent, aut porrigerẽt cõtra ipsos Iusdicẽtes, & Officiales Syndicandos, prosequi eorũ querelas sincerè, & pro viribus, vsq; ad finẽ, & terminationẽ ipsarũ caussarũ, & Syndicatus. Et si cõtingat, incohato ipso Syndicatu, & etiã ante initiũ ipsi⁹ Syndicatus ipsos Potestates, Iusdicẽtes, & Officiales aliquas pecunias indebitè ablatas, vel acceptas, restituere teneat̃, tamẽ ipse Syndicator, seu ipsi Syndicatores, teneant̃ cõtra eos ꝓcedere, ac si restitutio facta nõ fuisset, & tamẽ pœnã incidãt, quã, nõ facta restitutione, & ipsis cõuictis, incidissent.

Et si contingat aliquem, cupiam Officiali aliquid indebitè dedisse, & talis conqueri nollet, Syndicatorq;, vel Syndicatores hoc aliunde sentirent, possint, & debeant Syndicatores ipsi, vel Syndicator, quibuscunq; modis, & prout ei videbitur, inquirere veritatem, & comperta veritate, cõdemnetur ille, qui rem habuisset indebitè, eodem modo, quo condemnari debuisset, conquerente illo, qui conqueri

noluisset, & ille, cuius Caussa veritas in noticiā peruenisset, teneatur secretus, & habeat illud, quod habere debuisset ille, qui libellum, seu querelā porrigere debuisset. Praeterea, si dato libello, vel porrecta querela, contra Officialē, ille, qui libellum dedisset cum Officiali concordasset, non obstāte ipso cōcordio, teneant̄ Syndicatores, seu Syndicator, ꝓcedere ad Inquisitionē veritatis, q̄buscūq; modis, & ꝓut ipsis, seu ipsi videbit̄, & cōperta veritate, ad condēnationē officialis, seu officialiū, eodē modo, quo ꝓcessissent, nō facto cōcordio, quod cōcordiū, nullo modo valeat, nec teneat, quo ad poenas publicas tantū. Nec Syndicatores, aut Syndicator, audeāt, vllo modo, concordiū tēptare, nec admittere in ꝓiudiciū, vt supra. Et tamē, in omni casu, Officialis, q delīq̄sset, incurrat eā poenā, quā incurrere debuisset, nō fēctō cōcordio, quo ad pęnas publicas tātū, vt supra. Qui Syndicatores, vel Syndicator, pro dictis syndicatibus, seu eoꝝ Sentētijs, vel Relationibus, nihil accipere possint, nisi prout, in praesentibus Statutis dispositū esse reperiat̄, & q̄ vlle reseruationes in ipsis Syndicatibus fieri nō possint, nisi de speciali licentia ꝓbata Dñi. Dñi, aut Senatus. Et si contingat aliquā, vel aliquas reseruationes fieri de licētia, vt supra, Quę exigerent altiorem indaginē, terminet̄, seu terminētur, ac decidātur, infra Mēsem vnū, à lapsu suprascriptorum quinquaginta dierum connumerādum, & in Syndicatibus Officialium aliorum locorū infra viginti dies, sub pęna Salarij vnius Mēsis, irremissibiliter retinēdi, absq; alia declaratione, nec possint ipsi Syndicatores, vel Syndicator, facere in Syndicatibus, aliquas absolutiones gn̄rales sine speciali licentia, vt supra, q̄ appeat in scriptis.

De eodem. Cap. XXXV.

A Sentētijs autē per eos Syndicatores, seu Syndicatorē

latis in Caussis Syndicatuū, & alijs, quę per eos, seu per eū facta fuisse reperiant̄, tam in processu, quàm aliter, appellari, Officiū Iudicis implorari, Q uerelari, de Nullitate dici, nec supplicari alio, quouismodo, vel Caussa, directè, nec per indirectū eas retractari non liceat, neq; possit, sed prout latae fuerint, exequutioni demandentur.

Potestas eiusque Iudices, et Officiales stent extra Domum Communis, tempore sui Syndicatus. Cap. XXXVI.

Potestas, & eius Iudices, & omnes eius Officiales, finito Officio, teneātur, & debeant discedere a Domibus Communis Mediolani, & extra Domos Communis Mediolani stare per totum tempus sui Syndicatus, & q; durāte termino eorum Syndicatuum, nō possint aliquod Officium exercere in Ciuitate, nec Ducatu Mediolani.

De Satisdatione praestanda per Potestatem Mediolan. Cap. XXXVII.

Potestas teneat̄, & debeat satisdare ꝓ se, & sua familia in Manibus dominorū Magistrorū Ducaliū intratarum extraordinariarum per duos Menses ante exitū sui regiminis cum bonis Fideiussoribus, qui nō sint ex prohibitis per pręsentia Statuta, & de stādo ad syndicatū, finito tēpore sui Regiminis, & de restituendo totū id, in quo fuerit condēnatus ipse, vel aliquis de eius, Vicario, Iudicibus, & Familia, secūdum Formā Statutorū Cōmunis Mediolani, & alia faciēdo, & obseruādo, ꝓut in Statutis cōtinet̄. Idem seruetur in alijs Potestatibus, & Officialibus Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, ac Districtus, & Terrarū suppositarū Statutis Cōis Mediolani, singulariter referendo.

Quod Nullus Mediolanensis sit Advocatus, nec Procurator Potestatis, vel Alterius Officialis, tempore Syndicatus eorum.

Cap.XXXVIII.

Qubd Aduocati, & Procuf. teneantur præstare Patrocinium contra Magnates, vol.1° in.fol.

NVLLVS Ciuitatis,nec Ducatus Mediolani sit Aduocatus,nec Procurator Potestatis, nec eius Familiæ,nec alicuius alterius Officialis Syndicandi in Caussis Syndicatus,& quòd aliquis nõ audeat,nec præsumat ire,nec stare cum eis, nec aliquo eorum coràm Syndicatoribus pro faciendo iniurias,nec minas alicui cõquerenti de ipsis, nec aliquo eorum,nec aliquod impedimentũ prestare,quo minus in dictis Caussis procedatur,& si quis cõtrafecerit,cõdemnetur in libris quinquaginta Imperialium, qualibet vice,applicandis Communi Mediolani,& super prædictis teneatur potestas inquirere,& punire suo Officio.

Q. Potestas, eiusque Iudices, et Alii Officiales, non reddant Ius Fideiussoribus suis.

Cap.XXXIX.

POTESTAS Mediolani,Eiusq; Iudices,& Alij Officiales Ciuitatis,& Ducatus Mediolani non possint quoquomodo ad instantiam Fideiussorum suorum, nec alicuius eorum, in eorum Caussis Iusdicere in Ciuilibus, nec criminalibus,& si contrafactũ fuerit,ipso Iure, sit nullius valoris,& momenti,quo ad fauorem ipsorum Fideiussorum.

De Poena Officialis committentis Baratariam.

Cap.XL.

QVICVNQVE Officialis Baratariam, scienter, vel dolosè aliquam iniusticiam cõmiserit, aliquid omnittẽdo,

vel faciendo, propter quod læsum sit aliquod Commune, Collegium, Cõsortium, Vniuersitas, vel læsa sit aliqua singularis persona, condemnetur in quatruplum totius eius, de quo interuenerit læsio, cuius quadrupli medietas, applicetur Læso, & altera Communi Mediolani, & si Cõmune Mediolani, vel aliud Commune, Ducatus, & Districtus Mediolani solum læsum fuerit, totum applicetur dicto Cõmuni læso, & si nõ perceperit, sed solum promissionem habuerit ille, qui promisit, teneatur illud dare dicto Cõmuni, & totidem illi, qui lędebatur ex huiusmodi promissione, si effectum habuisset, & nihilominus Officialis cõdemnetur in triplum eius, de quo receperit promissionem. Et insuper priuati sint, & esse intelligantur ipso Iure, & facto, Officijs suis, vbi eos Syndicari contingat, durãtibus eorũ Officijs. Et itẽ nõ possint vnquã habere aliquod Officiũ, nec Beneficiũ in Ciuitate, nec Ducatu Mediolani. Et vlterius puniantᷓ in ictibus tribus cordę, vel in alia pœna corporali, etiã vsqꝫ ad vltimũ suppliciũ inclusiuè, arbitrio Syndicatorũ, inspecta qualitate cõmittẽtis, & ꝑ syndicatores exequẽda.

QVID INTELLIGATVR BARATARIA.

CAP. XLI.

BARATARIA autẽ intelligatur, si quis præcio pacto, seu cõuẽto aliquo, dato, vel ꝓmisso, seu remisso, aliqd fecerit, vel omisserit in Officio suo ꝓpter qd, aliquod Cõmune, & vt supra, vel singularis persona lædatur, vel lædi possit.

DE EODEM.

CAP. XLII.

SI quis verò sine aliquo Dato, Promisso, Conuentato, vel Remisso, quouismodo, vt supra, per dolum, vel fraudem aliquid fecerit, vel omisserit in Officio suo, eo casu cõdemnetur in quadruplum eius, in quo læserit Commune, vel

vt supra, vel singularem personã. Cuius quadrupli medietas, applicetur Læso, & altera medietas Cõmuni Mediolani. Et si Commune Mediolani læsum tantum fuerit, totum applicetur ipsi Communi Mediolani.

DE EODEM.

CAP. XLIII.

SI verò per Imperitiam aliquid fecerit, vel omisserit in Officio suo, Ita, q̃ Commune aliquod, vel, vt supra, vel singularis persona, sit læsum, vel læsa, condemnetur arbitrio Iusdicentis damnum passo, vsq; ad simplum. & si non appareat damnum alicuius, vel non probetur, non condemnetur in aliquo, nisi certa pœna per Statuta sit apposita.

Q. POTESTAS, ET ILLI DE SVA FAMILIA, ALIQVID NON RECIPIANT.

CAP. XLIIII.

POTESTAS, & illi de sua Familia, vel aliquis corũ, vel aliquis pro eis, nõ possint, nec debeat aliquid accipere per se, nec submissam personã directè, nec ꝑ indirectũ ab aliqua ꝑsona sęculari, Vniuersitate, vel Ecclesiastica ꝑsona Ciuitatis, vel Districtus M̃li, nec etiam aliũde, ratione, vel caussa, sui officij, etiã esculẽta, vel poculẽta, postquã venerint ad Ciuitatẽ per tẽpus sui Regiminis, seu Officij. Saluò, prout in Statutis Cõis M̃li dispositum esse reperiatur. Idem in alijs Officialibus Ciuitatis, & Districtus, & Ducatus Mediolani, ac Terris suppositis Statutis Mediolani.

In Caussis summariis, nec miserabilium personarũ, an debeatur salariũ. Bal. In Aut. generaliter, col. 1. C. de Ep̃s, & cle.

Q. CONDEMNATI AD SYNDICATVM, NON POSSINT HABERE OFFICIVM.

CAP. XLV.

POTESTAS, & quilibet Iudex, vel Officialis, vel Miles, aut Notarius, vel in aliquo Officio Constitutus, qui sit

Forasterius, vel quem decętero cõstitui cõtigerit, qui condemnatus fuerit vel condẽnabitur ad Syndicatũ, nõ possit vnquam in Ciuitate, Districtu, nec Ducatu Mediolani, nec Terris suppositis Statutis Mediolani, habere aliquod Officium, vel Stipendium, seu Soldum, sed de Ciuitate, Districtu, & Ducatu Mediolani, & vt supra, recedere teneatur, & soluere condemnationem, quam si non soluerit, & non recesserit infra Mensem vnum, possit offendi in Hauere, & Persona, impunè, excepto casu homicidij.

QVOD, QVI FVERIT, VEL ERIT POTESTAS, RECTOR, OFFICIALIS COMMVNIS MEDIOLANI, NON POSSIT ESSE, NISI ELAPSIS TRIBVS ANNIS.

CAP. XXXVI.

QVICVNQVE fuerit, vel erit Potestas, Vicari⁹, vel Iusdicẽs, siue Miles, seu Notarius, vel in aliquo Officio in Ciuitate, vel Ducatu Mľi, vel districtu, vel Terris suppositis Statutis Mľi, q non sit Ciuis Mediolani, finito tpe sui officij, nõ possit in aliquo Officio cõstitui, nisi pręteritis tribus annis, computãdis ab exitu sui Regiminis, vel Officij. Et prædicta non habeant locum in Vicario Prouisionum, qui tamen in Caussis singularium personarum, vllo modo se intromittere non possit, nisi quatenus esset ordinatum, vel prouisum per prælibatum Dominũ, Dominũ Mediolani, vel per Statuta, vel Ordinamenta Cõmunis Mediolani. Quod Statutũ sit præcisum, & præcisè obseruetur. Et hoc, nisi aliter reperiat̃ dispositũ, ex forma Statutorũ.

DE HIS, QVI NON POSSVNT HABERE PARTEM CONDEMNATIONVM.

CAP. XXXVIII.

NVLLVS filius, Nepos, vel alius Agnatus, vel

Cognatus, nec Familiaris, nec Domestica psona, quę sit de Familia Potestatis, vel alterius Iudicis, vel Officialis Cōmunis Mli possit habere aliquā partē de aliqua condēnatione, q̄ fieret p eius Accusam, vel Denūciationem. Sed in totū ipsa Cōdemnatio perueniat in Cōmune Mediolani. Et si qs contrafecerit, habeatur pro condemnato, Ipso Iure, in quatruplum illius quantitatis, quæ in eum peruenisset, secundum illam condemnationem. Cuius pœnæ medietas sit Communis Mediolani, & alia manifestantis illud delictum, & quilibet possit accusare, & manifestare.

DE FAMILIARITATE COMEDENDI, ET BIBENDI OMITTENDA PER POTESTATEM, ET EIVS FAMILIAM.

CAP. XLVIII.

AD Tollendū omnem suspicionem, Statuitur, q̄ Potestas Mediolani, & eius Iudices, Milites, Notarij, & alij de sua Familia non possint, nec debeant ire ad comedendum, nec bibēdū, nec comedere, nec bibere in Ciuitate, nec Suburbijs Ciuitatis ad domū alicuius personæ sæcularis, vel ecclesiasticę, Ciuitatis, Ducatus, vel Districtus Mediolani, pęna librarū centū Imperialium applicandarū Communi Mediolani pro quolibet inobediēte, & qualibet vice, & eadem pęna, punietur dātes bibere, vel comedere, vt supra.

DE PORTA, ET HOSTIIS, POTESTATIS MEDIOLANI ET EIVS FAMILIE APERTIS TENENDIS.

CAP. XLIX.

POTESTAS Mediolani teneatur, & debeat curare, & facere, q̄ porta Curię, in qua moratur, & Hostia Camerarū Potestatis, Iudicū, & Militū suorum, stent aperta tota die. Ita, q̄ homines liberius habeāt Aditū ad ipsum Potestatē,

& eius Familiam, sub pęna feudi, seu librarũ vigintiquinq; Imperialiũ, Potestati, & cuilibet Iudici, & Militi librarum decẽ Imperialiũ, qualibet vice, applicãda Cõi Mediolani.

RVBRICA GENERALIS.
DE EXACTORIBVS, ET RECEPTORIBVS PECVNIAE COMMVNIS MEDIOLANI.

CAP. L.

ILLI, qui eligentur Præsidẽtes Officio Prouisionũ Cõis M^li, curã habeãt diligẽter in Officio, & singulis diebus, bis, aut semel saltim, ad officiũ Prouisionũ accedãt, & resideãt. Vicariusq; Prouisionũ, bis in die, scilicet, in Mane, & in Vesperis resideat ad dictũ Officiũ Prouisionũ. Nihilq; agere, & statuere possit, sine prædictis Pręsidentibus, siue Maiori parte eorũ, in his, quæ eorũ Officium concernant. Et, q; ipsis Præsidentibus in fine Officij soluatur Salarium taxatum in primo Statuto huius voluminis ipsis exercentibus Officium tantum, cum solitis Præheminencijs, & Emolumentis Soluendorum super Prouentibus, & Pecunijs ad ipsum Commune spectantibus, & deferendis. Quę, qdẽ Pecuniæ, & Prouẽtus, deponant penes Thesaurariũ, q pro tẽporibus erit Cõmunis Mediolani, qui postea prędictũ Salariũ ipsis Pręsidẽtibus persoluat, vt dictũ est. Hoc etiã addito, q; ipsi Præsidẽtes debeãt, & teneãtur priusquã ab Officio discedant, successiuẽ reddi sibi facere rationẽ de omnibus Exactis, & Redditibus Prouisionũ per eos, qui Exactionũ, & Reddituũ ipsorũ curam habebunt.

DE OFFICIALIBVS COMMVNIS MEDIOLANI CERCANDIS.

CAP. LI.

POTESTAS, & eius Iudices, & Vicarius Officij Prouisionum, ac Duodecim Præsidentes, siue Maior Pars

corum

corum possint, & debeant, ac teneantur, bis, saltim in Mẽse, facere cercari ad Officium Prouisionum Cõmunis Mediolani, & ad Iudices maleficiorum, & alibi, vbi expediens fuerit, oẽs Ponderationes monetæ, & Cãpsores Cõmunis Mediolani, & ad Carcerum custodes, & alios Officiales Communis, seu prælibati Domini nostri Mediolani, si receperint vltra illud, quod recipere debẽt, vel fecerint cõtra formam Ordinamentorũ, seu Ordinum, vel omiserint facere ea, quæ debẽt, & repertos culpabiles, punire debeant secũdũ formã Ordinũ, & vt melius fieri poterit, & intelligantur Officiales illi, duntaxat, qui electi fuerint, vt supra. Et ex hoc nõ fiat præiudiciũ, nec aliqualiter derogetur Auctoritati, & Iurisdictioni Dñorũ Protectorũ Carceratorũ. Et pdicti Officiales, pdicta exequãtur, vt supra, sub pęna librarũ quinquaginta Imperialiũ, applicãda Cõmuni Mli.

De pecvniis Commvnis Mediolani. Cap. LII.

Omnes Solutiones, quæ de cætero fient de denarijs Cõmunis Mediolani, alicui fieri debeant, de consensu Dñi Vicarij Prouisionum, & saltim duorum ex Præsidẽtibus, & nullus possit sibi, à seipso satisfacere, saluò pro cõdemnationibus Stratarũ, de qbus fiat, vt in Statutis suis cõtinet.

De Officio Collateralivm Depvtatorvm Officio Stipendiorvm. Cap. LIII.

Si contingat in aliqua Quæstione, Controuersia, vel Lite vertente corãm ipso Officio, peti per aliquam Partium, Quæstionem committi, & ipsi Collaterales voluerint Cõsilium sapientis assumere, teneantur illud assumere de numero Confidentium Partium, vel vnius in contumaciam alterius de Collegio Doctorum Iudicum Mediolani.

De Iuisdicentiũ Ducatus Mediolani in. folio. vbi habetur, quæ sint illa Loca, quæ habent separatam iurisd.

RVBRICA GENERALIS DE CONSVLIBVS IVSTICIAE MEDIOLANI.

De Iurisdictione, et Officio Consulum Iusticiae Mediolani.

Cap. LIIII.

CONSVLES Iusticiæ Mediolani, & quilibet eorũ, habeant Iurisdictioné in his, quæ sunt mixti Imperij, & simplicis Iurisdictionis, & possint ipsi, & quilibet eorum Decreta, & Auctoritates, & omnia ab eis dependentia interponere in quacunq; Parte Ciuitatis, Ducatus, Districtus, & Iurisdictionis Mediolani. Saluò vt infra.

Per Cõstitutiones Nouiss. fuit prouisum, ꝙ summa excedente Ducatos Ducentum. se consules, qui non sunt doctores, se abstineãt, vid. ibi lib. 5. fo.

De eodem.

Cap. LV.

CONSVLES Iusticię Mĺi sint sex, quorũ duo, sint Doctores de Collegio Dñorũ Iurisperitorũ Mĺi, & eorũ Doctorũ Officiũ, duret solummodo per duos Mẽses, Officiũ verò aliorũ quattuor, duret per annos duos continuos, & qui fuerit Consul per annos duos, vt supra, non possit in sequẽtibus duobus annis, esse Consul, nec ipsi Consules, tã Doctores, quàm Alij, possint ipsum Officiũ exercere per Substitutũ, nec Subrogatũ per aliquẽ ex ipsis Cõsulibus. Et ipsi Doctores, scilicet, illi Duo, qui ipsius Collegij fuerint Abbates, finito Officio Abbatiæ, Ipso Iure, pro electis habeãtur in Cõsules, vt supra. Saluò, ꝙ si ipsi ex aliqua legitima Caussa nollẽt, vel nõ possent, aut alter eorũ nõ posset, seu nollet Officium ipsum exercere, ꝙ tunc loco ipsorum, vel ipsius, per Collegium, alij, vel alius subrogentur, vel subrogetur. Et sic fiat successiuè, singulis duobus Mensibus. Alij vero Cõsules nõ Doctores, eligãtur per prælibatum Dominũ, Dñm nostrum. Et habeant ipsi Doctores

pro eorum Salario dictorũ duorũ Mensiũ à Cõmuni Mediolani libras sexdecim Imperialiũ, pro quolibet eorum. Alij verò nõ Doctores, habeant pro suo Salario à Cõi Mli ad cõputum librarũ quattuor Imperialiũ in Mēse, pro quolibet.

Et nõ possit alicui, ex ipsis Cõsulib' cõmitti aliqua Questio, nec in sociũ assumi per alios Cõsules, nec aliquē, nec aliquos ex eis, etiã de volũtate Partiũ, sub pœna Cõsuli cõmittēti, vel Cõsulibus Cõmittentibus, librarũ Centũ Imperialiũ, pro quolibet eorum Consulũ cõmittentium. Et commissio non valeat, & nec assumptio, nec etiã sententia, Ipso Iure.

Non possit Caussa cõmitti Cõsuli, nec etiam Aduocato, Statutum, Alicui, in Nouis, fol.

Et, quod nullus ipsorũ Consulũ, qui nõ sit Doctor subscribere, nec signare possit aliqua præcepta continuandi, aut ponēdi aliquem in possessione aliquorum bonorũ, nec personaliter quenquam capiendi, nec aliquam pignorum sequestratorum, nec personaliter detentorũ relaxationem, siuē relaxetur, sed sufficiat signatura Doctoris ipsius Cõsulis.

Qualiter quis, & contra quos debeat induci in poss. in primo vol. fol.

De sacramento consulum Iusticiae. Cap. LVI.

CONSULES Iusticię Mediolani, teneãtur ante Introitum sui Officij Iurare coram Vicario Officij Prouisionum Mediolani de exercēdo Officium suum bene, & legaliter, & faciendo bonam Iusticiam, & Rationem cuilibet.

Et, quod ascēdent Bãchum Iuridicum ipsorum Cõsulum super Palatio magno Broleti Communis Mediolani, horis consuetis, diebus Iuridicis, nisi iusta Caussa steterint impediti.

Et, quod nihil recipient per se, nec per submissam personam, directè, nec per indirectum, nec Lucrum, nec Achatũ facient pro aliqua audientia, Pronunciatione, vel Diffinitione Caussa sui, vel Officij. Saluò, prout in Statutis continetur.

Et, quod non permittēt aliquid peti, nec exigi per aliquem Notarium sui Officij vltra Ordines superinde factos, & si audiuerint aliquem cõquerentē de ipsis Notarijs, vel aliquo

eorum pro Solutione, vel Petitione pecuniæ. Vel impedimento, vel quia non posuerint scripturas in Actis, vel scripturas non dederint expletas, eos punient, & compellent ad faciendum debitum suum.

Et p̄dicta possint, & debeāt exequutioni mādari p̄ sacramētū, & sub pęna librarū vigintiquinq; Imperialiū, in quam incurrāt, Ipso Facto, applicandarum Cōmuni Mediolani.

Vt supra vol. primo. fol, Ad Fraudes.

Et, q̄ curabunt, & facient cū effectu, q̄ Notula fiet per Notarios suos de omnibus Cridaturis Contumaciarum, Bānorum, & Firmationum. Ita, q̄ homines non decipiantur.

Et, q̄ questionē nō mouebūt, durāte suo Officio, corā Officio ipsorū Consulū, nec audit Notarios, nec Coadiutores dicti Officij, de aliquo Iudicio Cōtentioso, si oppositū fuerit, & si cōtrafecerint condēnentur in libris vigintiquinq; Imperialiū, applicādis, vt supra, & teneantur ad interesse.

De consulibus Negociatorum Mediolani.

Cap. LVII.

DOMINUS Potestas Mediolani, & eius Iudices, & omnes exercētes Iurisdictiones in Ciuitate, & Ducatu, & Districtu Mediolani, & quisq; in totum teneantur, & debeant dare, & præstare validum auxilium, & fauorem Cōsulibus Mercatorum, ad exigendum mulctas, & pœnas, per eos indictas, & impositas illis, de sua Societate.

De Pontibus Certarum Aquarum manutenendis, et defendendis.

Cap. LVIII.

DOMINUS Potestas Mediolani teneat̄ manutenere, & defendere Pontes, qui sunt super Ticinello, Abdua, Lambro, & super alijs Aquis, non derogando tamen Iurisdictioni aliorum Iusdicentium.

De Iuribus Mediolanensium, sitis in aliena Iurisdictione, per Potestatem defendendis.

Cap. LIX.

POTESTAS, & Vicarius Officij Prouisionū teneātur pcisè defendere, omnib⁹ modis, Iura, Rationes, & Possessiones suoꝝ Ciuiū, & Ecclesiarū, & Clericorū Ciuitatis, & Ducatus, & Districtus Mli, Sitas in aliena Iurisdictione, siue in Confinijs circūstātium Ciuitatum, & Terrarū, & curare, & facere pro posse, ꝙ possessio ipsarū Rerū, & Iurium, restituatur eisdē, & in ea possessione manuteneantur.

De eodem.

Cap. LX.

POTESTAS, & Iusdicentes Mediolani, & Vicarius Officij Prouisionum, teneātur, & debeant dare Consiliū, & fauorē Mediolanensibus, & alijs, de Ducatu, & Districtu Mediolani, & Terris suppositis Statutis Mli ad sua Cridata, & Iura cōsequēda, & habēda ab vniuersitatibus, & singularibus personis Ciuitatū Italiæ, & aliūde, contra Vniuersitates, & earum personas, quæ defecerint Mediolanensibus, & vt supra, vel alicui eorū in iusticia facienda.

Rubrica generalis de celebratione, et veneratione sanctorum.

De Festo Sancti Ambrosii celebrando honorifice.

Cap. LXI.

FESTVM Sancti Ambrosii Patroni, & Defensoris huius almę Ciuitatis, omni anno, per Commune, & Officiales Mediolani, honorificè, & decenter fiat, vt hactenus

fieri consueuit, scilicet, die septimo Decembris, & primo die Iouis, post festum Paschæ Resurrectionis.

DE EODEM. CAP. LXII.

QVILIBET, cuiuscunque Gradus, & Conditionis existat, teneatur, & debeat honorificè celebrare prædictas duas Festiuitates Beatissimi Ambrosii eximij, & Sacratissimi, ac venerabilis Doctoris Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac Dignissimi Præsulis, Cõfessoris, Patroni, & Pijssimi Defensoris huius almæ vrbis. Et, qui cõtrafecerit, pter Iras, ac pœnas cœlestes, quas à Deo expectet, pœnã incurrat librarũ vigintiquinque Imperialiũ, Cõmuni Mediolani applicãdarũ. Et quilibet Potestas, qui per tẽpora erit, tertia die, ante Festiuitatem de Mense Decembris, tunc, in populi Ciuitatis, & Suburbiorum noticia, voce præconia, sub simili pœna faciat præconizare.

Qui teneatur ire, supra, sub Rubr. generali. De elect. Dni Potestatis, cap. folio.

DE OBLATIONIBVS PRO FESTIVITATIBVS FACIENDIS. CAP. LXIII.

OBLATIONES pro infrascriptis Festiuitatibus, fiant p Cõmune Mediolani, infrascriptis diebus, Quolibet anno, detur per Dñm Mediolani infrascriptis Capitulis, vt infra, videlicet, Fratribus Seruorũ sanctæ Mariæ, pro festo suo, quod est die secũdo Februarij, libras vigintiquinque Imperialiũ. Fratrib9 de Carmello, die, xxv. Martij, libras, xxv. Imperialiũ. Fratribus ordinis Prædicatorũ ad Sanctũ Petrũ martyrẽ, die vigesimonono Aprilis, libras septuagintaquinque Imperialiũ. Fratribus sancti Ambrosii ad Nemus, die Iouis primo, Immediatè post festum Paschæ Resurrect. libras septuaginta qnque Impꝑ. Fr̃ibus scti Petri Cœlestini, die decimonono Maij, libras vigintiquinque Impialiũ. Monasterio sancti Dionisii, die vigesimoqnto Maij, libras, xxv. Imperialiũ. Fratribus Minoribus Sãcti Frãcisci Mediolãi.

In festo sancti Barnabæ, die vndecimo Iunij, libras septuagintaqnq; Impialiũ. Capitulo Canonicorũ Sãcti Calimeri, pro festo suo, die vltimo Iulij, libras sexdecim Impialiũ.
Pro festo sancti Ambrosii, die septimo Decembris, fiat Oblatio honorificè, expensis Communis Mediolani.
Pro festo scti Ambrosii de la Victoria de Parabiago, die vigesimoprimo Februarij, fiat Oblatio honorifice p Cõe Mli.
Item fiat Oblatio ad Ecclesiam Maiorem, in Festo sanctæ Agnetis, die vigesimoprimo Ianuarij, more solito.
Item pro festo sancti Marci celebrando, dẽtur fratribus sancti Marci Mediolani, die vigesimoquinto Aprilis, libræ quinquaginta Imperialium.
Et hoc ipsis Fratribus, & Capitulis dãtibus Palia, & Cereos, suis expensis, pro Rectoribus, Iudicibus, & Officialibus Cõmunis Mli, & alias expẽsas ipsaꝝ festiuitarũ faciendas.
Oblatio verò solita fieri, die vigesimoqnto Iulij, ad hospitale Sãcti Iacobi portę Vercellinę Mediolani, fiat more solito.
Ad Oblationem, & Eleemosinã sancti Benedicti, fiat, & obseruetur, vt ordinatum est.
Et, q; Vicari⁹ Prouisionũ possit dictas oblatiões facere, & fieri facere, sine aliis literis Ducalib⁹, & absq; licẽtia Ducali.

RVBRICA GENERALIS DE PROHIBITIS CAPTIONIBVS, ET MOLESTATIONIBVS.

In quos, & quas res, & personas fieri prohibeatur exequut, in p°, vol, fo.

Q; NVLLVS CAPIATVR, NEC DEROBETVR REVERENTIA FESTIVITATVM. CAP. LXIIII.

NVLLVS capiatur, nec Derobetur pro aliquo debito publico, nec Priuato, per dies septem, ante, nec post Festũ Natiuitatis Domini, & Festũ Resurrectionis Dñi. Et si quis captus fuerit, ante illos dies septem, relaxetur, pręstita

Satisdatione, parte citata, vel p̄n̄ti, de reuertendo, & consignando, ad, & in Carceres, in fine ipsorum septem dierum sequentium, post dicta festa, aut de soluendo debitum, pro quo detentus fuerit cum Idoneo Fideiussore, & supposito Iurisdictionis illius Iudicis, de cui⁹ mādato, detētus fuerit. Qui fideiussor se cōstituat principalem debitorē, cū hypoteca omniū bonorū suorū Præsentiū, & Futurorū, & cum Renūciatione nouarū Cōstitutionū, & cuiuslibet alterius Beneficij sibi circa prædicta Cōpetentis, vel Competituri. Qui fideiussor possit cogi omnibus Iuris remedijs, etiam per personalem detentionem, & si quis fecerit aliquē capi, vel aliqua pignora derobari ꝓ aliquo debito publico, vel priuato intra dictos dies prohibitos, vt supra, incurrat pœnam, Ipso Iure, & facto, librarum decem Imperialium, applicandarum Ipso Iure, & facto, & vlla absq; exceptione, tali Molestato, & statim exigenda per ipsum Iusdicentem. Et Iusdicens, de cuius mādato, talis exequutio facta fuerit, teneat͛ ipsum sic Captū, vel pignora derobata, relaxari facere, absq; impēsa ipsius molestati. Et hoc sub pœna ipsi Iusdicēti Cōtrafaciēti, vel negligēti, librarum vigintiquinq; Imperialiū, applicādarū pro medietate Cōi M̄li, & ꝓ altera molestato exigenda quidem ab eo in continenti, & non expectato ipsius Syndicatu, per quemcūq; alium Iusdicentem. Idem habeat locum in quibuscunq; alijs diebus feriatis, quibus prohibitæ sunt exequutiones, ex forma Statutorum Communis Mediolani. Ita tamen, q̄ per præsens Statutum non intelligatur esse derogatum, Statutis, Decretis, nec Ordinibus Mercatorum Mediolani.

De fugitiuo, Anch. cõs°. 122. ad fi. & vid. In Nouis. cōstitut. lib. 5. fo. 106. §. Quicunq; & in fol. 21.

Quòd nullus impediatur certis dieb. in p°. vol. fo.
Quòd, pro parua summa in folio.
Quòd ducentes victualia in folio.
Quòd pro debito priuato. vol. p°. fol. vbi add.

QVOD NVLLVS EXTRAHATVR DE DOMO, NEC DE ECCLESIA.

CAP. LXV.

NVLLVS in p̄senti Ciuitate Mediolani, nec Suburbijs,

nec in Ducatu, de Domo habitationis propriæ, nec alterius personæ, nec de Ecclesia extrahatur pro aliquo debito publico Communis Mediolani, nec priuato.

Et, si contrafecerit non valeat, & Contrafaciens incurrat pœnam, ipso facto, vt supra proxime, & captus relaxetur, vt supra. Ita, q per hoc, non fiat preiudicium Decretis, nec Ordinibus Mercatorum, nec Regię cameræ.

Quid de claustro, & vestibulo ecclesię & de.30.passib. circa ecclesiā minorem, & de.40.c^{a}. maiorē, & an procedat statutum pro, eo qui ratione delicti, capi vellet Lud. 28°. 227.

De opera danda, q negociatores, et negociationes, tute possint venire, et duci ad Civitatem Mediolani.

Cap. LXVI.

Statuitur, q, quoddam Capitulum insertū in Ducali Decreto, ædito de anno. M.ccccl xxxx. septimo, de Mense Decēbris, tenoris infrascripti, obseruari debeat, vt iacet ad literā. Saluò q infrascriptum nomē strefie, debeat dicere Lesiæ cui⁹ Decreti, Capitulū, Tenor sequitur.

Item, & si à Nōnullis temporibus citra, exigi solitum sit vectigal, ex rebus cuiusuis generis essent, quę vehebantur in Ciuitatem, aut Ducatum nostrū Mediolani, ex locis Læsiæ, Castelleti, & Sexti, & e contra, quod tamen, ex vetusta Consuetudine, & Ordinibus, fieri non solebat. Nihilominus, vt in hoc etiam, erga vniuersos populos nostros, liberalitatis nostræ manū, extendamus, præter alia onera, quæ illis remisimus, Decernimus, & Mādamus, q post hac, nihil pęnitus exigi possit pro quacūq; Re, sit quid velit, quæ vehatur, tā Terrestri, quā Nauali itinere per aliquē Mercatorē, siue aliā personā ex prædictis Locis Læsiæ, Castelleti, & Sexti, ad Ciuitatē, vel Ducatū Mediolani prædictū.

Ita, vt liberè vehi, & importari, omnia ab omni Datio immunia. Nam cùm prædicta Loca de Ducatu sint, ea quoq; Ducatus priuilegijs vti debere, ac esse equum cēsemus, &

propterea, vectigal, ipsum, & quicquid oneris, ea de caussa exigebatur, extinguimus pœnitus, & abolemus, & exigi amplius, de cætero, non debere mandamus.

Ducentes victualia &c. in eo. folio.

ℂ FERRVM, VICTVALIA, ET ALIAE NEGOCIATIONES SECVRE DVCANTVR VERSVS CIVITATEM MEDIOLANI. CAP. LXVII.

FERRVM, & Azarium, Carbones, Bladum, Vinũ, Lignamina ab opere, & Ligna à foco, Calcinæ, Cæteręq; Negociationes, & Res cuiuscunq; generis, & alia quęcũq; Victualia securè trahi, & duci possint, versus Ducatum, & Ciuitatem Mediolani, tam per terram, quam per aquam, quocunq; modo, & non possint deprehendi, impediri, nec derobari, nec aliquo modo contestari, nec retineri per aliquem, nec aliquos, ex quo erunt super Districtu Cõmunis, & Ducatus Mediolani, dum ducantur versus Ciuitatem Mediolani, siue per terram, siue per aquam.

Ita, q; Conductoribus licitum sit, eas Mercantias, Negociationes, & res, vt supra, tutè, & liberè conducere, prohibitione, vel impedimento omni cessante, ad hoc, vt hęc Ciuitas Mediolani, cui aliæ Ciuitates Dominij Mediolani, correspondent, & in quam, alię Ciuitates ipsius Dominij confluunt, sit Fertilis, & abundans, & Vbertate fungatur, & Potestas, & Officiũ Prouisionũ M̃ri, & quilibet Iusdicens Ducatus Mediolani, & quilibet eorũ in solidũ intelligantur, ad hoc specialiter delegati, teneantur, & debeant omni cum diligentia, & omnibus efficacioribus Iuris remedijs, etiam per personalem detentionem, operam cum effectu dare, q; prædicta omnia exequantur, & effectum sortiatur.

Et Contrafacientes incurrant pœnam Refectionis, & Restitutionis omniũ expensarũ, damnorum, & interesse, quæ factæ, aut passa fuissent ex tali contrafactione, & vlterius

librarum quadraginta Imperialium pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit, in quas pœnas, Incurrant, ipso Iure, & Facto. Et quilibet de pdictis possit accusare, & Accusatori cum Sacramento, & vno Teste fide digno, credatur, & medietas dictæ pœnæ librarum quadraginta Imperialium, applicetur Ducali Cameræ, & altera Parti læsæ, vbi Pars accusauerit, vbi autem alius fuerit Accusator, applicetur medietas dictæ medietatis Accusatori, & altera Parti læsæ, quas pœnas, nisi soluerint infra octo dies post accusationem, & verificationem, eis contrafacientibus notificatas, puniantur in ictibus tribus Curli, & quæ pœnæ exigantur per quemlibet Iusdicentem, absq; aliqua condemnatione, per omnia Iuris remedia, etiam per personalem detentionem, & applicentur, & dentur, vt supra.

Ita tamen, q per hoc, non fiat præiudicium Solutionibus faciendis Datiarijs, secundum Ordines factos, & faciendos.

Q SCHOLARES, ET CERTI ALII ADISCENTES, NON IMPEDIANTVR.

CAP. LXVIII.

Quod Impediti extra Iurisd. conseruētur Indemnes infra eo. fol.

Quod capti, vel Impediti pro alio, conseruētur, vt supra in pº. vol. folio.

QVILIBET Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, & aliunde, vndecunq; sit, possit liberè stare, & morari in Ciuitate, & Burgis adiūctis Ciuitati in Studio, & p Studio Legū, Decretaliū, Phisicę, Chyrurgiæ, Tabellionatus, & pro adiscēdo scribere, & cuiuslibet alterius artis liberalis, absq; eo, q capi possit pro aliqua debito alicuius Vniuersitatis, publico, vel priuato, & si contrafieret, non valeat, & statim relaxetur sine aliquo expensa, & omni exceptione remota.

Quod tamen non habeat locum, vbi ille fuerit principaliter nominatus, & obligatus in debito, vel hæres nominati, & obligati, pro quo capietur, & hoc, vbi alias dictus debitor nominatus, vel hęres debitoris nominati, de Iure possit detineri. Et hæc omnia, aliquo Iure Municipali nō obstante.

In Nouiss. Constitut. lib. 5, fo. 106. §. Quicunq;.
Captus consignetur Iudici anteq̃ ad carceres ducatur, supra, vol. p°, fo. Item, q̃ Nullus.
Præceptum exequutiuum nõ cõcedatur ad petitionem nõ suppositi vol. p°. fo. non concedatur.

QVOD FVGITIVI CAPI POSSINT, QVOLIBET DIE, ETIAM FERIATO.

CAP. LXIX.

QVILIBET, qui fugam fecerit pro debito publico, vel priuato, capi possit quolibet die feriato, & non feriato, etiã in honorẽ Dei, & Sanctorũ, exceptis diebus natiuitatis, & Paschę Epiphaniæ, & Resurrectionis, & Pẽtecostes Dñi nři Iesu Christi, Annũciationis, & Assumptionis beatę Marię Virginis, & Natiuitatis sancti Ioãnis Baptistę, & festo diui Ambrosii Protectoris nři, die septimo Decẽbris. Et per hoc Statutum non intelligatur derog. tũ Decretis, & Ordinibus Mercatorũ Mři, & Ducalis Cameræ, & quilibet qui fugã fecerit, vt supra, possit per quẽlibet Creditorẽ, vel quemlibet aliũ de eius creditoris cõsensu, capi, etiam propria auctoritate, cũ licentia, & sine licentia Iudicis, dũmodo captus, eadẽ die, vel sequẽti, cõsignetur in forcijs alicuius Iusdicentis, in cuius Iurisdictione captus fuerit.

DE PERSONIS, ET PIGNORIBVS INDEBITE CAPTIS, RELAXANDIS SINE VLLA EXPENSA.

CAP. LXX.

SI contingat aliquẽ capi, vel pignora indebitè robari, vel Nouitatem, aut exequutionem fieri contra Formam Statutorum Cõmunis Mediolani, statim, sine vlla expensa relaxentur, aut reuocentur, & ipso Iure pro reuocatis habeantur, sub pœna Iusdicenti librarum vigintiquinq; Imperialium, applicanda pro medietate Communi Mediolani, & pro altera indebitè Molestato, & sub pœna Seruitori, & Famulis librarũ sexdecim Imperialiũ, applicãda, vt supra. Quæ pœnæ, ipso Iure, & incontinenti, exigantur, & durantibus Officijs. Quã pœnam, Si Seruitor, & Famuli nõ soluerint, ponantur ad cathenam, Vbi stent per vnum diem.

Si autẽ prædictis Iusdicẽtibus tantũ cõtra faciẽtibus ex forma Statutorum, apposita esse reperiatur maior, vel minor pęna pecuniaria, in illa mulctentur, & illa exigať, vt supra. Et ipsis, Seruitori, & Famulis volentibus contrafacere, vel molestare contra formam, vt supra, possit resisti de Facto. Et Vicarius Prouisionũ Cõmunis Mediolani sit Cognitor, & exequutor huius Statuti. Ita tamẽ, ꝙ per hoc, non derogetur Iurisdictioni Protectorum Carceratorũ Mediolani.

RVBRICA GENERALIS DE ELEEMOSINIS. ET RATIONE HOSPITALIVM.

DE TESTAMENTIS REGISTRANDIS PRO ELEEMOSINIS, VEL RELICTIS AD PIAS CAVSSAS.

De vlt. volunt. Registr. in. Et in Nouis. Constitu. lib. j. fol. 65.

CAP. LXXI.

QVIA sæpe contingit fieri legata in vltimis volũtatibus, vel ꝑ aliã Dispositionẽ inter viuos pro eleemosinis faciẽdis, vel ad pias Caussas, quę exequutioni nõ mandãtur, in maximũ Damnum, & Detrimẽtum animarum taliter disponentium, & eorum, in quos collata est talis dispositio. Statuitur, ꝙ oẽs Notarij Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, ac aliorũ locorũ, quæ Statutis Mediolani ligantur, tencãtur, & debeãt, ac obligati sint tales Dispositiones, in qbus pro eleemosina, seu ad eleemosinã, quocunq; modo, sit aliquid relictum, seu dispositum, vel aliter ad pias Caussas, de quibus per eos rogata fuerint Instrumenta, videlicet, Habitantes in Ciuitate Mĺi, vel eius Suburbijs, intra Mensem. In Ducatu verò, & alijs Locis, q̃ Statutis Mĺi ligãtur, intra duos Mẽses, vt supra, à die scientię mortis legãtis, seu ordinantis. In dispositione verò inter viuos, à die celebrati instrumenti, pro eleemosina, vel ad pias Caussas, teneãtur

infra Mēsem, videlicet, habitātes in Ciuitate, vel suburbiis, vt supra. In Ducatu, vel alijs Locis, vt supra, intra duos Mēses notificare in scriptis, & dimittere pęnes officiū Gubernatoris Statutorū Cōis Mli, quod nūcupatur de Panigarolis, tales dispositiones, quantū ad cōtinentiā, siue effectū ipsius legati, vel dispositionis, vt supra, cū anno, Mēse, & die Rogationis cuiuslibet ipsius dispositiōis, cū Nomine Notarij, & eius habitationis, & cū Nominatione hęredis principalis, vel illius, qui erit obligat^o ex tali Dispositione.

Ita tamen, ꝙ talis scriptura solum operetur effectum noticię, & fidem non faciat in Iudicio, nec extra.

Et prædicta nō habeāt, locū, vbi aliter per Disponētes, tam in vltima voluntate, quam inter viuos, ordinatum fuerit.

Qui gubernator, sine aliqua solutione, teneatur dictam Cōtinentiam, siue effectum, registrari facere in vno libro sui Officij, de quo libro, teneātur Abbates Collegij Notariorum Mediolani, temporibus debitis ei prouidere. Et Dñs Vicarius, Prouisionum Communis Mediolani, & illi de Collegio Iudicum Mediolani, qui per tēpora erunt Pręsidētes, Officio Prouisionum, & quilibet eorum insolidum. Ita, ꝙ pręoccupantis non sit melior conditio, habeant facultatē, & Potestatē ac Bailiam, prouidēdi, ꝙ tales Dispositiones per omnia efficaciora Iuris remedia exequantur.

Eodem modo fiat de relictis certis personis Communi, Capitulo, Collegio, vel Vniuersitati pro vsuris, vel male ablatis, vel Damnis datis restituendis.

Et prædicti Notarij quicquam accipere non possint pro dicta præsentatione, & Notificatione, vt supra.

Notarij autem qui fuerint negligentes in prædictis exequēdis, vel aliquo prædictorum, ipso Iure, & facto, Incurrant pœnam librarum sexdecim Imperialium pro qualibet dispositione separata, applicāda pro medietate Cōmuni Mediolani, & pro altera illi, vel illis, in quem collata fuerit

talis Dispositio, & plus, & minus, Arbitrio ipsorum Vicarij, & Iudicum supra memoratorum exigenda per suprascriptos Dominum Vicarium, & Iudices sine vlla condẽnatione, & ad aliam pœnam non teneantur.

Respectu autem Dotium Donationum, & Testamẽtorum in quibus etiam non contineantur Legata ad pias Caussas, vel pro eleemosinis.

Notarij p̄dicti teneãtur rubricare ad Officiũ Gubernatorũ Statutorũ Cõis M̃ri, sub pœna prædicta circunscripta alia pęna in Decreto cõtenta, ędito die vigesimo octauo Aprilis. M.cccc.lxxxv. signato Philippus Comitis, & hoc, nisi per Testatorẽ, vel disponentem aliter dispositum fuerit.

Quid Importẽt ista verba, vid. Bal. In .L. ipsis c°. Med. C. vt In poss. lega.

DE SVPPLICATIONE FACIENDA DOMINO ARCHIEPISCOPO PRO ELEEMOSINIS PERPETVIS, ET ETIAM TEMPORALIBVS, QVAE FIERI DEBENT PER MONASTERIA, ET LOCA RELIGIOSA, VEL PIA.

CAP. LXXI.

POTESTAS Mediolani sub debito sacramenti, & sub pœna librarũ centũ Imperialiũ sui Salarij, applicanda Cõmuni Mediolani, teneat primo Mense sui Regiminis supplicare Reuerendissimo D̃no Archiepiscopo Mediolani, qui nũc est, & pro tẽporibus erit, q̃ dignetur cogere, & cogi facere, p̃ se, vel suos Vicarios, Quoslibet Abbates, Prępositos, Priores, Archip̃sbyteros, Archidiaconos, & quoscũq; Rectores, & administratores, quorumcũq; monasteriorũ Canonicarũ, & aliarũ Ecclesiarum sæculariũ, & Regulariũ, & alias quascunq; personas Ecclesiasticas, cuiuscunq; sexus fuerint, ad dandũ in scriptis per sacramẽtum, & sub pęna Excõmunicationis, & vltra, put placuerit pręlibato Archiepiscopo, vel eius Vicario, oẽs eleemosinas

perpetuas, & etiam tẽporales, quas facere teneantur, eidẽ Dño Archiepiſcopo, vel eius Vicario, exprimẽdo per quẽ, vel quos ordinatæ fuerint, & ſuper quibus poſſeſſionibus, vel redditibus, & quomodo, & qualiter fuerint ordinatę, & per quos Notarios Inſtrumenta ſint cõfecta, ſi exinde cõſtant publica Inſtrumẽta, & ꝙ ſic regiſtrẽtur in libris mẽbranarũ Cameræ Cõmunis Mediolani, & ſecundũ, ꝙ fuerint regiſtrate, omnibus modis, exequutioni mandentur.

Et eodẽ modo teneať Poteſtas ſupplicare, vt ſupra, ꝙ p̃fatus Dñs Archiepiſcopus, q nunc eſt, & pro tẽporibus erit, dignetur Partes ſuas interponere, ꝙ prædicta, & quodlibet prędictorũ fiant, & Exequutioni mandentur per exẽptos.

Prętereа idẽ Dñs Poteſtas teneatur ſupplicare, vt ſupra, ꝙ prępfatus Dñs Archiepiſcopus, qui nũc eſt, & pro tẽporibus erit, dignetur taxare, & taxari facere eleemoſinas faciendas Pauperibus, & Egenis perſonis, per quaſlibet Domos religioſas, pro rata Fortunarum, & Facultatum cuiuſlibet religioſæ Domus, quę eleemoſinæ ſint taxatæ, ſub pęna Excõmunicationis, & vltra, prout videbitur Præfato Dño Archiepiſcopo, & fiant ipſæ eleemoſinæ, temporibus quadrageſimæ, caritatis, vel pęnurię, & alijs tp̃ibus, quib⁹ neceſſitas ſubueniendi pauperibus, & ægenis occurrerit.

Et prędicta non habeant derogare auctoritati, & Poteſtati, vel Priuilegijs conceſſis Hoſpitali Pietatis Mediolani.

De Praedicationibvs, et de Eleemosinis, Qvae fieri debent singvlis annis pro festo Sancti Benedicti.

Cap. LXXII.

Vicarivs Prouiſionum, ſub pœna librarum centum Imperialium teneatur, quodlibet anno, facere obſeruari, & exequutioni demandari, ea, quæ fieri debent per Commune,

Commune, & homines Mediolani de Prædicationibus, & elęemosynis Sancti Benedicti, Iuxtà tenorem, & Formã literarum Apostolicarum, & de hoc fieri facere publica instrumenta, & facere registrari ad Cameram Communis Mediolani, & ad Officium Statutorum.

DE ILLIS, QVI DEBENT IRE PER CIVITATEM, AD INQVIRENDVM PAVPERES, ET INFIRMOS.

CAP. LXXIIII.

PER Vicariũ Officij Prouisionũ, eligãtur sex probi Viri Ciuitatis Mediolani, & potissimè, ex aliq̄bus Deputatis, in Locis pijs Ciuitatis M͞li. Qui quottidie vadãt per Ciuitatem, & Suburbia, & inquirant, & colligant Pauperes Infirmos, originarios Ciuitatis, & Ducatus M͞li Euntes, vel Mendicãtes, & aliter quàm de eleemosynis viuere nõ valentes, & prout videbitur p̄dictis Viris, eos reducãt ad hospitalia, vbi subueniat̃ eis de necessarijs, in necessitatibus.

RVBRICA GENERALIS DE SERVITORIBVS SALARIATIS, ET EORVM OFFICIIS.

DE SERVITORIBVS DOMINI VICARII, ET DVODECIM PROVISIONVM, ET EORVM SALARIO.

CAP. LXXV.

SERVITORES Dominorũ Vicarij, & Duodecim Prouisionum, sint quattuor, qui omnes habeant pro quolibet eorũ, pro Salario, libras tres, & soldos quattuor Imperialium in Mense, Soluendo de Intratis Communis Mediolani, vltra honorantias: quas soliti sunt habere ab eis Dominis Vicario, & Duodecim, singulo anno, & teneantur

ipsi Seruitores, & quicunq; alij Seruitores Cōmunis Mediolani deferre Schudazolum vnum, in quo sit Imago Diui Ambrosii, ad latus dextrum, qui Schudazolus, appareat, sub poena soldorum quinq; Imperialiū, pro quolibet, & qualibet vice, quæ poena, applicetur Cōmuni Mediolani.

QVOD LICEAT CVILIBET MITTERE QVEMLIBET SERVITOREM COMMVNIS MEDIOLANI ETIAM PRO MALEFICIIS.

CAP. LXXVI.

LICEAT cuilibet, mittere quemlibet Seruitorem Communis Mediolani, vbi necesse fuerit, pro requirēdo, & pręsentando quaslibet Inquisitiones, & quælibet Præcepta, & Citationes, & alia quæcunq; facienda in Caussis Maleficiorum, de mandato tamen Iudicis Maleficiorum, ac etiā Capitanei Iusticię, & eius Vicarij, & quoruncunq; aliorū Iudicū exercentiū Iurisdictionē Circa Caussas Criminales, Nec possint prędicti Iusdicētes, exercētes Caussas Criminales, vt supra, vti Opera aliorū, quā Seruitorū Cōmunis Mediolani, vt supra, sub poena librarum vigintiquinq; Imperialiū, cuilibet Iudici, & totidem Notario cōtrafaciēti, pro qualibet vice, applicādarum Communi Mediolani, & irremissibiliter exigenda, absq; alia condemnatione, per quēlibet Iusdicentē Ciuitatis, & Districtus Mediolani, in Terris, siue Locis, in quibus contra prædicta factū fuerit.

DE SERVITORIBVS, QVI EXERCENTVR CIRCA ACTVS CRIMINALES.

CAP. LXXVII.

NON possint Iudices, etiā delegati, Iurisdictionē exercentes circa Maleficia, & circa Damna data, & Turbationes possessionum, nec etiam Notarij dictorū Officiorum,

nec eorũ Coadiutores, vti opera alioꝝ Seruitorũ, quã Cõmunis Mlĩ, nec ipsi Seruitores, possint pro quibuscũq; Inquisitionibus, praeceptis, & alijs quibuscunq;, plus accipere, nec ipsi Notarij, nec Coadiutores, pro suprascriptis, quã sit eis limitatum, ex Forma Statutorũ Cõmunis Mediolani, loquentiũ de Remuneratione, & Mercede ipsoꝝ Seruitorum, sub poena librarum viginti quinq; Imperialiũ, cuilibet eorũ contrafacienti, pro qualibet vice, applicanda, & exigenda, prout in proximè precedenti Statuto, cõtinetur.

RVBRICA GENERALIS DE TVBATORIBVS, ET DE EORVM ORDINIBVS, ET SOLVTIONIBVS, ET DE PVLSATORIBVS CAMPANARVM.

De Tvbatoribvs. Cap. LXXVIII.

SEX sint Tubatores Cõmunis Mediolani, qui teneantur facere Cridas ad Scalas Palatij magni Broleti Communis Mediolani, & ad Arengheriam, quae est super Lobia de Oxijs, in eo Broleto, & ad Carrubia Portarum, videlicet, Oriẽtalis, Romanę, Ticinẽsis, Vercellinae, Cumanę, & Nouę Mediolani, & etiã alibi, prout requiritur ex forma Prouisionũ Statutorũ, & Decretorũ, vel prout sibi iniunctũ fuerit per illum, de cuius mãdato fient Cridę, & ibi, Tubã, seu Tubas, sonare, ad cõgregandũ gẽtes, pro audiẽdis Cridis, & sub pęna librarũ quattuor Imperialiũ, singula vice, applicandarum Communi Mlĩ, pro quolibet inobediẽte. Et habeant pro suo Salario, id, quod taxatum fuerit in Literis sui Officij, & etiam pro Cridis, & Relationibus, id, quod taxatum est in praesentibus Statutis, respectu expressorum in praesentibus Statutis.

De Tubis argenti manutenendis per Commune Mediolani, et dandis Tubatoribus.

Cap. LXXIX.

MANUTENEANTUR per Commune Mediolani sex Tubę argēti, Bonę, & Idoneæ, quæ tradātur, & assignētur Tubatoribus Cōmunis Mediolani, pro vsu tātum Officij sui, secūdum cōsuetū, & recipiatur ab eis, per Officiū Prouisionū Cōmunis Mediolani, in actu traditionis dictę Tubæ, Idonea Satisdatio, de eis gubernādis, saluādis, & restituendis Cōmuni Mediolani, quotiescunq; requisitum per Officiū Prouisionum fuerit, & non Vastandis, alienandis, nec pignorandis, nec quouismodo accomodandis, sub pœna priuationis, perpetuo, illius Officij sui, ac etiā sub pęna librarum vigintiquinq; Imperialium, qualibet vice, qua, contrafactum fuerit, applicanda Communi Mediolani. Et, q̄ nullus possit, nec debeat mutuare super ipsis, nec eas emere, nec aliquā ipsarū, sub pœna restitutionis dictarū librarū Communi M̄li, absq; aliqua restitutione pecuniæ. Quæ satisdatio, scribatur ad Officium Prouisionum.

De Cridis dandis in scriptis Tubatoribus.

Cap. LXXX.

QUILIBET Iusdicens, in Ciuitate M̄li, teneatur, & debeat dare in scriptis, Tubatoribus Cōis Mediolani, omnes Cridas, quas voluerit debere fieri ad Scalas Palatij, vel alibi, qui Tubatores, teneantur, & debeant dictas Cridas facere, & eis factis, teneantur eas, ita scriptas dare, & consignare incontinenti Gubernatoribus Statutorū Cōmunis Mediolani, qui eas ponant in quaterno, iuxtà consuetum. Et si Iusdicens, vel Tubatores contrafecerint, condemnentur in libris centū Imperialiū, applicādis, singula vice, qua

contrafecerint, Cõmuni Mediolani, & exigenda, absq; aliquo processu, per Vicarium, & Duodecim Prouisionum.

De Ordinibus servandis per Tubatores, et pro Tubatoribus Communis Mediolani.

Cap. LXXXI.

Statuitur, q; Tubatores Communis Mediolani, Qui sunt, & per tempora erunt, teneantur inter seipsos communicare, quæcunq; lucra, quæ per eos, & quemlibet eorum, ex Caussa eorum Officij, fient, & pro quibuslibet Cridis, & communiter inter se diuidant æqualiter.

Item, q; Tubatores ipsi, Qui nunc sunt, infra octo dies proxime sequuturos, & Successores sui in dicto Officio, infra octo dies, immediatè sequuturos, postquàm electi fuerint, teneantur personaliter comparere coram Domino Vicario Prouisionum Communis Mediolani, ad eius Officium, & ibidem, in scriptis Iurare ad sancta Dei Euangelia, corporaliler tactis scripturis, q; Officium suum prædictum, facient, & exercebũt fideliter, ac bona fide, & sine fraude, ac horis debitis, & q; pro Cridis, per eos faciẽdis, eorumq; relationibus, & andatis, quicquam non petẽt, nec accipient, vltra Limitationes factas, per præsentia Statuta Communis Mediolani, & q; eis contenti remanebunt.

Et, q; cridas, & Proclamationes, per eos faciendas, facient, & proclamabunt benè, & diligẽter, ac bona fide, & horis debitis in Broleto Communis Mediolani, & per Ciuitatem, ac Ducatum Mediolani, debitè referendo, secundum Ordines superinde æditos, & copias earum, quæ dimitti debuerint, dimittent in partibus, seu locis debitis, earumq; Relationes facient exinde, infra tempus debitum, & reliqua facient, quæ facienda erunt, ex forma Ordinum.

Nec officium prędictum facere possint, Elapsis dictis diebus

octo, proximè, sequuturis, si non præstiterint, in eo termino, sacramentum prædictum.

Et, si ipsi Tubatores, seu, aliquis, vel, aliqui corũ, cõtrafecerint, seu, contrafacient istis Ordinibus, vel alicui, vel aliquibus ex eis, priuentur, dicto Officio.

Quæ priuatio, fiat, per ipsum Dominum Vicarium, seu de eius mandato, sono Tubæ.

Et liber Prouisionum, super quo annotabitur ipsum sacramentũ, habeatur pro producto, in qualibet Caussa, vbi velet disputari, q̃ tale sacramentum præstitum fuerit, vel ne.

Item, q̃ ipsi Tubatores teneãtur, facere coràm præfato Domino Vicario Prouisionũ Cõmunis Mediolani, & ad Officium Statutorum ipsius Cõmunis Mediolani, Relationes quarumlibet Cridarũ, quę factæ fuerint, de, & pro quibuslibet bonis, ad Cridas ponendis, & vendendis, secundũ formam Prouisionis, & Ordinum, superinde æditorum.

Et hoc saltem, infra octo dies, immediatè sequuturos, post finem ipsarum Cridarum, sub pœna librarum decem Imperialium, qualibet vice, applicandarum, Ipso Iure, Communi Mediolani.

Et, quòd, de qualibet Crida facienda, & quæ fiat, non possint facere, vltra quinq; Relationes.

Saluò, si bona essent in pluribus partibus, in Ducatu Mediolani, eo casu, possint fieri plures Relationes, habito respectu ad numerum Locorum, vbi situata essent bona.

Itẽ, q̃ ipsi Tubatores, Cridas faciẽdas, pro bonis quibuslibet, secundũ formã Ordinum, facere teneantur publicè, & alta voce, sono tubæ p̃misso, in locis, prout requiritur, ex forma Prouisionis, superinde æditę, de bonis vendẽdis ad Cridas, & copias dimittere, secundum formam ipsius Prouisionis.

Item, q̃ ipsi Tubatores, pro Cridis, & Relationibus ipsarũ Cridarum faciendis, & quæ factæ fuerint de bonis, vt supra, & computatis Relationibus, & Testibus, non possint

accipere, nisi, prout infra, videlicet.
Si, vẽdere Volẽs, seu Ponẽs, seu Volẽtes vẽdere, seu Ponẽtes ad Cridas, habitabit, seu habitabunt in Ciuitate, vel Burgis, vel Corporibus Sãctis Mediolani, & bona vendẽda, sita sint in ea Ciuitate Mediolani, vel, vt supra, possint accipere librã vnã, & soldos Duodecim Imperialiũ tantũ.
Si, verò bona, sita sunt in Ducatu Mediolani, extra Corpora Sanctorũ, pro Andata, & Reditu, in totum habeant, vltrà Florenũ, ad computum soldorum duorum Imperialiũ, pro quolibet miliari, distanti à Ciuitate Mediolani, videlicet. Ad computum soldi vnius, pro miliari, eundo, & totidem redeundo, vltrà Equum, aut vecturam Equi.
Sed si, aliqua bona, quæ ponẽtur ad Cridas, erũt in illis Partibus, vel propè locũ habitationis Ponẽtis, siue Ponẽtium, per miliaria sex, vel, erunt in itinere faciendo, occasione dictarũ Cridarũ ab ipsa Terra, vel, Loco, versus Mediolanũ, quà Strata recta, & consueta, solum per miliaria sex distent ipsa bona, nihil aliud habeãt ipsi Tubatores, pro ipso itinere.
Si, verò Ponẽs, vel Ponẽtes, habitauerit, seu habitauerint in Ducatu Mediolani, vel Terris communibus, vel diuersis de quibus in Statutis Cõmunis Mediolani fit mentio, taliter, quod Cridę essent faciendæ, sex vicibus, ibi, & in Contrata domus habitationis cuiuslibet Ponẽtis, vel Ponentium, tunc habeãt Tubatores libras quattuor, soldos sexdecim Imperialium in summa, vltra expensas cibarias faciendas Tubatori, & Equo, & etiam vltra vecturam Equi.
Et si bona Ponẽda ad Cridas, essent in loco habitationis Ponẽtis, vel Ponentiũ, vbi Cridæ fierẽt sex vicibus, vt supra, vel ibi propè, infra sex miliaria, vel longè à Strata recta, vt supra, infra miliaria sex, nihil aliud habeant.
Saluò, quod habeant Tubatores ipsi, vecturam Equi, vt supra.
Et, si fuerint plures Ponẽtes ad Cridas, eadẽ Corpora bonorũ, pro indiuiso, vel, quod vnus ponat directum Dominium, &

alter Vtile, & ipsi Ponētes habitauerint in Ciuitate Mli, vel, Burgis, vel, Corporibus Sāctis, vel, in Ducatu Mli, in eodē Loco, Burgo, vel, Cassina, reputet̄ p vna Crida tantū, & p vna Crida fiat solutio ipsis, Tubatori, vel, Tubatorib⁹.

Si, vero habitauerint ipsi Ponētes, vt supra, in diuersis Locis, tunc fiat solutio, abinde supra, ad ratam itineris.

Si, vero fuerint plures Ponētes diuersa bona ad Cridas, siue, diuersas Cridas fieri Faciētes, in eodē Loco, Burgo, vel, Cassina, aut, suo Territorio, in Ducatu Mediolani, vel, vt supra, extra Corpora Sanctorū, siue, ibi habitēt, siue, nō, & eodē tempore, possint Cridę fieri, tūc, nō possint accipere, a Ponentibus, ibi non habitantibus, pro itinere, nisi, ad computum, vt supra, pro quolibet miliari, & vnica solutio mercedis itineris, pro omnibus sufficiat, vltra vecturam Equi.

Si, vero Ponentes, ibi habitabunt, tunc, nō possint accipere, pro ipsis Cridis, nisi, libram vnam, & soldos. xij. Imperialiū, pro qualibet Crida, licet, fiat pluribus vicibus, & diebus, & vltra, nō possint accipere, nisi, libras tres, & soldos quattuor Imperialium, ab ipsis omnibus Ponentibus, habitantibus in eodem Loco, vel, vt supra, vltra expensas cibarias, dum, ibi stabit, ipsa de Caussa, Tubator, pro ipsis Cridis, Habeant, tamen, ipsi Tubatores vecturam Equi.

Item, q̄, ipsi Tubatores, solummodo, accipere possint, pro qualibet Reuocatione, cuiuslibet Procuræ, vel, Mandati, seu, Mādaterum, soldos nouem Imperialium, & non plus, & similiter, pro alijs Cridis faciēdis, solummodo, ad Schalas Palatij suprascripti.

Cridas verò faciēdas, ex parte Abbatū Collegij Dñorum Iurisperitorū Mediolani, vel, Abbatū Collegij Notariorum Mli, q̄, vt plurimū, cōcernūt bonū publicū, facere teneātur, sine aliqua solutiōe, & similiter, nihil accipere possint, pro cridis faciēdis, pro bono publico, & etiam, pro Ducali Camera, sed, pro eis, sufficiat ęmolumentū, quod annuatim

habent, à Ducali Camera, & etiã, pro Auantagijs Datiorũ.

Item, q. ipsi Tubatores, sine solutione, teneantur ire ad Oblationes, quæ fieri contingent in Ciuitate Mediolani.

Item, q. ipsi Tubatores, pro alijs Cridis faciendis, cuiusuis maneriei sint, ad instãtiam priuatorum, & pro priuatis negocijs, ad Schalas Palatij suprascripti, ad Arengheriam, & per Ciuitatẽ Mediolani, nõ possint accipere, nisi, soldos viginti Imperialiũ, pro qualibet Crida, intelligendo, q. sit solũmodo, vna Crida, licet, fiat in pluribus Partib⁹, seu, Locis.

Si, verò, Cridę fiant, per Ducatum, ad instantiam priuatorũ, tunc, fiat solutio, pro itinere, & pro expensis, ac vectura Equi, prout supra, in alijs casibus, dictum fuit.

Possint, tamen, Tubatores ipsi, si, de istis Ordinibus, senserint se grauatos, renunciare dicto Officio, & Loco sui, fiet Prouisio.

Item, q. ipsi Tubatores, teneantur incipere Cridas, ad omnem requisitionem, eas fieri facere, volentium. Non expectato alio tempore, sub pœna, vt supra.

Item, q. Tubatores, quando citantur absentes, vel Forẽses, sono tubæ præmisso, teneantur, & quilibet eorum teneatur ire cum Seruitore, pro ipsa Citatione facienda, & præmittere sonum tubæ, prout fieri solet, in quolibet trium Locorum, scilicet, ad Schalas Palatij magni, & ad Arengheriam in Broleto Cõis Mediolani, & ad Fores Ecclesię Maioris.

Et non possit accipere, vltrà soldos nouem Imperialium, pro ipsis tribus Locis.

De Pulsatoribus Campanarum Communis Mediolani.

Cap. LXXXII.

Ille, vel, illi, qui fuerit, vel, fuerint Deputati ad pulsandũ Cãpanas Broleti Cõmunis Mediolani, habeant claues Turris, seu, Campanilis Communis, pęnes se, & teneantur

benè custodire Turrim, seu ipsum Cāpanile, pro ipso Cōmuni, & pulsare Campanas ipsas, singulis diebus, & de nocte, iuxta consuetum, & etiam pulsare horas, quolibet die, tā feriato, quam non feriato, de die tantum, Incipiēdo primam horam, post Auroram, nec debeāt pulsare Cāpanas, siue Cāpanam, ad Stramitā, nisi casu ignis, & habeāt Salaria, & prȩheminētias consuetas à Communi Mediolani.
Et teneantur Idoneè satisdare ad Officium Prouisionum, tēpore, quo fuerint Deputati ad dictum Officium, de prædictis omnibus, & singulis attendendis, & obseruandis, sub pœna reseruata Arbitrio Domini Vicarij, & Dominorum Duodecim Prouisionum, applicanda Cōmuni Mediolani.

RVBRICA GENERALIS DE ADVOCATIS, PROCVRATORIBVS, ET MEDICIS PAVPERVM, ET MISERABILIVM PERSONARVM.

Vid. etiam in cōstitut. Nouis. in p°. lib° fo. 33.

DE ADVOCATIS PAVPERVM, ET MISERABILIVM PERSONARVM.

CAP. LXXXXIII.

DVO Aduocati de Collegio Iudicum Mediolani, eligantur per dictum Collegium, de mense Decembris, tempore, quo fiet electio Deputatorum, ad electionem Officialium Fabricæ Ecclesiæ Maioris Mediolani.
Quorum Officium, duret per annum vnum, incipiendo in proximis Calendis Ianuarij.
Qui debeāt gratis, & Amore Dei, aduocare pro pauperib°, & inhabilibus ꝑsonis, & hȩc omnia, benè, & legaliter, more bonorū Aduocatorū, & sine spe alicuius remunerationis.
Et electi, teneantur acceptare, & exercere Officium, nec cogi possint ad dictum Officium, nisi elapsis annis duobus.

DE PROCVRATORIBVS PAVPERVM, ET INHABILIVM PERSONARVM.

CAP. LXXXIIII.

ILLI, qui fuerint Abbates Collegij Notariorum Mediolani, finito Officio suæ Abbatiæ, intelligãtur, ipso Iure, electi, pro Procuratoribus pauperum, & vt supra, pro anno proximè sequenti, qui habeant, in eorum Officio, facere, prout, facere tenentur Aduocati, vt supra.

DE ELECTIONE, ET OFFICIO MEDICI PHYSICI PAVPERVM, ET MISERABILIVM PERSONARVM.

CAP. LXXXV.

DVO Medici Physici, per eorum, Collegium eligantur singulo Mense Decembris.

Quorum Officium, duret per annum, incipiendo in proximis Calẽdis Ianuarij. Qui habeant curare, suo posse, infirmos pauperes, & inhabiles, in Ciuitate Mediolani, gratis, & Amore Dei, & sine Solutione, & sine spe præmij temporalis. Idem seruetur in Cyroycis.

RVBRICA GENERALIS DE OFFICIALIBVS.

DE IVRE REDDENDO IN BROLETO.

CAP. LXXXVI.

POTESTAS, & eius Iudices, & omnes Iudices Ordinarij, reddentes Ius in Ciuitate Mediolani, teneãtur, & debeant sedere in Broleto Communis Mediolani, pro Iure reddendo, & ibi, reddere Ius, & non alibi, videlicet.

Teneantur Bãcha Tribunalium suorum ascendere, diebus, & horis Iuridicis, videlicet. In mane, pulsata hora sextæ, & hora vesperarum, Broleti p̃dicti, & ibidem stare debeãt ad

minus, per spaciũ horę vnius, sub pęna cõtrafacienti, qualibet vice, librarũ vigintiquinq; Imperialiũ, applicãda, pro medietate, Communi Mediolani, & altera Accusatori, & exigatur, Ipso Iure, seu sine mora, etiã durãte Officio, & q̃ pœna exigatur per Vicarium, & Duodecim Prouisionum.

De Probationibvs faciendis de Idoneitate Fideivssorvm.

Cap. LXXXVII.

SI contingat coràm aliquo Iusdicente, vel Delegato, in Ciuitate, vel Ducatu, aut Districtu Mediolani, præstari quouismodo Fideiussorem, vel Fideiussores, & opponatur non esse Idoneos, sufficiat, q; Satisdantes, circa Idoneitatem Fideiussorum, Probationes faciant coràm ipso Iusdicente, vel Delegato, Citatis Aduersarijs, vel eis præsentibus, vel eorũ Procuratoribus, qui Iusdicẽs, vel Delegatus, habeat dicta ipsorum Testium videre, & examinare, vtrũ probent Idoneitatem, vel ne, & superinde debitum suum faciat. Notarij autem Iusdicentium, pro tali Testium receptione, & eorum expletione, non possint accipere, plusquam, accipere possunt, pro receptione, & expletione aliorum Testium, prout, ex Statutis disponitur, sub pœna limitata, per Statuta Communis Mediolani.

Q; nvllvs compellatvr dare Campsorem pro Fideivssore, nec pignvs.

Cap. LXXXVIII.

NON cogatur aliquis, q alias de Iure possit cogi ad satisdãdũ, dare Campsorẽ, pro Fideiussore, nec pignus, p securitate, dũmodo satisdet per aliũ Fideiussorẽ, suppositum Iurisdictioni Dñi potestatis Mediolani, & eius Ducatus, siue Districtus, vbi satisdare cõtinget, nisi alias, p Ius municipale, reperiatur dispositũ, vel conuentũ fuerit p partes.

De exactore Commv-
nis Mediolani.

Cap. LXXXIX.

Exactor qui præerit exactioni pecuniæ Commu-nis Mediolani, possit, & debeat exigere omnes Cōdemnationes, & Debita, & pœnas, quę in Commune Mediolani solūmodo, vel in ipsum Commune, pro parte, & in alium, vel alios, & illam partem, quæ in alium, vel alios, peruenire deberet, ei, vel illis, dari facere, teneatur.

De licentia danda Tribvs, de Bvrgo, et dvobvs de loco, Standi, et manvtenendi in Civitate.

Cap. LXXXX.

Potestas, & quilibet Iusdicens, possint, & debeant dare licentiam Tribus hominibus cuiuslibet Burgi, & Duobus, cuiuslibet Loci, q̃ Ipsi possint, & debeant stare, & morari in Ciuitate Mediolani, pro Negocijs, & Caussis Burgorum, & Locorum suorum.

Ita, q̃ occasione alicuius debiti publici, vel priuati, de quo teneretur Commune Burgi, vel Loci sui, non possint capi, nec detineri, aliquo modo, per aliquem Pręsidētem, alicui Officio, nec per aliquam aliam personam, exercentem Iurisdictionem in Ciuitate Mediolani, & si contra hoc caperentur, Potestas, & quilibet Iusdicens, teneantur, & debeant, modis omnibus, eos facere relaxari.

Qvod nvllvs compellatvr ad Solvtionem pecvniae, vel oneris, pro altero, nisi in Statvtis caveatvr.

Cap. LXXXXI.

Nvllvs Ciuitatis, & Ducatus, ac Districtus Mli.

compelli possit, ab aliquo Iusdicente, ad solutionem alicu-ius pecuniæ, vel Oneris, pro altero, nisi reperiatur contra-rium, Iure, vel Statuto, vel Ordinibus Cameræ cautum, & contrà hoc, non possit fieri præposita, vel reformatio, & si contrafieret, ipso Iure non valeat, nec teneat, & Iusdicens, seu Officiales, qui contrafecerint, condemnentur in libris ducentum Imperialium, qualibet vice.

Et insuper, Potestas, vel Iusdicens, contra hoc præponens, ipso Iure, pro condemnato habeatur, in libris quinquecen-tum imperialium, & Consultor, in libris ducentum Impe-rialium, & Iudex, hoc facere debeat præcisè, & debeat ser-uare.

Et, q̀ nō possit, huic Statuto, in aliquo derogari, per aliquod arbitrium concessum, vel concedendum alicui Potestati, vel Officiali, aut Iusdicenti.

DE REGRESSV EXIGENDI, ET CONSE-QVENDI, QVEM HABET CAPTVS, VEL ROBATVS, VEL COACTVS PRO ALIO.

CAP. LXXXXII.

QVILIBET, qui steterit, vel stabit captus, vel roba-tus, seu coactus, vel molestatus pro aliquo Cōmuni, Vni-uersitate, vel singulari persona, ad instantiam Ducalis Ca-meræ, vel Communis Mediolani, vel habentis Datum ab ea, vel ab eo, ad instantiam alicuius Officialis ipsius Came-ræ, vel Cōmunis, possit, omne, & totum id, quod soluisse re-periatur, eum, vel rationabiliter soluisse, & expendisse pro eo Communi, Vniuersitate, vel singulari persona, conse-qui, & exigere; acsi esset hauere Ducalis Cameræ, vel Cō-munis Mediolani, & q̀ talem habeat Actionem, qualē ha-beat Ducalis Camera, pro creditis suis, & tam pro capitali, quàm Expensis, & Damnis.

A Sñtiis contra debitores Fisci latis, non appellatur, vt in Nouiss. constitu. lib. 4°. folio. 83. §. Hisq; con-fectis.

Et an quilibet teneatur re-stituere pro eo solutū, & quid, de eo, q pro represa-liis concessis, contra, eum fuit coactus soluere. Tex. In. L. 2. §. Item si in facto, de verb. oblig. vbi Lud. in. 2°. col. post omnes.

QVOD EXACTIO ALICVIVS CONDEMNATIONIS, NON FIAT PER PRONVNCIANTEM.

CAP. LXXXXIII.

NVLLA Exactio condemnationis, nec pecuniæ, quæ peruenire debeat in totum, vel pro parte, in Cameram Ducalem, nec in Cōe Mediolani, exigatur per eū Iudicem, vel Officialē, qui eam fecerit, vel pronūciauerit, aliquo modo, nisi ei, demandaretur per habentem ad hoc Potestatem. Quod non habeat locum in Magistris Intratarum, nec in Exequutionibus Cameræ, nec in habētibus aliter facultatem à Ducali Camera, vel Agentibus per eam, nec in Iudice Stratarum.

RVBRICA GENERALIS DE IVRISDICTIONE, ET OFFICIO COMMVNIVM, DVCATVS, ET RECTORVM SVORVM.

Q. QVILIBET BVRGVS, LOCVS, ET CASSINA, POSSIT FACERE, ET HABERE CONSVLES, SYNDICOS, ET OFFICIALES.

CAP. LXXXXIIII.

QVILIBET Burgus, Locus, & Cassina separata, possit facere, & habere suos Cōsules, Syndicos, & Officiales, qui sint de ipsa Vniuersitate, prout habere consueuerūt, & Aduocatos, & Syndicos ad Caussas, qui sint de Ciuitate, vel Ducatu Mli, Dummodo tamen, prædicta nō faciant in fraudē prælibati Dñi, Dñi Mediolani, nec Cōmunitatis Mediolani, & possint exigere suas Talleas, & Onera, & cōstituere inter se, suos Căparios, Canepariōs, & Officiales. Qui exerceant secundum, quod per prælibatum Dominum Mediolani, concessum est.

Et nullus alius possit, aliquo modo, in eis se exercere, vltra formam comprehensam in Statutis Mediolani.

Et quilibet Iusdicens requisitus, teneatur dare auxilium cũ effectu ipsis Consulibus, & Officialibus ad exigendum, ac Regimen, & Officium viriliter exercendum.

De Sacramento praestando per Rectores Dvcatvs Mediolani antequam vadant ad regimina.

Cap. LXXXXV.

POTESTAS Mediolani teneatur, & debeat compellere omnes, Vicarios, & Iusdicẽtes Ducatus, nõ habentes merum, & mixtũ Imperiũ, antequã vadant ad regimina, Iurare ad sancta Dei euãgelia, q̃ nõ tenebũt, nec teneri permittẽt, via ordinaria, caussas in Iurisdictionibus suis, vltra quãtitates limitatas p̃ pr̨esentia Statuta, & si sciuerint aliquẽ tenere Caussas de Maiore quãtitate, cõtra formã huius Statuti, q̃ infra tertiam diem notificabũt ipsi Potestati.

Et nullus Iusdicẽs, vt supra, possit ire, nec admittatur ad regimen, nisi prius præstito dicto Iuramẽto, quod redigatur in scriptis, pro qua redactione, & ipsius expletione, Notarius non possit accipere vltra soldos quattuor Imperialium in totum, etiam computata scriptura.

Contrafaciẽtes autẽ, ipso Iure, incurrãt p̨enã librarũ viginti Imperialiũ, pro qualibet vice, applicandarum pro dimidia parte, Cõi Mediolani, & pro altera dimidia, Accusatori. Quæ poena, exigatur absq; aliqua condemnatione.

De Stat. Seruañ. In Terris Cõtb. in p°. vol. folio, cap.
In quib. Terris. infra eo. fol. cap.

De ivrisdictione Ivsdicentivm Dvcatvs Mediolani.

Cap. LXXXXVI.

IVSDICENTES DVCATVS MEDIOLANI, habeant Iurisdictiones in Locis sibi suppositis, prout infra.

BVRGVS

BVRGVS VARISII, cum eius Vicariatu, habet merũ, & mixtum Imperium, & Omnimodam Iuriſdictionem.

Quid Importet declarat gl. In clem. pª. in vº. omnimodã de io. compet.

CAPITANEVS MARTESANAE, habet Iuriſdictionẽ, vſq; ad libras viginti Impialiũ, ex Iuriſdictione Ordinaria.

VICARIVS MONTIS BRIANZAE, habet Iuriſdictionem, vſq; ad libras decem Imperialium.

BVRGVS LEVCI, habet merum, & mixtum Imperium, & omnimodam Iuriſdictionem.

RIPALTA, ſimiliter, habet merum, & mixtum Imperium, & omnimodam Iuriſdictionem.

Lecia, Caſtelletum, & ſextum, ſunt de Ducatu, ſup. eo, fol. 20. Statuiſ, capº. j.

BVRGVS CANTVRII, cum pertinentijs, habet merũ, & mixtum Imperium, ac omnimodam Iuriſdictionem, ex Priuilegio feudali.

MANDELLVM, habet merum, & mixtum Imperium.

DERNIVM, ſimiliter.

VARENA, ſimiliter.

ANGLERIA, ſimiliter.

BELLANVM, ſimiliter.

GALERATVM, habet Iuriſdictionem, vſq; ad libras duodecim, cum dimidia, Imperialium, ex Iuriſdictione Ordinaria.

E

ABBIATVM CRASSVM, habet merum, & mixtum Imperium,& omnimodam Iurisdictionem,ex Priuilegio.

TERRA BINASCHI, habet merum,& mixtum Imperium,& omnimodam Iurisdictionem.

CARAVAGIVM, habet merum,& mixtum Imperium,& omnimodam Iurisdictionem.

BVRGVS PROLETIAE, habet merum, & mixtum Imperium,ex priuilegio Fæudali.

MELEGNANVM,in ipsa Terra,& eius Territorio tantum, habet merum,& mixtum Imperium,& non in alios homines, nec habitantes extra dictam Terram, & eius Territorium,non autem in Plebibus Sancti Iuliani,Sancti Donati Locate,& Mezate.

Quæ Plebes,sunt ex forma Decretorum Ducalium, de Iurisdictione Iusdicentium in Ciuitate Mediolani.

In Terris,autem,in Fæudatis, habeant Iurisdictionem sibi tributam ex priuilegijs.

Ita tamen,ꝙ seruetur Decretum de Maiore Magistratu, in casibus,in ipso Decreto,comprehensis.

DE INQVISITIONE FACIENDA CONTRA RECTORES, SEV, IVSDICENTES DVCATVS MEDIOLANI.

CAP. LXXXXVII.

POTESTAS Mediolani,& qlibet alius Iusdicẽs in Ciuitate Mediolani,& Vicarius Prouisionũ,& quilibet eoꝝ insolidũ,possit,& debeat inqrere cõtra Rectores, seu, Iusdicẽtes Burgorũ,locorũ, vel,aliarum Vniuersitatũ,Ducatus,Districtus Iurisdictionis, vel,Diocesis Mli,si in aliquo

fecerint contrà Ordinamenta, Decreta, & Statuta facta super Iurisdictionibus Rectorum, & Vniuersitatum, ac Iusdicentium Ducatus, Districtus, vel Diœcesis Mediolani, vel, aliquod prædictorum.

Et, q, super prædictis, habeat purum, & merum Arbitrium, inquirendi, puniendi, & condemnandi contrafacientes.

Et, si, aliquis processus factus fuerit coràm Rectore, vel, Iusdicente Burgi, Loci, Cassinę, vel Alicuius Vniuersitatis cōtrà Ordines, & Decreta, vt suprà, Ipso Iure, sit nullus, & non valeat, Et nihilominus Rector, vel, Iusdicēs Burgi, vel, vt suprà, condemnetur, in libris quinquaginta Imperialiū, qualibet vice, Et Notarius, in libris quinq; Imperialium, & perpetua notetur infamia.

Quæ pęnæ pecuniariæ applicentur Communi Mediolani.

De poena Petentis coram aliqvo Ivsdicente Dvcatvs Mediolani, vltra Ivrisdictionem concessam ipsi Ivsdicenti, vel, Dividentis creditvm svvm.

Cap. LXXXXVIII.

QVOD nullus possit petere coràm aliquo Iusdicente Ducatus Mediolani, vel Terrarum suppositarum Statutis Communis Mediolani, vltra quantitatem, pro qua, ei Iusdicenti cōcessa est Iurisdictio, Et, si vltrà petierit, Ipso Iure, cadat à Iure suo, respectu superflui, pro quo, ipse Iusdicens non habet Iurisdictionem.

Et, si, diuiserit Ius suum, petendo Quotam, seu, Partē aliquā Crediti sui, coràm ipso Iusdicēte, vt suprà, Ipso Iure, priuatus sit, toto Credito suo, respectu dicti superflui, vt suprà.

Vbi, autem, in Ciuitate Mediolani, aliquis se pretendat creditorem alicuius, ex vna, & eadem Caussa, pro tempore maturo, & petierit, agendo, aliquam Partem dicti Crediti

Trad. Marian. in c. pe. ad fi. de fo. cõpet.
Et de poena facientis aliquem citare, pro eadem re, coràm diuersis Iud. vol. 1. folio. 4. cap. 7.

coràm vno Tribunali, seu, Officiali, quòd durante ipsa Instantia, non possit residuum, nec aliquam aliam Partem dicti Crediti maturi, coràm alio Iudice, vel, Officiali, petere, &, si, contrafecerit, Ipso Iure, & Facto, cadat à residuo dicti Crediti sui, à quantitate, primò, petita suprà.

Si, verò petatur Exequutio, alicuius partis, Crediti maturi, non possit Exequutionem impetrare, pro reliquo, in toto, nec in parte, infrà sex menses, à die impetratæ primæ exequutionis coràm eodem Iudice, nec alio Officiali.

Et, si, contrafecerit, cadat vt suprà.

Idem, petito cõpromisso, vol. 1. fol. 37. circa fi.
Et de Iure, Cõmuni, vid. Ias. consilio. 35. lib. primo col. 1. vbi plura adducit ad demonstrañ. etiã tempora probatoria non currere, durãte disputatione super admissione capitulorum.

QVOD, PETITA COMMISSIONE, NON CVRRANT TEMPORA, IN CERTIS CASIBVS.

CAP. LXXXXIX.

IN Casibus, in quibus, ex forma Statutorum, fit facienda aliqua Commissio.

Si, illa Pars, quæ voluerit Commissionem ipsam fieri, citari fecerit alteram Partem, pro ipsa Commissione facienda, & per ipsam Partem, quę voluerit Cõmissionem fieri, non steterit, quominùs ipsa Cõmissio fiat, tunc, Tempora nõ currant, sed in suspenso stent, donec Commissio facta, fuerit, quæ, tamẽ, Commisso, fieri possit, suspensione non attenta.

RVBRICA GENERALIS, DE FABRIS, ET AVRIFICIBVS, ET DE EORVM SCHOLA, ET ARTE.

DE ELECTIONE SYNDICORVM.

CAP. C.

STATVITVR, q, in Schola sancti Eligij, & Arte, seu, Vniuersitate Aurificum, & Fabrorum Ciuitatis M ri, per Scholares dictę Scholę, & Artis, eligant, & manuteneant duodecim Syndici, Qui, qdem reuocari, & mutari possint,

Qui Syndici, qui per tempora erunt electi, habeant illã Potestatem, quæ eisdem data, & attributa est, & dabitur, & attribuetur in futurum, per ipsam Scholam, & Scholares, & Vniuersitatem dictę Artis Aurificum, circa ipsos, de dicta Arte, & circa res concernẽtes, & spectantes ad dictam Artem, & ad ipsos, & inter ipsos Aurifices, per publica Instrumenta Syndicatus confecta, & quæ conficientur, singula singulis, & congrua congruis, debitè, semper, referendo.

Et, etiam, vltra prædicta, habeant Potestatem, & Bailiam, quæ, &, prout, in sequentibus Statutis, declarabitur.

De Abbate, et Consulibus eligendis, et eorum Bailia.

Cap. C. I.

STATVITVR, q̃, eligantur, per Vniuersitatem Fabrorum, & Aurificũ, quolibet anno, vnus Abbas, & tres Consules, in dicta Schola, seu, Arte, de Scholaribus, seu, Aurificibus ipsius Scholæ, seu, Artis.

Quorum Officium, duret per annum vnum, & non vltrà.

Qui Abbas, & Consules, habeant Bailiam, Potestatem, & Auctoritatem procedendi cõtra quoslibet, de dicta Schola, Arte, seu, Vniuersitate, & Laborantes, & Laborari Faciẽtes, de, & in dicta Arte, tã in Ciuitate, quã in Suburbijs, & Ducatu Mediolani, & eos puniendi, & condemnandi.

Et, hoc, secundum Formam, & Tenorem infrascriptorum Statutorum, & Ordinum.

Quæ quidem electio prædictorum, Abbatis, & Consulum, fiat, & fieri debeat, Singulo anno, per Abbatem, & Consules præcessores, in dicto Officio.

Et, facta ipsa electione, ante festum Sanctæ Catharinæ, de Mense Nouembris.

Eorum Officium, incipiat in dicto Festo sanctę Catharinæ.

Et,q̃ Abbas,& Cõsules,collaudent̃,p Syndicos dictę Scholę, Artis,seu, Vniuersitatis,antequã in publicũ,eligantur.
Qui,quidem, Abbas,& Consules,taliter,eligendi, vt supra, singulo anno,tẽpore dictæ eorũ electionis,aut, antequam intrẽt in eorũ Officiũ,Iurare teneãtur.& debeãt,in manibus Abbatis,& Consulũ,pręcessorũ suorũ,vel,saltẽ,maioris Partis eorũ,de faciendo,& exercẽdo eorũ Officiũ , benè,iustè,& fideliter,secundum eorum conscientiam bonã, & secundum formam ordinum dictæ Scholæ, siue , Artis.
Et,q̃,de ipsa electione,fiat publicum Instrumentum.
Et,qui Abbas,& Cõsules noui,& successores, vna cũ pręfatis Syndicis,siue,maior Pars eoꝝ,possint,& debeãt Syndicare eorũ,ꝓximè,ꝑcessores,infra mẽses duos,immediatè sequuturos finem,& Tẽpus Officij,& Regiminis dictorũ, Abbatis,& Consulũ veterũ, vt supra, Syndicandorũ.

De Ivrisdictione Abbatis, et Consvlvm.

Cap.C.II.

Abbates,& Cõsules, qui sunt,& per tempora erũt, habeant Bailiam,& Iurisdictionem cognoscẽdi, declarandi,& terminandi omnes Quęstiones pertinentes, & spectantes ad dictam Artem Fabrorum,& Aurificum, cuiuscunq; manerieí sint,& inter Artifices Fabros, & oẽs exercẽtes Officium,& Laborãtes,seu,laborari Faciẽtes,de,& in dicta Arte,tã in Ciuitate,q̃ in Suburbijs, & Ducatu Mli.
Dummodo,tales Quęstiones ortæ sint,& oriantur,occasione ipsius Artis Fabrorum,& Aurificum,vel, Negociationũ pertinẽtiũ ad ipsam Artẽ,& de omnibus Mercãtijs, & Laborerijs,Exercitijs,& Trafficis factis, & faciẽdis,ac ortis,& oriẽdis,& quę oriẽtur occasione dictę Artis,& depẽdentium abinde,ac etiã,exequẽdi,& exequutioni mãdandi ipsas omnes Differẽtias,ac Quęstiones,ac Sẽtentias, &

Declarationes,quę ꝓinde fiēt,omnibus modis,& remedijs.

In omnibus,& per omnia, secundum, ꝙ, eisdem Abbati, & Consulibus,seu,Maiori Parti eorum, melius videbitur expedire,etiam,absq; alio consilio Sapientis,si,eidem Abbati,& Consulibus,aut,Maiori Parti eorum,videbitur.

Saluo,ꝙ,si,talis Differentia excederet summam Ducatorum vigintiquinq; auri, ꝙ, eo casu, teneantur ipsi Abbas, & Consules,ad Requisitionem Partium,vel,alterius earum, assumere Consilium Sapientis, de Collegio Dominorum Iurisperitorum Mediolani,Partium Confidentis,vel,alterius eorum,casu quo,altera Pars,suos confidētes, dare recusauerit,vel, neglexerit,pro tali differentia terminanda, & decidenda.

Secundum eius Cōsilium, Pręfati, Abbas,& Consules,habeant Pronunciare,& Declarare, & facta præsentatione Consilij,habeatur,pro Declarata,& Pronunciata.

Et,quæ præsentatio Consilij, possit fieri coràm Notario, siue,Scriba ipsorum Abbatis, & Consulum, & habeatur, pro legitime,facta.

Et,ꝙ,omnis Sententia,omnisq; Declaratio,& omnia, & singula,quæ per eos Dominos, Abbatem,& Consules, seu, vt supra, in prædictis fient, ac per eos factum,Pronunciatum,Sententiatum,& Declaratum fuerit, valeat,& teneat, & exequutioni mandetur, omnibus Iuris remedijs, & realiter,& personaliter,& prout eis videbitur. Aliquibus Statutis,Decretis,& Ordinibus,in contrarium disponentibus,non attentis.

Possit,tamen,à talibus Sētentijs,& Declarationibus, appellari,dummodo, tales Appellationes, Cognoscantur, Terminentur,& Decidantur, per Syndicos dictæ Societatis, Scholę,seu, Artis,vt supra, & non aliter.

Qui Syndici,teneantur assumere Consilium Sapientis, vt supra,si,requisitum fuerit,vt supra.

Et casu, quo, prima Sententia, seu, Declaratio fuerit in Causa Appellationis confirmata, mittatur exequutioni in totum, seu, pro illa parte, pro qua confirmata fuerit, nec de eius nullitate dici, nec ab ea appellari possit, &, si, appellatum fuerit, aut, de nullitate dictum, non admittatur.

De Electione Caneparii, et eius Officio.

CAP. C. III.

Eligatur vnus Caneparius in dicta Schola, Arte, seu, Societate, per, Abbatem, Consules, & Syndicos, seu, per maiorem Partem eorum.

Et, qui Caneparius, eligendus, vt supra, sit Vir bonus, Probus, & Idoneus, & intrare teneatur, in Introitu sui Officij.

Qui Introitus, sit in dcō Festo Sāctę Catharinę, de exercēdo, benè, & legaliter, Officiū, sibi cōmissum, &, de saluādo ea omnia, quæ, ad eius manus, puenerint, de Denarijs, Bonis, & Rebus dictę Scholę, & Societatis, & de restituēdo, & reddēdo dictis, Abbati, Cōsulib⁹, & Syndicis, toties quoties reqsitus fuerit, bonū Cūctū, & bonā Rationē, & omne, totū id, quod, ad eius manus peruenerit, de Bonis, & Rebus ptinētibus, & spectātibus dictæ Scholæ, seu, Societati.

Et, qui recipere debeat omnes Intratas, Condemnationes, & Inuentiones dictæ Scholæ, & Societatis, & de eis, Rationem facere, & reddere, teneatur, & debeat, vt supra.

Et eius Officium duret, per annum vnum tantum.

Et teneatur, dictus Canepariu, tēpore Introitus sui Officij, accipere consignationē in scriptis, per Instrumentum Publicū, de Bonis, & Rebus dictæ Scholę, q̄, sibi, cōsignabūtur, & de eis, reddere bonā Rationē, vt supra, & vt supra.

Possintq̧, dicti Abbas, Cōsules, & Syndici, siue, maior Pars eorum, facere quamlibet necessariam Liberationem, &, Confessionem dicto Caneparió.

Q̃ NVLLVS, POSSIT ESSE ABBAS, ET CONSVL, NISI DE QVATTVOR ANNIS, SEMEL.

CAP. C. IIII.

NVLLVS, de dicta societate, possit esse Abbas, neq; Consul, nisi, ellapsis quattuor annis continuis, post finitum ipsum Officium.

DE ILLIS, QVI SE ROBARI PERMITTERE VETARENT, ET DE EORVM POENA.

CAP. C. V.

SI aliquis, de dicta Societate, deberet, vel, teneretur, aut, in futurũ tenebitur aliquid dare dictæ Societati, vel, etiã, alicui Fabro, & de dicta Arte, Societate, seu, Schola, occasione alicuius condemnatiõis, vel, Talleę sibi factę, vel, aliqua alia occasione, & nõ daret, vel, vetaret dare pignus p̃fatis Abbati, & Cõsulibus, vel, eoꝝ Seruitorib⁹, Nũtijs, & Officialibus, vel, alicui eorũ, condẽnetur, & pro condẽnato habeatur ille talis, in soldis viginti Imperialiũ, qualibet vice, qua, vetauerit ipse, vel, eius familia, vel, pignus nõ dederit, vt supra, & nõ admittatur ad aliquã defensionẽ faciendã, nisi, prius dederit pignus, quę, pęna, perueniat in dictam Scholam, & si indebitè pignoratus fuerit, eidẽ restituatur pignus, absq; vlla solutione pæcuniæ, & expensa.

Q̃ ABBAS, ET CONSVLES, POSSINT ROBARI FACERE QVEMLIBET, DE DICTA SOCIETATE, SCHOLA, ET ARTE.

CAP. C. VI.

ABBAS, & Cõsules huius Societatis, Scholę, &, seu Artis, & quilibet eorũ, habeãt Bailiã, & possint, & debeãt robare, & robari facere, tutè, & impunè, per se, & Seruitores.

& Nūcios suos quēlibet, de ipsa Schola, Arte, seu, Societate, & laborātes de ipsa Arte Aurificum, siue, Fabrorum, qualibet occasione, spectante, & pertinente ad ipsam Artē, vel, connexa ipsi Arti, & dependenti ab eadem Arte, & pro tali exequutione facienda, possint, & valeāt accipere, de familia Domini Potestatis Mediolani, expensis, derobandi. Et prȩfatus Dn̄s Potestas, & omnes de Familia sua, si, & prout, requisiti fuerint, per ipsos Abbatem, & Consules, teneantur, & debeant prȩstare ipsis Auxilium, Iuuamē, & Fauorem, pro tali exequutione Reali, & personali facienda.

DE LABORATORIBVS, DEBITORIBVS SVI MAGISTRI, LABORANTIBVS AD MERCEDEM DIEI, EVNTIBVS AD LABORANDVM CVM ALIIS MAGISTRIS.

CAP. C. XVII.

QVONIAM, sæpe, contingit Magistros dictæ Artis Aurificum, & Fabrorum, accipere laboratores ad mercedē diei, & eisdem dare mutuo pecunias in adiutorium, & præstantiam, quos, postea, compensare conueniunt in eorum Mercedibus, aut, restituere.

Statuitur, ꝙ, Nullus magister possit, nec valeat, de cætero accipere, nec tenere, vltra tres dies cōtinuos, aliquos laboratores laborātes, &, seu, qui laborauerint cum alijs magistris, debitores, vt supra, nisi, prius, fuerit tali primo Magistro satisfactū, de eo, quod habere debuerit, à dicto tali Laboratore, &, ꝙ, talis Magister, teneatur infra tres dies proximè futuros, post factam sibi Denunciam, per primū Magistrū Creditorē talis Laboratoris, expellere ipsum Laboratorem, aut debitum prȩdicti Laboratoris, pro eo soluere. Alioquin, elapso dicto termino, dictus secundus Magister, teneatur ad solutionem dicti debiti principaliter, &

insolidum Cum omnibus Expensis, Damnis, & interesse, quæ, per talem Magistrum, passus fuerit, & ad ipsum soluendum cogi possit, omni exceptione remota.

De Familiaribus, et Domicellis, et Aliis Laboratoribus ad Salarium Mensuale, et Annuale, vel, vltra, et de aliis Stantibus cum Magistris, ad aliquod tempus ad adiscendum, et laborandum.

Cap. C. VIII.

NVLLVS Magister possit, nec valeat accipere aliquem Laboratorem, Domicellum, vel, Familiarem Garzonum, nec, puerum, ad aliquod tempus, vltra quàm, ad mercedem Diei, nisi, prius, aut, saltem, infra vnum mẽsem, postquàm illum acceperit, illum scribi fecerit ad Banchum præfatorum Dominorum Abbatis, & Consulum, ac Scholæ prædictæ, sub pœna librarum decem Imperialium, & teneatur dictus puer, vel, eius Magister, pro eo, Si, dictus puer fuerit inhabilis, & non soluerit, pro intrata, libras duas Imperialium, tempore quo, eum scribi fecerit.

Et, ꝙ, nullus Magister, aliquem famulum, Domicellum, Garzonum, puerum, vel, Laboratorem, qui cum alio Magistro accordatus fuerit ad tempus, vt supra, accipere possit, nec valeat illum, vltra dies tres, vt supra, postquàm facta fuerit sibi, per talem primum Magistrum, debita noticia, de tali Concordio suo, & requisitum fuerit, ꝙ illum excumiet.

Alioquin, elapso ipso termino trium dierum, vt supra, teneatur ipse secũdus Magister, si, non excumiauerit realiter, & cũ effectu, vt supra, soluere totũ debitũ, quod talis famulus

laborator,&,vt supra, habuerit cum eo primo Magistro, occasione bonorum denariorũ,& rerum datarũ,per ipsum Magistrum tali Laboratori,Famulo,&,vt supra.

Item, teneatur soluere pœnam appositam in Instrumento Accordij facti inter Magistrum ipsum primum, & Laboratorem,&, vt supra.

Et,de ipsa pœna,credatur Instrumento prædicto.

Quodq; etiam,teneatur soluere,dare,& restituere ipsi Magistro dictum debitum,vna cum omnibus Expensis,Damnis,& Interesse,quæ,proinde,ipse primus Magister,dederit,& fecerit,ac passus fuerit.

De quibus Expensis, Damnis, & interesse, stetur Declarationi, & Decisioni præfatorum Dominorum Abbatum, & Consulum,aut,Maioris Partis eorum.

Et,vlterius,ipse secundus Magister, cadat in pœnam librarum decem Imperialium.

Quæ in totum,perueniant in ipsam Scholam.

Q. ABBAS, ET CONSVLES, & ALII OFFICIALES, TENEANTVR OFFICIVM SIBI COMMISSVM ASSVMERE, ET ILLVD EXERCERE.

CAP.C.IX.

SI aliquis huius Scholæ, Artis, seu, Societatis, electus fuerit in Abbatem,Cõsulem,Syndicum,vel, ad aliud Officium,vel,aliter,pro vtilitate dictæ Scholæ,deputatus, & ordinatus fuerit, Teneatur,ipsam Abbatiam, & illud Officium sibi commissum,&,vt supra,acceptare,sub pœna librarum decem Imperialium,applicanda Scholę prędictę,

Et,vlterius,teneatur, etiam,Officium prædictum Abbatię, vel,aliud quodcunq; Officium sibi commissum, &,vt supra,acceptare, & illud exercere benè, ritè, & fideliter, ac

sollicitè, iusto impedimento, iustaq; Caussa Excusationis, & Defensionis, cessantibus, sub eadem poena, de quibus Caussa, & impedimento, vt suprà, stetur Declarationi, & Cognitioni Abbatis, & aliorum Officialium dictæ Scholæ, Artis, & Societatis, aut, maioris partis eorum.

De Inqvisitionibvs faciendis contra fvrantes avrvm, et argentvm, et alia pertinentia ad dictam Artem, et Scholam.

Cap. C. X.

Abbas, & Consules dictæ Scholæ, possint, ac teneantur, & debeant inquirere, & procedere, & Inquisitionem facere, & fieri, & procedi facere contrà omnes, & singulos, de dicta Arte, Furantes, vel, aliter, Barantantes Aurum, vel, Argentũ, vel, Zoias, vel, aliud Metallum, vel, aliquã aliam Rem, pertinentem ad Negociationem dictæ Artis, & etiam, contra receptatores de dicta Arte, & Schola, scientes, Talium Furtorum, Bonorum, & rerum furatarum, vel, baratatarum, & eos punire, & condemnare, si, culpabiles reperti fuerint, arbitrio præfatorum Officialium, vel, Maioris Partis eorum, & deinde, tales Condemnationes exigere, secundum quod, eisdem Abbati, & Consulibus ac Syndicis ipsius Scholæ, aut, Maiori Parti eorum videbitur, quæ poena, perueniat in præfatam Scholam.

Et, q;, si, talis culpabilis, & receptator, vt suprà, non soluerit poenam, & condemnationem sibi factam, ac damna, & Interesse, illi, cui Furatum, vel, vt suprà, fuerit, & prout, per eos Abbatem, &, vt suprà, pronunciatum fuerit, priuetur, & priuatus sit, Ipso Iure, & facto, dicta Arte, nec possit vlterius, Artem prædictam exercere.

Et, tamen, teneatur ad Satisdationem Rei, vt suprà, baratatæ, vel, furatæ, & condemnationis, vt suprà.

QVOD, QVILIBET, AD CVIVS MANVS PERVENERIT AVRVM, ARGENTVM, ET SIMILIA, FVRATA, TENEATVR ILLA NOTIFICARE.

CAP. C. XI.

QVILIBET, de dicta Schola, Societate, & Arte Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, vt suprà, ad cuius manus peruenerit aliqua quantitas Auri, Argenti, Zoie, vel, alterius Metalli, vel, rei pertinentis ad dictam Artem, quam sciuerit, vel, crediderit fuisse furatam, teneatur, & debeat, infrà triduum, sub vinculo Iuraměti, illam notificare Abbati, & Consulibus dictæ Scholæ, Artis, & vt suprà, vel, alicui eorum, & personam, à qua, talem rem habuerit, &, etiàm, sub pęna valoris rei, quam, vt suprà, non notificauerit, & librarum trium Imperialium, qualibet vice, dictæ Scholæ applicanda, & ipsa. Aurum, & Argentum, & res furatæ, vt suprà, reddantur illi, & illis, cuius, & quorum erunt. Et, si, non reperiretur ille, cuius bona ipsa essent, perueniant in dictam Scholam.

QVOD QVILIBET TENEATVR IRE AD CONSILIVM, ET AD CORPVS, SIVE, EXEQVIAS.

CAP. C. XII.

QVILIBET dictæ Societatis, Scholæ, seu, Artis, siue, Officialis, siue, non, teneatur venire ad Consilium, ad eorum Oblationes, & ad Exequias cadaueris cuiuslibet Magistri apothecæ, &, etiam aliorum, de eorum familia, si, &, prout requisitum fuerit, & ad ea omnia, ad quæ fuerit requisitus, per Abbatem, Consules, aut Seruitores dictæ Scholæ, seu, Artis, vel, per aliquem alium Nuncium, vel, per aliquem ipsorum, sub pœna, qualibet vice, soldorum duorum Imperialium, & cuilibet Officiali, dictæ Scholæ,

ſoldorum trium, pro qualibet vice, quam pœnam, Abbas, & Conſules teneantur ſtatim exigere, ſub eadem pęna, de ſuo proprio ęre, danda, & ſoluenda in continenti, ſine vllo remedio, quæ pœnæ, perueniant in pręfatam Scholam.

Qꝫ, QVILIBET. DE DICTA SCHOLA, ARTE, SEV, SOCIETATE, TENEANTVR OBSERVARE PRAECEPTA ABBATIS, ET CONSVLVM.

CAP. C. XIII.

QVILIBET, de dicta Schola, Arte, ſeu, Societate, teneatur obſeruare, & exequutioni mandare omnia præcepta Abbatis, & Conſulum, ac Syndicorum, & ſuorum Nunciorum, & Seruitorum, de ſpectantibus, & pertinentibus ad ipſam Artem.

Et, qui contrafecerit, componat dictæ Scholæ, Arti, ſeu, Societati pœnam ſibi iniunctam, de qua imponeretur, quę nō ſit maior ſoldis decem Imperialium, incontinenti, dūmodo, tale pręceptū, fiat occaſione, dictę Scholę ſeu, Artis, & dependentiū abinde, & de eo facta ſit relatio, ſiue, oretenus, ſiue, in ſcriptis per Seruitorem, ſiue, Nuncium dictæ Artis, quam, quidem, pœnam, Abbas, & Conſules prædicti poſſint impunè exigere, etiā per pignorum derobationem. Ita tamē, qꝫ, per pręſens Statutum, & Ordinamentū, nō fiat, nec factum ſit, aliquod preiudicium, Statutis prædictis, & contentis in eis. Immo, ipſa in robore ſuo, permaneant.

DE FIDE ADHIBENDA ABBATI, ET CONSVLIBVS.

CAP. C. XIIII.

FIDES, adhibeatur Abbati, & Conſulibus, & Syndicis, & cuilibet eorum Nuncio, vel, Seruitori, & eorum, aut, alicuius eorum relationi, & credatur cum Iuramento

de omni eo, quod dixerint vidisse, inuenisse de die, ac nocte factum fuisse, per aliquem dictę Societatis, contra Statuta, & Ordinamenta dictæ Societatis, sine aliqua probatione Testium.

Item, credatur relationi Seruitoris, vel. Nuncij dictæ Artis, & Scholę, quoruncunq; Pręceptorum, Citationum orctenus, & in scriptis, factarum, & aliorum omnium, quæ fient, de mandato præfatorum Dominorum, Abbatis, Consulum, & Syndicorum, absq; alia probatione.

QVOD ABBAS, ET CONSVLES EXIGANT CONDEMNATIONES, ANTE EXITVM EORVM OFFICII.

CAP. C. XV.

ABBAS, & Consules dictæ Scholæ, Societatis, seu, Artis, antequàm exeãt, de suo Regimine, seu, Officio, debent facere, atq; fecisse, omnes Cõdemnationes, ac eas exigere, & exigi facere, quæ, per eos fient, dumtamen, sint exigibiles, & quæ perueniant in Scholam prædictam.

Q SI ALIQVIS RECEPERIT INIVRIAM, PRO NEGOCIIS DICTAE ARTIS, DEBEAT PER SCHOLAM RESTAVRARI.

CAP. C. XVI.

SI aliquis, vel, aliqui dictæ Scholæ, Artis, seu, Societatis sustinuerit aliquod damnum, vel, iniuriam contra Ius, faciendo, vel gerendo negocia dictæ Societatis, Artis, seu, Scholę, q, dicta Societas, Ars, seu, Schola, teneatur de ęre dictæ Societatis dare ipsi sustinenti, vel, sustinẽtibus damnum, vel, iniuriam, completam restitutionem laboris, & impedimenti, per eum, vel, eos passi.

Q ALIQVIS

Qꝑ ALIQVIS NON POSSIT, PRO EO, ALIQVEM ALIVM MITTERE AD CONSILIVM.

CAP. C. XVII.

ALIQVIS dictæ Societatis Artis, seu, Scholæ, si, fuerit requisitus ad cõsiliũ ipsius Scholæ, Artis, seu, Societatis, vt supra, nõ possit mittere aliquem pro eo, ad illud Cõsilium, nisi fuerit frater, vel filius, vel nepos Legitimus, & Idoneus, vel Socius, ad gerẽdum dictã Artẽ cu eo, &, nisi, ille talis, qui venerit ad dictum Consilium, sit maior annis viginti, sub pœna soldoꝝ decẽ Imperialium, cuilibet Contrafacienti, qualibet vice, quæ perueniat in Dictã Scholã.

DE VERBIS INIVRIOSIS.

CAP. C. XVIII.

SI aliqua persona dictæ Scholæ, Artis, seu, Societatis dixerit aliquod verbum Iniuriosum Abbati, Consulibus, Syndicis Canepario, & Notario dictæ Scholæ, Artis, seu, Societatis, vel, alicui eorũ in exercendo eorũ Officiũ, condẽnetur ꝑ ipsos Abbatẽ, & Cõsules, & ꝓ cõdẽnato habeatur ille talis, in libris tribus Imperialiũ, pro qualibet vice. Si verò Seruitori eorum, in libra vna Imperialium.

Et, si, quis, insultum fecerit, contra eos, vel, aliquem eorum, absq; Armis, in libris quinq; Imperialium, &, si cum armis, in libris decem Imperialium.

Et, ad prædictas Condemnationes soluendum, compellantur, sine aliqua remissione facienda, quæ pecuniæ perueniant in præfatam Scholam, vt supra.

Et vlterius, ille, vel, illi, qui dixerint, fecerint, vel, cõmiserint prædictas Iniurias, & insultus, vt supra, vel, aliquam earũ, puniantur per Potestatem Mediolani, & eius Iudices, secundum Formam præsentium Statutorum, &, etiam, secũdum Formam Statutorum, & Ordinamẽtorum Cõmunis

Mediolani,& illi,qui passi fuerint,pro prędictis,vel,aliquo prædictorum, sustineantur, per dictam Scholam, artem, seu,societatem,de ęre ipsius Scholæ,seu,Societatis.

De pensis, Balanciis, et Marchis inqvirendis, per Officivm, et Servitores.

Cap.C.XIIII.

QVONIAM, per retroacta tempora, Officiales, & Seruitores dictæ Scholæ Artis, seu, Societatis, consueti sunt inquirere, & inquiri facere, per ipsam Artem, & alia Loca, quoscunq; contra facientes, & Artē prędictā, Aurū, Argentum, & Alia pertinentia ad ipsam Artem, falsificantes, aut, in minori bonitate, quàm esse debeat, facientes, & excludendo fraudes, & insidias malarum personarum.

Statuitur, q, præfati Abbas, Consules, Syndici, & alij Officiales, dictæ Scholæ, Artis, seu, vt supra, ac Seruitores, & Nuncij eorum possint, & valeant etiam secundum eorum consuetudines, & vsus consuetos, & propria auctoritate, & impunè, quemlibet locum, & quamlibet domum, cuiuslibet, de dicta Arte, intrare, ad inquirendum tales Cōtrafacientes, & Falsificantes, vt supra, & vt supra, & quelibet, Aurum Argētum, & Alia quęlibet, ad prædictam Artem spectantia, tochare, sagiare, ponderare, & Marcos, Balancias, & Alia Pondera, videre, & aiustare.

Et, q, si, repertus fuerit aliqs de dicta Schola, seu, Arte, Cōtrafaciens, & Fraudans dictam Artē, tam in vendēdo vnā rem, pro alia, Et Aurū, & Argentū de vna liga, & vna Bonitate, pro vna alia, vel, aliud Metallū minus bonū, pro vno alio Metallo Meliori; & etiam, vtens aliquibus Balancij s, Ponderibus, & alijs Instrumentis, in dicta Arte minus veris, & iustis, & nō sigillatis, seu, Bullatis, p ipsos Abbatē, & Cōsules, &, seu, de Sigillo, Bullo, vel, Stāpo dictę Scholæ.

& Artis, seu, ut supra, condénetur, per ipsos Dominos Abbatem, & Consules, in soldis viginti Imperialium, pro quolibet Cõtrafaciente, & qualibet vice, à dictis soldis viginti infra, attenta rei, & Negocii qualitate, & plus, attenta qualitate rei, & Conditione personarum, Arbitrio ipsorum Abbatis, ac Syndicorum, vel, Maioris Partis eorum.

Et, q. aliquis Iudex, & Officialis, de cætero, non possit, nec valeat, se aliqualiter intromittere de prædictis, nec ipsi de dicta Schola, Arte, seu, Societate, præsentes, & futuri, teneãtur, nec obligati sint, eorũ tales Balãcias, Marcos, Põdera, nec aliqua alia eorum Instrumenta, ad dictam Artem pertinentia, Bullari, nec signari facere, per aliquem Iudicem, vel, Officialem præsentem, nec futurum, nisi, prout, temporibus retroactis, obseruatum est, circa præmissa.

Cui Obseruationi, per pręsens Statutum, nullo modo, intelligatur esse derogatum. Sed ipsi Abbas, & Consules soli in prædictis, sint Iudices, & Officiales, quibus merito, tale negocium tangit, & tangere debet, tanquam in ipso melius expertis, cum sit Ars dissimilis ab alijs, & eorum pondera sint ab alijs dissimilia.

Et hæc omnia, non obstantibus aliquibus Statutis, Decretis datis, & Reformationibus factis.

Et, q. aliqui, alij Officiales Ciuitatis, & Ducatus Mediolani pñsentes, & futuri, non possint, nec valeãt de pręd ictis se intromittere, sicuti, per retroacta tẽpora, etiã consuetũ fuit.

Et, hoc tamen, tantum, respectu rei Ciuilis.

DE PRAECEPTIS, ET PROCESSIBVS.

CAP. C. XX.

OMNIA præcepta, omnisq; Processus, & omne Ordinamẽtum factum, & faciendum, & omnes Condẽnationes scribantur in libro dictæ Scholę, Societatis, seu, Artis.

Q. ABBAS, ET CONSVLES, HABEANT BAILIAM PVNIENDI.

CAP. C. XXI.

ABBAS, Cōsules, ac Syndici dictę Societatis pñtes, & futuri, habeāt potestatē, & Bailiam prouidēdi, ordinādi, examinādi, & declarādi omnia, & singula, ea, q̄ voluerint, & eisdē videbūtur fore vtilia, & necessaria dictæ Societati antiquæ. Dūmodo, sint circa Artē, prædictam, & inter ipsos, de dicta Arte, vt supra, ac etiā, cōdemnādi, & puniēdi. Et, q, quicquid per eos Abbatem, & Consules, ac Syndicos, vel, maiorē Partē eorū, in prædictis, prouisum, ordinatum, & declaratum fuerit, ac condemnatum, & punitum valeat, & teneat, & obseruari debeat, & exequutioni mandetur, per quoscunq; dictæ Scholæ Artis, seu, Societatis. In omnibus, & per omnia, prout, ordinabitur, ac si per totā Scholā, Artē, seu, Societatē, & Vniuersitatē Aurificū, & Fabrorū ordinatū, & prouisum esset, Et ac, si, Prouisiones, Ordinationes, Condēnationesq;, quę per eos, vt supra, fient, essent cōprehensæ, in Volumine præsentiū Statutoꝝ.

DE ROBATIONE.

CAP. C. XXII.

SI contigerit aliquem dictæ Societatis derobari, occasione alicuius Cōdemnationis, vel, Taleæ, vel, aliqua alia occasione, nomine dictæ Scholę, Artis, Societatis, vel, ad petitionē Abbatis, & Consulū, teneatur, & debeat, ille taliter derobatus, exigere, & recuperare, res sibi derobatas, vt supra, infra mensem vnum, proximē futurum; postquàm derobatæ fuerint. Alioquin, elapso termino, dicta pignora, seu, res, vendi possint per ipsos Abbatem, & Consules, vel, eorum Officiales, nomine dictæ Scholæ, Artis, seu, Societatis, absq; aliqua Denūcia, sibi de robato facienda, nec, eo casu, teneatur ad restitutionē dictorum pignorum, & rerū.

Saluò, q̃, teneantur superfluum præcij talium rerum, deducto eo, cuius occasione derobatum fuerit, vt supra, & deductis expensis proinde factis, restituere tali derobato, cuius talis res, & tale pignus erat.
Et, hæc omnia, aliquibus, in contrarium, non obstantibus.

Q NVLLVS AVDEAT CONQVERI.
CAP. C. XXIII.

NVLLVS de dicta Arte, audeat, nec præsumat conqueri, nec Querelam facere, vel portare coràm aliquo Iudice, vel, Vicario, Prætore, Consule, Officiali, vel, Iusdicente in Ciuitate Mediolani, vel, alibi.
Saluò corã prælibato Domino, Domino Mediolani nostro.
De aliquo, vel, aliquibus Præceptis, Condemnationibus, Mulctis, Exequutionibus, &, Robationibus factis, & in futurum faciendis de aliqua re, vel, aliqua occasione.
Dum facta fuerint secundum formam Statutorum dictæ Scholæ, Artis, seu, Societatis, sub pœna, conquerenti, seu, Querelam Mouenti, & Facienti, soldorũ sexaginta Imperialium, pro quolibet, & qualibet vice, soluẽdorum Canepario dictę Scholę, Artis, seu, Societatis, & Scholę pdictę.

Q ABBAS, CONSVLES, ET OFFICIALES POSSINT INTRARE DOMOS, ET CAETERA.
CAP. C. XXIIII.

ABBAS. Cõsules, & Syndici, Pñtes, & futuri, possint, & valeant ire, & intrare, ac mittere eorũ Officialẽ, in quacũq; Domo, habitatione, Hospitijs, & in Loco hominũ, & Personarũ existentiũ de dicta Arte, pro inquirẽdo Cõtrafaciẽtes, & Falsificãtes Aurũ, & Argentũ, & de Vendẽtibus, & vendere Faciẽtibus Aurũ, & Argentũ falsum, seu, minus bonum, & de vna liga, pro vna alia, & nõ finum pro

fino, vel, aliter Fraudātibus, seu, fraudare Nitētibus psonas in vēdēdo, & fabricādo Aurū, & Argentū nouū, vt infra, atq; puniēdi, & cōdemnandi quoscūq; Cōtrafaciētes, & Falsificātes, prout, in præsentibus Statutis continetur.
Saluō, q, si, ille, q repertus fuerit habere, vel, tenere, aut, vēdere, vel, aliter, vti, quouis mō, auro, & argēto falso, seu, minº bono, vt supra, &, vt supra, nominauerit, & cōsignauerit personā, à qua, talia, Aurū, & Argētū habuerit, q, eo casu, sit ipse liberatus, & cōtra eū, aliqualiter procedi nō possit.
Sed, eo casu, procedatur cōtra talem Cōsignatū, & puniatur, vt supra, nisi docuerit iustam Caussam defensionis, & hoc, tamen, nisi, &, ipse, criminis, aut, doli particeps fuerit.
Et, vlterius possint, & valeāt, ipsa, Aurū, & Argētū accipere, & exportare, & de eo dispensare, prout eisdem placuerit.
Et, hæc omnia, tute, liberè, & impunè, aliquibus, in contrarium, facientibus, non attentis.
Et prædicta, locum habeāt in Auro, & Argento de nouo fabricato, & in nouis laborerijs posito, & non aliter.

Q, SI, QVIS, ALIQVID COMMISERIT CONTRA STATVTA, ILLA QVESTIO COGNOSCATVR PER ABBATEM, ET CONSVLES DICTAE SCHOLAE.

CAP. C.XXV.

SI aliqua Persona de dicta Arte, seu, Schola accusaretur cōmisisse contra ea, quæ scripta sunt in præsentibus Statutis, vel, aliquo, vel, aliquibus eorū, q, illa Questio debeat cognosci, examinari, & terminari, seruata, tamen, Forma, præsentium Statutorum, per Abbatem, & Consules dictæ Artis, Scholę, seu, Societatis, aut, per maiorem Partē eorū, Qui Abbas, &, vt supra, possint, & valeāt pcedere, cognoscere, & terminare talem Caussam, & Questionem, seu Caussas, & Questiones, &, etiā pronunciare, & condēnare

quemlibet Cõtrafacientem,& talem Condemnationẽ exi-gere,& perueniat, vt in præcedenti Statuto continetur. Et,hoc,tutè liberè,& impunè,vt supra.

¶ NVLLVS ABBAS, CONSVL, NEC CANEPARIVS AVDEAT FACERE ALIQVAM EXPENSAM.

CAP.C.XXVI.

NVLLVS Abbas,Consul,nec Caneparius audeat, nec præsumat facere aliquam Expensam,nec promissionem,si-ne consensu Abbatis,Consulum Syndicorum,& Canepa-rij dictæ Scholæ Artis,seu,Societatis,vel,Maioris Partis eorum, nisi,circa ea quæ pertinent ad altare sancti Eligij, & ad Sacerdotes ipsius altaris, nec non, ad Annualia, & Eleemosinas obligati,& obligata,quæ fieri possint p Syn-dicos,& per Canapariũ dictę Scholę Artis,seu,Societatis.

¶ NVLLVS POSSIT HABERE IN LIBRO, NISI VNVM SIGNVM.

CAP.C.XXVII.

NVLLVS de dicta Arte audeat tenere in libro signorũ dictæ Artis,nec in Apotheca, vltra vnũ signum, neq̃ po-nere in libro,nec in Apotheca,aliquod Signum, contrafa-ciens signo alicuius alterius personæ, sub pœna librarum viginti Imperialium, cuilibet contrafacienti, applicanda, vt supra,nec tenere aliquod signum,nisi sit in libro.

¶ VNIVERSITAS SCHOLAE POSSIT REMITTERE POENAS.

CAP.C.XXVIII.

VNIVERSITAS dictæ Scholæ, Artis,seu Societatis, aut maior Pars eorum, possit, & valeat remittere omnes Pœnas,& Condemnationes,ac liberè absoluere quẽlibet.

& quelibet bona, à qualibet pœna, ac condemnatione, factis, p Abbatẽ, & Cõsules dictæ Scholę, Artis, &c. vt supra.

DE POENIS APPLICANDIS SCHOLAE PRAEDICTAE TANTVM.

CAP. XXIX.

OMNES pœnæ perueniant in prę atam Scholam, quia ex omnibus Intratis dictæ Scholę fiũ t quottidie duę Missę ad Altare Sancti Eligij, & residuum dispensetur pauperibus Christi, deductis tamen expensis, quæ contingent fieri, occasione, & pro vtilitate dictæ Societatis.

Q VNVS FABER CVM VNO CONSVLE, ET VNO SYNDICO, POSSINT INQVIRERE DOMOS OFFICIALIVM CONTRAFACIENTIVM DICTAE ARTIS.

CAP. C. XXX.

SI aliquis ex Officialibus dictæ Scholæ, Artis, seu Societatis contrafecerit, seu tentauerit contrafacere in tenendo, vendendo, &, seu faciendo, vel fieri faciẽdo Aurum, & Argentum, q quilibet Magister dictæ Scholæ, seu Artis, possit, & valeat cum vno Cõsule, & vno Syndico inquirere, & inquiri facere contra ipsum talẽ Officialẽ contrafacientem, seu de quo esset suspectus contrafaciendi, vt supra, & intrare domum, & Apothecam talis Officialis, vt supra. Et, q, si reptus fuerit in aliqua falsitate, & dolo, eo casu, possit, & valeat cõdẽnari, & puniri, ꝑut in Statuto incipiente, ITEM QVONIAM, PER RETROACTA TEMPORA CONTINETVR PER ABBATEM, ET CONSVLES, SEV PER MAIOREM PARTEM EORVM.

DE POENA PONENTIS VITRVM, AVT LAPIDEM, VEL ALIQVID ALIVD CONTRAFACTVM IN ALIQVO AVRO.

CAP. C.XXXI.

VITRVM, Cryſtallũ, Dupla, nec Lapis contrafactus alligetur in Auro, ſub pœna librarum quinquaginta Imperialium, & plurium, & pauciorum, Arbitrio Abbatis, Conſulum, & Syndicorũ dictæ Artis ſeu Scholæ, inſpecta qualitate facti, & perſonarum, qualibet vice, quod quidem non intelligatur in anulis, vel aliis operibus Argenti.

Et, q̄, ſi aliquis contrafecerit, tribus vicibus, in prædictis.

Quòd, eo caſu, priuet̃, & cãcelletur dicta Arte, & Schola, & de cætero non poſſit laborare, nec laborari facere in dicta Arte Aurificũ, & Fabrorũ, & vltra, ſi reptus fuerit in, & de dicta Arte laborare, q̄, eo caſu, puniat̃, qualibet vice, in libris quinquaginta Imperialium, & vlterius amittat opus.

Et, q̄, nullus Magiſter poſſit dare ſibi ad laborandum, nec ipſum receptare in aliqua Apotheca, & Loco, ſub pœna totidem librarum quinquaginta Imperialium, qualibet vice, nec affictare aliquam partem Apothecæ.

Q̄ NVLLVS POSSIT FACERE ANVLVM, NISI HABEAT LAPIDEM IN EO APPONENDVM, ET ILLVM APPONAT.

CAP. C.XXXII.

NVLLVS de dicta Arte, ſeu Schola poſſit, nec valeat facere aliquem anulum auri, pro apponendo in eo, aliquo lapide, cuiuſlibet maneriei, & Formæ, niſi talis Magiſter eo tunc, habeat talem Lapidem apponendum in eo, & eum lapidem ipſemet Magiſter in eo alliget, ſub pœna librarum quinquaginta Imperialium, qualibet vice

& plurium, & pauciorum, vt supra, &, si repertus fuerit per aliquem de dicta Arte fuisse, quouismodo, & titulo, datus factus, vel venditus aliquis annulus, vt supra, sine lapide in eo alligato, q; cadat, & cecidisse intelligatur, in pœnam prædictam.

DE EODEM.

CAP. C. XXXIII.

ARAMEN, Aurichalcũ, nec aliquod opus Araminis, & Aurichalchi, non possint deaurari, nec Argentari, nisi à Parte inferiori, & seu de aduerso appareat, & demõstretur, ac cognoscatur ipsum opus esse, quod est, nec super eis apponi aliquod Smaltizolum Argenti Smaltati, & Aniellati, sub pœna librarum trium Imperialium, & plurium, & pauciorum, arbitrio Abbatis, & Consulum, vt supra.

Saluò, q; possint deaurari, & inargentari tremolãtes ab vtraq; Parte, dũmodo magieta, super qua erit alligatus tremolans, non sit deaurata, nec argentata, sub pœna, vt supra.

DE POENA VENDENTIS, VEL PIGNORANTIS OPVS ARAMINIS, VEL AVRICHALCHI, PRO OPERE AVRI, VEL ARGENTI.

CAP. C. XXXIIII.

SI quis, aliquod opus Araminis, vel Aurichalchi deauratũ, vel deargentatũ vẽdiderit, vel Pignorauerit, vel nominauerit, vel appreciauerit pro volẽdo vẽdere, vel Pignorare, pro opere Auri, vel Argẽti, condẽnetur in libris ducẽtum Imperialiũ, & pluriũ, & pauciorũ, arbitrio, vt supra.

Et vlterius priuetur dicta Arte, nec ea vti, vlterius, possit, sub pœna cõtenta in Statuto incipiẽte. ITEM STATVERVNT, Q; VITRVM CHRISTALLVM, DVPLA, NEC LAPIS CONTRAFACTVS, ET CAETERA.

De eodem.

Cap.C.XXXV.

Item, q nullus Faber, nec aliqua alia persona cuiuscunq; Status, & conditionis sit, possit, nec valeat deaurare aliquam monetam Argenti, Aurichalchi, nec Araminis, cum foramine, nec sine, sub pœna Ducati vnius auri, & in auro, pro qualibet petia, qualibet vice, applicanda dictæ Scholæ, & vlterius incidantur.

Q nullus possit plantare Apothecam.

Cap.C.XXXVI.

Nullus possit, nec valeat de cætero plantare, nec facere aliquam Apothecam à Magistro, in, & pro dicta Arte, nisi prius praticauerit per annos octo, ante plantationem ipsius Apothecæ, & ipsam Artem continuè, &, vt supra, per dictum tempus exercuerit.

Et, q, tempore quo, & quando ipsam Apothecam pro se fecerit, vt supra, teneatur soluere Florenos decẽ Auri, valoris soldorum trigintaduorum Imperialium pro Floreno, dictæ Scholæ, & antequã ponat Banchũ, vel Apothecã, habeat Licentiam, in scriptis, à suprascriptis Officialibus.

Q fures, et vsurarii possint priuari Arte Aurificum, et Fabrorum.

Cap.C.XXXVII.

Dominus Abbas, Syndici, & Cõsules de dicta Vniuersitate, Arte, & Schola, & seu maior pars eorum, possint, & valeant priuare quoscunq; de dicta Vniuersitate, Arte, & Schola Fures, & Vsurarios, ipsa arte, & Schola, ac Beneficijs eorum. Ita, & tali modo, q de cætero vti non possint Arte ipsa, nec in ea se exercere, nec operari, nec Beneficijs

prærogatiuis,& Priuilegijs dictę Artis gaudere,nec vti,& ad eam quomodolibet pertinentibus,& vltra, etiã sub pœna,quæ eisdem Domino Abbati,Syndicis,& Consulibus,& vt supra,placuerit,& videbitur.

In quam,incurrant,& incurrisse intelligantur quotiescunq; reperti fuerint se aliqualiter de ipsa Arte intromittere, postquã priuati fuerint Arte prædicta,vt supra,aliquibus in contrarium facientibus,non obstantibus.

Qᵩ FALSIFICANTES FERRA, ET STAMPOS DICTAE ARTIS,ET EIS SCIENTER VTENTES, POSSINT PRIVARI DICTA ARTE, ET PROINDE PVNIRI.

CAP.C.XXXVIII.

ABBAS, Syndici,& Consules de dicta Vniuersitate, Arte,& Schola,seu maior Pars eorum,possint,& valeant procedere,& procedi facere contra quoscunq; Falsificantes,& Facientes Falsificari aliqua Instrumenta, Stampos, vel Ferros dictæ Artis Aurificum,& Fabrorũ,& ad ipsam pertinentia,& spectantia,& etiam contra quoscunq; vtentes,& vti Facientes talibus Instrumentis,Stampis, & Ferris,& eos omnes, tam facientes, & Falsificantes. & vt supra,quàm etiam vtẽtes,& vt supra,priuare,ipsa Arte, atq; Beneficijs,Commoditate, Prærogatiuis ipsius Artis,& ad ipsam spectantibus,& eos etiam proinde punire,& cõdemnare,illis modo,& Forma,ac pęnis,& Condemnationibus, quibus eisdem Domino Abbati,Syndicis, & Consulibus, & seu,vt supra,placuerit,& alia omnia in præmissis,& circa præmissa expedientia,& ab eis dependentia facere,quæ eisdem Domino Abbati,Syndicis,& Consulibus, & vt supra placuerit,& videbitur.

Et hæc omnia,tutè,liberè,& impunè,Statutis, Decretis, & Ordinamentis in contrarium facientibus,non attentis.

Q NVLLA PERSONA DICTAE ARTIS PRAESVMAT ALLIGARE LAPILLOS VITREOS, VEL CHRISTALLINOS.

CAP. CXXXIX.

NVLLA Persona dictæ Artis in Ciuitate, vel Ducatu Mediolani, audeat, vel præsumat Lapillos vitreos, & Christallinos, vel aliquos alios Lapillos adulterinos in Auro alligare, sub pęna librarum centum Imperialium, pro qualibet vice, cuilibet Contrafacienti.

Cuius pœnæ, tertia pars applicetur, Ipso Iure, Accusatori Contrafacientium, vbi Contrafacientes reperti fuerint in Ciuitate Mediolani, vel eius Ducatu, & aliæ duæ Partes applicentur Scholæ Aurificum Mediolani, quæ duæ Partes erogentur Pauperibus, per Abbatem, & Syndicos ipsius Scholæ.

Et si reperti fuerint Contrafacientes in alijs Ciuitatibus, vel Locis extra Ducatum Mediolani, seruentur Concessiones Ducales.

DE EODEM.

CAP. C. XL.

SI inueniantur aliquæ ligaturæ in Auro contrafactæ, & adulterinæ penes aliquam personam dictæ Artis, vel penes Mercatorem Iocalium, possint ipse ligaturæ tolli per ipsum Abbatem.

Et vlterius, possit, & valeat ipse Abbas, ipsos ex dicta Arte, & ipsos Mercatores, Condemnare, eo modo, ac si ipsi contrafecissent tales ligaturas, & etiam, vbi penes ipsos, vel aliquem ex ipsis inueniretur aliquis lapillus falsificatus, alligatus Auro, possit ipse Abbas, eos tollere, & frangere, ac mulctare, & condemnare ill[illegible]s, penes quos reperti fuerint ipsi Lapilli falsi, in pœna prædicta applicãda, prout in præcedenti Statuto continetur.

De eodem.

Cap. C.XLI.

SI aliqua Iocalia falsa inueniantur ligata in Auro, tam in dicta Arte, quàm ad Domum, & Apothecam Feneratorum, & quamlibet aliam personam, ea tenendo, & vendendo, Ipsi tales, in eandem pœnam, de qua, in præcedendi Statuto fit mentio, cadant, modo, tales personæ Feneratores, & Paterij sint, qui verisimiliter cognoscere potuerint qualitatem dictorum Iocalium.

Et quando aliquæ, ex prædictis Personis essent, quæ cognitionem ipsorum Iocalium non haberent, teneantur tamē, omni casu, omnes, pęnes quos reperta fuerint aliqua Iocalia falsa venalia, ligata in Auro, propalare à quibus ea habuerint, aliter, cadant in pœnam, de qua supra, applicandā, vt supra, etiam, si peritiam de his non haberent, vt ipsi, qui ea Iocalia falsa vendenda tradiderint, eadem pœna, de qua supra, applicāda, vt supra, ac, si, cognitionem de ipsis Iocalibus haberent, vt supra, incurrant.

De eodem.

Cap. C.XLII.

SI pęnes aliquem Nobilem, & Ciuem, & aliam Personā, exceptis illis, quæ sunt conditionis, in præcedentibus Statutis memoratæ, inueniātur aliqua Iocalia, in Auro cōtrafacta, & adulterina, possint à prædictis Abbate, Cōsulibus, & Syndicis frangi, & ipsi Nobiles, & psonæ pdictæ, amittāt ipsum Aurū, vbi alligati fuerint ipsi Lapilli adulterini.

Et medielas dicti Auri, applicetur Aaccusatori, & altera medietas dictæ Scholæ.

Et hoc, casu, quo, cognoscent vitium dictorum Iocalium illi, qui ea pęnes se habuerint, teneātur tamē, etiam, si, bona fide, pœnes se, ea habuerint, indicare à quibus, eis data fuerint, vt pęna, plecti possint, de qua supra, si in dolo fuerint,

aliter, si non indicauerint, cadant in pœnam, de qua supra, applicandam, pro tertia parte Accusatori, & pro alijs duabus partibus, dictæ Scholæ.

De Transfilatoribus Argenti Aureati.

Cap. C. XLIII.

NVLLVS Transfilator Argenti Aureati possit, nec debeat transfilare, nec dare aliquo modo alicui Argentum Aureatum, tantæ grossitudinis, ex quo possint fieri cathenæ, vel aliud opus fraudolosum.

Et, si, continget, & necessarium fuisset transfilare, & dare alicui, hoc possint, Dummodo fiat cum licentia Officialium Scholæ, & Artis Aurificum, & pro qua licentia, nil soluatur dictis Officialibus, aut Scholæ.

Et, qui contrafecerit, cadat in pœnam Ducati vnius Auri, & in Auro, ipso facto, qualibet vice, qua, contrafactum fuerit, quæ pœna, applicetur pro medietate dictæ Scholæ, & alia medietas Communi Mediolani, & Accusatori æqualiter.

De Assagiatoribus, et Bullatoribus.

Cap. C. XLIIII.

NON possint Assagiatores Ciuitatis, & Ducatus Mediolani habere duo Officia, videlicet, Assagiandi, & Bullandi Bullo sancti Ambrosii, ad hoc, ne possit committi aliqua Fraus, &, q, Officialis Deputatus per Syndicos Scholæ, siue Artis Aurificum ad bullandum dicto bullo Sancti Ambrosii, teneat cunctum Argenti Bullati, & Bullandi, & Iuret in manibus Abbatis, & Cōsulum, siue Maioris Partis, eorum Officium Bullandi, fideliter, & iustè exercere.

Et nullus alius possit Bullare Bullo Sancti Ambrosii, nisi, dumtaxat ille, qui erit Deputatus per Syndicos, aut Maiorem Partem eorum, vt supra.

DE EODEM.

CAP. C.XLV.

ASSAGIATORES, sint sub Iurisdictione dictę Scholæ, & Artis, respectu duntaxat Assagiorum.

Et in hoc, non comprehendantur Assagiatores monetæ, seu Cechæ Ducalis, respectu Assagiorum ipsius monetæ, seu Cechæ tantum.

DE EODEM.

CAP. C.XLVI.

NVLLVS de dicta Schola, seu Arte, possit, nec debeat bullare Bullo suæ Apothecę, aliquod opus Araminis, aut Aurichalchi, vel alterius operis contrafacti, sub pœna ducatorum viginti quinque Auri, & in auro, applicandorum pro medietate Scholæ, seu Arti, vt supra, & pro alia medietate Communi Mediolani, & Accusatori æqualiter.

DE VENDENTIBVS ARGENTVM AD MINOREM BONITATEM ASSAGIORVM.

CAP. C.XLVII.

VENDENTES Argētū ad Assagiū, teneant̄ manutenere Argētū, eius bonitatis, qua factū fuit, & est Assagiū. Et, si, cōtrafactū fuerit, tales vēdentes, teneant̄ stare Correctioni Syndicorū ipsius Artis, siue, Maioris Partis ipsorū.

DE EODEM.

CAP. C.XLVIII.

ABBAS, Cōsules, & Syndici dictæ Artis habeant Potestatem, & Bailiam inquirendi, procedendi, condemnandi, & mulctandi contra omnes, & singulos Contrafacientes, ac etiam exequendi, & exequutiones Reales, & personales fieri faciendi, pro omnibus, & singulis, de quibus in suprascriptis Statutis ipsius Artis, continetur.

DE EODEM

DE EODEM.

CAP. C.XLIX.

OMNES Iusdicentes in Ciuitate, & Ducatu Mediolani, teneantur, & obligati sint, quodlibet Auxiliũ, Iuuamẽ, & Fauorem ipsis Abbati, Consulibus, & Syndicis pro pertinentibus ad eorum Artem, secundum formam Statutorum Fabroꝝ, & Aurificũ Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, put, & sicut per eos requisitum fuerit, dare, & pręstare.

RVBRICA GENERALIS, DE OFFICIO, ET POTESTATE DOMINORVM PROTECTORVM, SEV DEFENSORVM CARCERATORVM MEDIOLANI, ET DE CARCERVM CVSTODIBVS. ET DE SATISDATIONE SVPERSTITVM CARCERVM.

Vid. Nouiss. cõstitut. lib. 5. libro fol. 108.

CAP. C.L.

ET quorum Dominorum Protectorum nomina, sunt hęc, videlicet

VENERABILES VIRI, DOMINI.

Presbyter Ioannes de Lignacijs.
Presbyter Matheus de Bonetis.

Magnifici Doctores Domini.
Alexander Archintus.
Ludouicus Moresinus.
Io. Baptista Panigarola.

Hieronymus Montius.

G

Io. Baptista Pecchius primus inordine.

Io. Phylippus Carpanus.

PROCVRATORES.

Hieronymus Terzagus.
Marcus Beaqua.
Io. Staphanus Villa.
Franciscus Vergus.

CIVES MEDIOLAN.

Io. Angelus Porrus.
Marcus Crassus.
Aluisius Citadinus.
Ludouicus de Comite.
Baldessar Capra.

DE ELECTIONE DOMINORVM PROTECTORVM.

CAP. C.LI.

STATVITVR, quod si contingat aliquem, vel aliquos ex dictis Dominis Protectoribus deficere, vel se ab Officio absentare, vel ex alia caussa, nolle, vel non posse Officium exercere, praefati Domini Protectores, vel maior Pars eorum, & qui per tempora erunt debeant nominare Sacro Senatui Mediolani alium, vel alios subrogandos, loco deficientis, seu deficientium, prout eis dominis Protectoribus melius videbitur.

Et qui eligendi, & vt supra, habeant eandem Potestatem, prout habent alij Protectores.

Et tales, postquam deputati, & electi fuerint, describantur ad Officium Statutorum. Et intelligantur deputati, & electi, eo ipso, quod reperiantur descripti in libris, ad dictum Officium Statutorum.

DE VISITATIONE CARCERATORVM.

CAP. C.LII.

PRAEFATI Domini Protectores, vel saltim duo ex eis saltim semel, omni hebdomada, debeant visitare Carceres,

& Carceratos Ciuitatis Mediolani, & eorum Carceratorum habeant protectionem, & Defensionem, & intelligant Caussas Detentionum, ipsorum Carceratorum.

Et si cognoscent, vel, reperient aliquos ex dictis Carceratis fuisse minus legitimè Detentos, vel non posse retineri, eos relaxari faciant, ac Ordines, & Statuta concernentia fauorem ipsorum Carceratorum, seruari faciant.

Et, si, quis aliquem indebitè, vel iniustè, detineri fecerit, cogatur ad solutionem omnium expensarum, Ipso Facto, & sine processu, ad Arbitriũ ipsorũ Dñorum Protectorum.

Vid. etiã in Nouiss. Consti. de lib. 5. folio. 109.

De Intratis, et Eleemosinis Carceratorum.

Cap. C. LIII.

Protectores, & Defensores Carcerum, & Carceratorum, prouideant, quod designatæ Intratæ, & Eleemosinæ, Legata, & alia, quæ tendunt ad vtilitatem ipsorum Carceratorum, & eorum sustentationem, fideliter, & rectè exigantur, & distribuantur, prout ipsis Dominis Protectoribus melius videbitur, & placuerit.

Et, quod, Custodes, vel Incãtatores ipsorum Carcerum, nec aliquis de eorũ familia, vel ad dictos Carceres Deputatus per ipsos Custodes, vel Incãtatores, aliquo modo, se intromittat de dictis Eleemosinis, quæ erogantur ipsis Carceratis.

Et, si, ipsi Custodes, vel Incãtatores, vel aliquis Deputatus, vt supra, contrafecerint, puniantur illis pœnis, prout, ordinatum fuerit per præfatos Dominos Protectores.

De Obedientia praestanda Dominis Protectoribus.

Cap. C. LIIII.

Statuitur, quod Iusdicentes Mediolani, & Dominus Capitaneus Iusticiæ, & Domini, Vicarius, & Duodecim

Prouisionum Mediolani, ac quicunq; Exactores, ac Exequutores, tam Ducales, quàm aliter. Conestabiles Portarum, & Officiales Mediolani, & alij tenentes Carceratos, quomodocunq; nuncupentur, teneãtur, & debeãt, omnes quoscũq; captiuos, siue captos pro debitis pecuniarijs priuatis transmittere ad ipsos Carceres Malęstallæ, vt suffragium, tam Elcemosynarũ, quàm Protectionum, vel aliter habere possint. Prȩfatisq; protectoribus, & agentibus pro eis credant, auxiliumq; Iuuamen, & Fauorem, ac Brachiũ præstent pro quibuscunq; Ordinationibus, quę contingẽt fieri per præfatos Dominos Protectores, vel saltim, per quinq; eorũ, & inter quos adsint adminus duo Doctores. Possintq; ipsi Domini Protectores accipere quascũq; Satisdationes, prout eis videbitur, pendente Cognitione Detentionis, seu Detentionũ de soluendo debitum, pro quo facta fuit Detentio, aut de se consignãdo, & prout eis videbitur.

An liceat de Iure. Tiraq. In tract. lignier. §. j. in. 3°. glosa ad fi.

De Satisdatione Svperstitvm Carcervm, sev Incantatorvm, et eorvm Officio.

Cap. C. LV.

Svperstites, seu Incãtatores Carcerũ Malęstallę, qui sunt, & per tpa erũt, teneãtur Idoneè satisdare coram Dominis Magistris Intratarũ Extraordinariarũ, de custodiendo benè, & legaliter omnes Carceratos, qui cõsignati fuerint in eorũ custodiã in dictis Carceribus Malęstallæ. Et, de prędictis Carceratis, in fine Officij sui cõsignãdis Iusdicẽti, de cuius Mandato detẽti fuerint, siue Successori in dicto Officio ad custodiendũ Carceratos illi, q fuerit cõstitutus nouiter p Incantũ, & siue qui de nouo incantauerit, & seu ipsis Dominis Protectoribus, & de soluendo Cameræ Ducali, &, seu illi, cui donata, seu data fuerit Intrata dicti Incantus debitè referendo, & cõgruis tẽporibus limitatis.

Et hoc antequàm se intromittat de dicto Carcere, seu eius Incantu. Et non accipiendo à Carceratis, vel ab Alijs, occasione Carceratorum, vltra concessa per Statuta, aliquid directè, nec per indirectum. Et hoc sub pœna Florenorum centum valoris ad computum soldorum triginta duorum Imperialium, pro Floreno, Ducali Cameræ applicandorum, & vlterius ad restitutionem dupli eius, quod acceperit, & dandi, & soluendi Carcerato, seu Carceratis, vel qui pro Carceratis soluerit, & de qua quidem Subtractione, credatur ipsi Carcerato, cum vno teste idoneo, & admittatur etiam alius Carceratus, seu alij Carcerati pro Teste.

De Mercede Cvstodvm Carcervm. Cap. C.LXVI.

NVLLVS Officialis, nec Custos Carcerum, nec alius pro eis Deputatus possit, nec valeat accipere, consequi, nec habere directè, nec per indirectum ab aliquo Carcerato pro Introitu, Exitu, Consignatura, Clauibus, Compeditura, Ceppo, Ligatura, Lecto, vel aliter qualitercunque, praeter expensas Cibi, & Potus, nisi tantummodo soldos quattuor Imperialium, Et pro Custodia cuiuslibet diei denarios sex Imperialium. Et non intelligatur dies, quo ibidem consignatus fuerit, pro quo die, aliquid habere non possit.
Saluo, quod Custodes Carcerum Domini Capitanaei Iusticiæ Mediolani, & eorum Deputati pro prædictis Introitu, & Exitu possint habere duplum dictæ quantitatis. Et pro custodia cuiuslibet diei denarios sex Imperialium tantum, & non vltra. Et hoc, sub pœna Florenorum decē, Ducali Cameræ applicandorum, pro quolibet Contrafaciente, & qualibet vice, de cuius Contrafactione credatur ipsi Carcerato cum vno Teste idoneo. Et Exequutio cōtra prędictos possit fieri per quemlibet Iusdicentem Mediolani. Et qui Iusdicens teneatur facere, seu fieri facere Exequutionem, sub

pęna librarum vigintiquinq; Imperialium, eisdem irremissibiliter auferendarum, durante eius officio, & Communi Mediolani applicandarum.

De eodem.

Cap. C.LVII.

DICTI Canepariĳ, siue Caneparius Domini Capitanei Iusticiæ, & Potestatis Mediolani, & Conestabiles, vel aliĳ, qui haberent in custodiam aliquem Carceratum, seu aliquos Carceratos, pro temporibus, quibus contingat habere ipsos Carceratos, & seu diebus, quibus retenti fuerint dicti Carcerati in Carceribus non habeant, nec accipere possint, nec valeant ab aliquibus Carceratis pro Cibo, & Potu dandis ipsis Carceratis, nisi tantummodo ad computum soldorum quattuor Imperialium in die, & nocte.

Nec aliquis qui detentus fuerit pro aliqua particulari persona, vel pro aliquo Communi, vel Vniuersitate, occasione alicuius debiti, vel Fideiussionis, possit, nec valeat cogere, nec compellere talem Vniuersitatem, Commune, vel singularem personam ad expensas Cibi, & Potus in Carceribus factas, & soluendas, nisi ad computum soldorum quattuor Imperialium in die, & nocte. Et hoc vltra expensas Carceris Introitus, & Exitus.

De poena Custodum, seu Superstitum Carceratorum, qui relaxaverint extra Carceres sine Relasso.

Cap. C.LVIII.

CVSTODES, seu Superstites Carceratorum, & eorum Deputati non possint aliquo modo relaxare extra ipsos Carceres aliquem Captum, seu Detentum in dictis Carceribus ex præcepto alicuius Iusdicentis, vel Domini Capitanei Iusticię si non habuerit Relaxũ signatum per Iudicẽ

siuè, Iusdicentem de cuius mandato talis detentus fuerit, & seu per eius Successorem, vel Locumtenentem, vel mādato præfatorum Dominorum Protectorum, & siuè, nisi fuerit de consensu Creditoris, tunc teneatur relaxare, sinè aliquo Relaxo.

Et si contrafactum fuerit per ipsos Custodes, & vt suprà, teneātur dicti Custodes seu Superstites, etiàm pro Deputatis per eos, vt infrà, videlicèt.

Si fuerit captus pro debito cogatur, Ipso Iure, vltrà ipsum debitum, pro quo detentus fuit, in quarta parte talis debiti, applicanda pro medietate Creditori, & pro alia, dictis Dominis Protectoribus, Distribuenda pro redemptione Carceratorum, & absq; alio processu.

Si verò fuerit captus ex Caussa Maleficij, teneatur ad illud supplicium, ad quod tenebatur talitèr Relaxatus.

DE EODEM. CAP. C.LIX.

SI contingat aliquos ex Carceratis fugam facere, à Carceribus, teneantur, & obligati sint, Custos, & Superstites, & siuè Deputati ab eis, puniri possint, & condemnati, in Persona, vel in Rebus, secundùm qualitatem Facti, & Personarum, & proùt in præcedenti proximè Statuto continetur, & Custos, & Superstites teneantur pro Deputatis per eos, ad Custodiam Carceratorum, vel Carcerum.

DE ONERIBVS SVSTINENDIS PER SVPERSTITES, SEV INCANTATORES CARCERVM. CAP. C.LX.

INCANTATORES, seu Superstites Carcerum teneantur, & debeant, ac obligati sint ad omnes expensas, quas occasione Custodię ipsorum Carcerum, & Carceratorum, fieri contigerit, & etiam tenere ipsos Carceres liberos, &

nitidos à putredine, nec possint aliquo modo tenere aliquid, pro vsu suo, nec etiam permittere, maximè in nocte, quod Fœminæ commiscerantur cum Masculis, sed Fœminas tenere in loco separato, & clauso cum clauibus, Sub pœna Florenorum decem applicandorum ipsis Dominis Protectoribus, pro erogando ad vtilitatem ipsorũ Carceratorũ.

Et de prædictis, & quolibet prædictorum, stetur Sacramento duorum, vel trium, ex ipsis Carceratis, & pro qua pœna possit fieri exequutio, mandato Præfatorum Dominorum Protectorum.

Et casu quo aliquis ex dictis Carceratis decederet, quod ille, qui fecerit illum detineri, teneatur ad expensas funeris. Et possit cogi mandato Præfatorum Dominorum Protectorum, etiam pro quantitate expensarum stetur arbitrio Præfatorum Dominorum Protectorum.

Et, quod proptèr aliquem Incantum, non intelligatur esse derogatum huic Statuto, nisi expresse fuerit facta mẽtio in Incantu, de Derogatione præsentis Statuti.

De poena Auferentis aliquid, alicui Capto, vel Incarcerato, vel ei Inferentis aliquam iniuriam, vel gravamen, pro pecunia extorquenda.

Cap. C. LXI.

NVLLVS Custos, vel Superstes Carcerum Mediolani, nec aliquis Deputatus per ipsos Custodes, seu Superstites, inferat, nec inferri permittat aliqua grauamina illicita, vel iniurias, nec alias nouitates, tàm circà Personã, quàm Bona Carceratorum, aliquibus Carceratis detentis, occasione debiti pecuniarij. Et hoc, nisi alitèr demãdatum fuisset, vel ordinatum per Iusdicẽtem, qui eum detineri fecerit.

vel per præfatos Dominos Protectores. Et hoc sub pœna Florenorum decem,& plurium arbitrio Præfatorum Dominorum Protectorum,applicandorum Ipso Iure,& absq; aliqua declaratione, in erogationem ipsorum Carceratorum,& eorum commoditatem,

Et,q per præfatos Dominos Protectores possit inquiri, procedi, & condemnari, & exequutioni demandari, proùt eis Dominis Protectoribus meliùs videbitur,& placuerit.

DE HIS, QVI NON POSSINT INCANTARE CARCERES, NEC HABERE PARTEM IN DATIO, NEC ESSE FIDEIVSSORES.

CAP.C.LXII.

SI quis Captus,seu Scriptus fuerit ad Carceres,pro Capto,non possit,nec valeat Carceres incantare, nec incantari facere,nec esse Custos,nec Datium Carcerum habere, nec etiam possit esse Fideiussor Superstitis, seu Custodis, vel Incantatoris Carcerum, sub pœna librarum octuaginta Imperialium, Ducali Cameræ applicandarum.

Et vlteriùs,talis Incantus,vel Fideiussio non valeat, nec teneat, & hoc Statutum sit præcisum, nec eidem possit renunciari, & Renunciatio exindè facta, sit ipso Iure nulla.

QVOD CONESTABILES PORTARVM NON RECIPIANT ALIQVOS CARCERATOS, PRO DEBITIS PRIVATIS.

CAP.C.LXIII.

NVLLVS Conestabilis alicuius Portæ, siuè Pusterlæ, audeat,nec præsumat, nec debeat acceptare, nec retinere aliquem Captum pro debito priuato, in Carceribus dictæ Portæ, seu Pusterlæ,& vt supra. Et hoc sub pœna priuationis eius Officij. Et vlteriùs, sub pœna librarum centum sexaginta Imperialium, Ducali Cameræ applicandarum.

Et hoc,nisi habuerit licentiam, seu mandatum Ducale, specialitèr ad hoc, vel ab aliquo alio Magistratu.
Et si continget aliquos detineri, vel retineri in Carceribus dictarum Portarum, siuè dictis Portis, vel Pusterlis, absq; mandato vt suprà, Præfati Domini Protectores possint eos relaxari facere, sinè aliqua expensa.

DE PANE MALECOCTO, ALITER REPROBATO.

CAP.C.LXIIII.

DOMINVS Vicarius, & Duodecim Prouisionum, Iudex Datiorum, vel Iudex Victualium, qui sunt, & per tempora erunt, teneantur, & debeant, omni exceptione remota, mittere, & consignari facere Præfatis Dominis Protectoribus, vel eorum Deputatis Panem malecoctum, vel alitèr reprobatum, pro erogando, & distribuendo Carceratis Mediolani. Et hoc sub pœna librarum quinquaginta Imperialium, applicãdarum pro medietate Ducali Cameræ, & pro alia medietate Dictis Carceratis, & distribuenda, & eroganda proùt videbitur Præfatis Dñis Protectoribus, ad cõmodum dictorum Carceratorũ, siuè Carcerum.

QVOD NVLLVS, QVI HABVERIT ALIQVEM IN CARCERIBVS, POSSIT EVM RETINERE PRO EXPENSIS.

CAP.C.LXV.

NVLLVS Iusdicens, Cõmissarius, vel Delegatus, Vicari⁹ generalis, Capitaneus, Conestabilis, vel Castellanus, vel alius, in cuius forzijs Captus existit, possit, nec valeat aliquẽ, qui fuerit captus, seu detentus, pro debito publico, vel priuato, vel delicto, vbi etiã ingereret, siuè ingeri posset pœna sanguinis, siuè corporis afflictiua, siuè pecuniaria,

siue quomodocunq; retinere in dictis Carceribus, pro expensis in dictis Carceribus factis. Sed postquàm fuerit liberatus, vel habuerit gratiam, vel remissionem, Ita, q. possit à Carceribus exire, seu relaxari pro eo, pro quo detentus fuerit, mittatur ad Carceres Malęstallæ Mediolani, vbi postea moretur, donec prouisio pro dictis expensis facta fuerit.

Et si quis contrafecerit, incurrat pęnam librarum octuaginta Imperialium, pro medietate Ducali Cameræ, & pro alia medietate Carceratis Malæstallæ Communis Mediolani applicanda, & quę medietas applicanda Carceratis, dispẽsetur per Præfatos Dominos Protectores ad vtilitatem dictorum Carcerum, & Carceratorum.

Et intelligatur dictus Retinens nolle remittere ad Carceres si postquàm liberatus fuerit, vt supra, mittere noluerit infra sex dies.

De Cvstodibvs Carcervm, qvi tenetvr relaxare debitores Carceratos, qvando habent licentiam, sev relaxvm à creditore.

Cap. C.LXVI.

ITEM Statuitur, q. quicunq; Custos, vel Deputatus ad Custodiam Carcerum, teneatur, & debeat relaxare quemcunq; Carceratum, seu Detentum ad instantiam alicuius Creditoris, & hoc sine Relaxo aliquo, in scriptis cõcedendo per Officialem, qui eum detineri fecerit, seu per Notarium Banci eiusdem Officialis, vbi & quando processerit de voluntate dicti Creditoris sui, vel oretenus, vel in scriptis, sub pœna Floreni vnius applicanda Carceratis Malęstallę, distribuenda per Dominos Protectores, ad commodum Carceratorum.

De his, qui nõ possunt capi ratione ętatis vol. primo. fol. cap. Minores.

Quòd pro debito priuato nõ capiatur nisi &c. vol. 1. fol. cap.

Quòd certis diebus nullus impediatur vol. p°. fol. cap.

Qđ ducẽtes victualia &c infra. fol. Cap.

QVÒD. PRO PAVCA SVMMA, NON POSSIT FIERI CAPTIO.

CAP. C. LXVII.

NVLLVS possit capi, detineri nec retineri, pro aliquo debito publico, vel priuato, quod sit minoris quantitatis librarũ sex Imperialiũ. Et hoc saluo, & preterquã à Cõdemnationibus, quæ contingent fieri per Dñm Vicarium, & Duodecim Prouisionum, & Iudicem Victualium, ac Iudicẽ Stratarũ. Et Contrafaciens incurrat pœnã, ipso facto, arbitrio Præfatorũ Dñorũ Protectorũ, & captio sit nulla.

DE EXEQVVTIONIBVS FACIENDIS CONTRA DEBITORES CARCERVM, SEV CARCERATORVM.

CAP. C. LXVIII.

PRAEFATI Domini Protectores possint, & valeant, fieri facere quaslibet Exequutiones expedientes, reales, & personales, etiam per missionem in possessionem, per eorum Seruitorem, siue Nuncium, & cum Famulis Domini Potestatis Mediolani, & aliorum Iusdicẽtium, & Exequutorum, contra quoslibet Debitores, siue Obligatos dictis Carceratis, vel Carceribus, & eorum occasione, & ꝗ possint vti beneficio concesso locis pijs circa Exequutiones.

DE BRACHIO, ET AVXILIO CONCEDENDO PER OFFICIALES.

CAP. C. LXIX.

QVILIBET Magistratus, Iusdicẽtes, Capitaneus Iusticię, Officiales, Exequutores, Milites, & Conestabiles, & Quilibet eorũ, etiã insolidũ, teneãtur, & debeãt Auxiliũ, Iuuamẽ, & Fauorẽ, ac Brachiũ p̃stare Pręfatis Dñis Protectoribus, pro quibuscũꝙ per eos, vel eorum Nũcium, & Deputatũ, requirẽdis in pertinentibus, ad eorũ Officium.

Et hoc respectu Caussarum pecunialium, & Condemnationum, quæ per eos fieri contingent, ac omnimodum auxilium, & fauorem præstent, pro prædictis exequendis, & pro Statutis ipsorum Carceratorum obseruandis. Et hoc sub pœna Ducatorum centum auri Ducali Cameræ applicandorum, si per aliquem ex ipsis contrafactum fuerit.

QVOD PROTECTORES CARCERATORVM SINT ETIAM EXEQVVTORES STATVTORVM.

CAP. C. LXX.

PROTECTORES Carceratorum, qui sunt, & per tẽpora erunt intelligantur electi, etiam ad obseruationem Statutorum, & ad obseruari faciẽdum ipsa Statuta Communis Mediolani, etiam sub pœnis, quæ eis videbuntur.

RVBRICA GENERALIS DE LEGIBVS.

DE OBSERVATIONE STATVTORVM.

CAP. C. LXXI.

POTESTAS Mediolani, & eius Iudices, & Milites, & Notarij, & omnes alij Iurisdictionem exercentes, in Ciuitate, & Ducatu Mediolani, & in locis suppositis Statutis Communis Mediolani, & quilibet eorum teneantur, & debeant obseruare omnia Statuta Communis Mediolani, & quicunq; ex prædictis neglexerit, vel non obseruauerit, vel omiserit, Ipso Iure, & facto cadat in pœnam librarum centum Imperialium, pro qualibet vice, applicandarum pro medietate Communi Mediolani, & pro alia medietate Accusatori, Saluis alijs maioribus pœnis, quæ in Statutis continẽtur, quæ pœna possit exigi, etiã durante Officio, & possit cogi per quemlibet Iusdicentem, ad satisfactionem.

Idẽ Statuitur vol. 1. fo. cap. Statuitur, & c. si, in primis verbis.

De Potestate Statuentiũ an sit disput. Calch. ꝯs°. 3. col. 2. Et de validitate Statuti an sit dubit. Dec. ꝯs°. 331. in primis.

De Poena Opponentis, quod non sit standum Statutis, et Ordinibus Communis Mediolani.

Cap. C.LXXII.

Nulla Persona, Commune, Consortium, Collegium, vel Vniuersitas possit, nec valeat opponere, nec allegare, quod non sit standum Statutis, & Ordinibus Cõmunis Mediolani, vel Equipollens, prætextu alicuius Iuris in contrarium loquentis, nec aliter, & qui contrafecerit, sit, & esse intelligatur, Ipso Iure, & Facto, extra protectionem Domini, & Communis Mediolani, videlicet, quod non possit vti, & gaudere beneficio Statutorum, & Ordinum, Decretorum, & Priuilegiorum Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, & Terrarum suppositarum Statutis Communis Mediolani, & si Opponens fuerit Actor, etiam repellatur ab agendo, & si Reus fuerit à defendẽdo repellatur, & Aduocatus allegãs vt supra, cadat in pęnam, Ipso Iure, librarum centũ Imperialiũ, & Procurator in libris quinquaginta Imperialiũ. Et nihilominus talis Oppositio, & Allegatio nullius sit momẽti, & Iudicẽs, & Cõsultor, seu Assumptus admittẽs talẽ Allegationẽ, seu oppositionẽ, cadat in pœnã librarum ducentũ Imperialium, & quæ pœnæ applicentur, pro medietate Cõmuni Mediolani, & pro alia medietate Accusatori.

Quod Rubricae non disponant.

Cap. C.LXXIII.

Rubricae Statutorũ Cõmunis M̃li non disponũt.

Quod Iura Municipalia seruentur ad litteram.

Cap. C.LXXIIII.

Verba Statutorũ Cõis M̃li seruenẽ, vt iacet littera.

QVOD IVRA MVNICIPALIA SERVENTVR IN TERRIS DVCATVS, ET IVRISDICTIONE MEDIOLANI.

CAP. C.LXXIIII.

An impediat argumentũ à contr. no sensu Dec. in L.1. de off. eius, Col. 18. post Alex. & alios ibi. Et an admittatur tacita, interpretatio, Dec. ps°. 64. col. 2. per tex. in L.1 §. Lego. ff. de his quæ in testo.

STATVTA Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, inuiolabiliter obseruentur, & locum habeant, etiam in quibuscunque Terris, Castris, Locis, & Partibus, & Personis, Ciuitatis, Ducatus, Districtus, Diœcesis, vel Iurisdictionis Mediolani, & etiam in alijs Locis suppositis Statutis Communis Mediolani.

Non obstãtibus aliquibus Exceptionibus, Priuilegijs, Immunitatibus, Concessionibus, vel Prærogatiuis, vel quibusuis alijs, quæ dici, vel allegari possent in contrarium, quibus omnibus per præsens Statutum derogatum sit, & derogatum, ipso iure, esse intelligatur. Ita tamen, quod per præsens Statutum non ligetur Camera Ducalis.

De ista generali exclusione exceptionum. vid. Ias. post alios in L. postq̃ liti in fi. C. de pact.

DECLARATIO CONSVETVDINVM, ET OBSERVANTIARVM, QVAE DECAETERO OBSERVARI DEBENT, VEL NON DEBENT.

CAP. C.LXXV.

CONSVETVDINES non allegentur, contra Iura scripta, nec ad eas probandas, recipiatur probatio, nisi quatenus, hoc reperiatur in scriptis, Iure municipali cautum.

Ex possessione, tam de præterito, quàm de præsenti, singulariter referendo, præsumatur quis habuisse, vel habere Dominium, nisi contra præsumptionem prædictam probetur.

Et an ex detentione præsumatur poss°. Alex. in L. à Diuo Pio. §. si super reb. col. 4. ff. de re iud.

Obseruentur etiam Consuetudines generales, de quibus fit mentio in glosis Iuris Ciuilis.

De Quest. extra Collegiū Mediolani nō cōm, vol. I, fol. cap.

DE COMMISSIONIBVS FACIENDIS DOCTORIBVS DE COLLEGIO IVDICVM MEDIOLANI, DE CAVSSIS FORENSIBVS.

CAP. C.LXXVI.

VBI contingat per Iusdicentes, Commissiones debere fieri Iurisperitis, in Terris cōmunibus inter Mediolanū, & Papiam, vel Mediolanum, & Laudē, vel etiā in Terris infeudatis, vel alijs habentibus Iurisdictionem separatam, siue limitatam, siue non, de aliquibus Caussis Appellationū, vel de Caussis Reuisionū Arbitramētorū, & Grauaminū, vel alijs Caussis, vel Articulis cōmittendis, siue ad decidendū, siue ad consulendū, fiant tales Cōmissiones Doctores de Collegio Iurisperitorū Mli, videlicet Vni de Collegio, pro singula Cōmissione Confidēti partiū, vel Vnius partis in alterius contumaciā. Aliter Cōmissio, quæ in cōtrarium fieret, & Sētētia inde sequuta, nō valeāt ipso Iure,

RVBRICA GENERALIS DE EXTRAORDINARIIS IVRISDICTIONVM.

Quod pro deb. priua, vol. I. fo. cap.
Quod pro deb. publ. detē. nō seq. vol. I. v. cap.

Quod, pro parua summa, supra, fol. cap.
Quod certis diebus, vol. I, fol. cap.

Q DVCENTES VICTVALIA, ET NEGOCIATIONES NON IMPEDIANTVR.

CAP. C.LXXVII.

QVAELIBET Persona, exceptis Bānitis Maleficij, & Inimicis Prælibati Dñi Mediolani, & etiā Infectis Pestilētia, seu Morbo tutè possit ducere, veniendo ad, seu versus Ciuitatē Mli Blada, Vinū, Lignamina, Ligna, & quælibet alia Victualia, Carbones, Azariū, Ferrū, Grassas, Fenū, Palleam Calcinā, & Cæteras Negociationes absq; eo, q possit, nec debeat capi, detineri, nec aliter molestari, nec impediri,

impediri,in Persona,nec in Reb⁹,nec Bestijs mō aliquo,ꝑ aliquo debito publico,nec priuato,nec Cōcessione,nec aliqua alia de caussa veniēdo, morādo, & redeūdo,ꝑ p̄dictis. Et,ꝙ non sit aliquis Iudex,qui debeat ipsos impedire, modo aliquo,Sed cùm nouerit ipsam Personam,prædictas Res, vel aliquam earum,duxisse,vel portasse,ad, seu versus Ciuitatem Mediolani,incontinenti,omni mora postposita,faciat ipsam Personam relaxari,sine aliquibus impensis, sub pœna Iusdicenti librarum quinqnaginta Imperialium,applicandarum pro dimidia parte Communi Mediolani, & pro altera Molestato,ad quam cōpelli possit, & debeat etiam durante Officio,& Ille, ad cuius petitionem Detentio, seu Molestatio facta fuerit,Si ipsam molestiam,scienter indebitè, vt supra, fieri fecerit, vel aliter contra dixerit,quin Restitutio,vel Relaxatio fiat,condēnetur in libris viginti quinq; Imperialium,& Seruitor,& Famuli, qui sciēter ipsam molestiam fecerint, in libris decem Imperialium, pro quolibet eorum applicandis vt supra. Et nullum Datum fiat contra prædicta,nec aliquod prędictorum,& si contra fieret,Ipso Iure,nullum,& irritum sit. Et hoc Statutum sit præcisum,& præcisè seruetur,ipso Dato non obstāte. Saluis tamē Statutis,& Ordinibus Mercatorum Mediolani.

De Iure reddendo non Subdito Iurisdictioni Iusdicentium Mediolani, et eius Ducatus.

Cap. C.LXXIX.

IN omnibus Præparatorijs Iudiciorū,& in omnibus Decisorijs,& generaliter in quibuscūq; Processibus,siue procedatur Ciuiliter, siue Criminaliter, siue Ordinariè, siue Extraordinariè,siue ex Officio,siue nō,& generaliter quacunq; via procedatur, tale Ius reddatur, & reddi debeat

De Clericis, an dicantur subditi. Dec.cõs°.14.col.2. ad fi.
De Satisdatione pręstañ. per non subd. vol primo fol. cap.
De Alienat. nō fieñ in nō subd. Infr. fo. cap.
De his,qui non obed. sta. infr. sta.seq.
Super hoc Statuto vid. Socy. cõs°.140. col. fi. lib.2. Alcia. In epistola inter claras ad fi. ssīm. Trin.

Vnicuiq; cuiuſcunq; Status, & Conditionis exiſtat, non Subdito Iuriſdictioni Iuſdicẽtium Mediolani & eius Ducatus, vel qui nõ tenetur ſubire Forum Iuſdicentium Mediolani, & eius Ducatus, quale reddetur Suppoſito Iuriſdictioni Iuſdicentis Mediolani, ſi litigaret in Iuriſdictione Iuſdicentium ipſius non Suppoſiti, Si ibi eſſet Controuerſialis cauſſa, Contẽtio, vel Quęſtio. Et ſi Dubium emerſerit, qualiter, & quale Ius reddatur Subditis, Iuriſdictionibus, vt ſupra, in alijs Ciuitatibus, Locis, & Terris, credatur, & ſtetur Verbo, ſeu Dicto Duorum Abbatum Stratæ Mercatorum Mediolani, vel aliorum Duorum bonorum Virorum, qui Stratis vtantur, Et ſi fides, per dictam formam facta non fuerit, habeatur pro conſtanti, q; in alijs Locis, & Ciuitatibus, ac foris, Ius Commune ſeruetur.

Et ſi contra prædicta, vel aliquod prędictorum fieret, ſit caſſum, & irritum, & nullius ſit valoris, & momenti. Et ad prædicta obſeruanda, & quodlibet eorum, teneatur quilibet Iuſdicens, ſub pœna librarum quinquecentum Imperialium, ſoluenda pro medietate Communi Mediolani, & pro altera Accuſatori, incontinenti, & non expectato Sindicatu, exigenda, per quemlibet Iuſdicentem, & vltra hoc, teneatur talis Iuſdicens, qui prædicta non obſeruauerit, ad reſtitutionem omnium Damnorum, & Intereſſe in duplum, damnum Paſſo.

Vid. add. ad Stat. ſupius.

DE HIS, QVI NON OBEDIVNT STATVTIS, QVOD HABEANTVR EX TORRES AB EIS.

CAP. C.LXXX.

IN fauorem Subditorum Dominorum Iuſdicentium Mediolani, & eius Ducatus tantum, Statuitur, q; qui Statutis Communis Mediolani non obediunt, ab eis habeantur Extorres.

De expedita Ratione in certis casibus reddenda Mercatoribus, et Transeuntibus per istas Partes.

Cap. C.LXXXI.

MERCATORIBUS, & Transeuntibus per istas Partes, fiat bonum, & expeditum Ius, vt Nostratibus, tàm pro se, quàm cōtrà se, tàm supèr Robarijs, Captionibus, & Restitutionibus, quàm etiam supèr Contractibus, Vltimis Voluntatibus, & Iudicijs.

An Intelligatur de pertinentibus ad Mercaturã Dec. cons. 40. col. pe. & fi.

Additio, et Correctio ad certa Statuta.

Cap. C.LXXXII.

SVPER Stat°. sub Rubrica gñral' de Iudicijs, & sub Rubrica speciali de Exequutione Instrumētis vbi legitur, Et, si contingat, ibi, ab ipsis Arbitramentis, intelligantur addita, post illud verbum Arbitramentis, ista verba videlicet, peti, & concedi reuisionem arbitramentorum.

Supèr Statuto posito sub Rubrica generali de Ferijs, & quod incipit, AD HOC VT NVLLVM DVBIVM, tollit' Festū sanctorū Fęlicis, & Fortunati, quod est die vigesimo sexto Februarij, & loco ipsius ponitur Festum sancti Ioseph, sub die vigesimo Martij.

Supèr Statuto, quod incipit, OBLATIONES, posito sub Rubrica gñrali de Celebratione, & Veneratione scōrum, & sub Rubrica speciali, de Oblationibus, p festiuitatib°, &c. Addūtur Prior, & Fratres Sāčti Ambrosii ad nemus, p festo suo, quod ē die primo Iouis, post festū Pascę Resurrectionis, & hoc pro quātitate librarū .lxxv. Imperialiū omni anno, Iuxtà formā Literarū Illustriss. quon. Ducis Philippi Marię, registratarū, ad Officiū Prouisionū Cōis Mli.

Supèr Statuto posito sub Rubrica generali de Arbitris, Arbitramētis, & Cōpromissis, & sub Rubrica speciali, q̄ Arbitramēta nō possint dici iniqua, Statuitur, firma sempèr manēre dispositione ipsius Statuti, q̄ vbi petat', & cōcedatur Reuisio aliquorū Arbitramētorū, q̄ ex forma dicti Statuti nō possunt dici iniqua, & simplicitèr cōcedat', nō facta aliqua mētione, de infrascriptis Ordinibus, nec Limitatione, respectu cōtentorū in ipsis Ordinibus, tunc ipse Petens Reuisionem talium Arbitramentorū, teneatur soluere, &

numerare alteri Parti, totũ id, in quo condemnatus fuerit in ipsis Arbitramẽtis, occasione Expẽsarũ Litis, & pro Salario. Itẽ teneat, & debeat deponere penes Idoneã Personã Partiũ confidentẽ, vel Vnius in cõtumaciã alterius oẽs expẽsas faciendas, p ipsa Reuisione, taxãdas p Cõmissariũ, si Cõmissarius datus sit p Literas. Alitèr p Delegatũ, Cui emanabunt Literæ, pro ipsa Reuisione faciẽda, vel cõmittenda. Non obstantibus infrascriptis Ordinibus. Ita tamẽ, q si ipse Petẽs Reuisionẽ, obtinuerit, p maiori parte in caussa dictę Reuisionis, eo casu tale Depositũ restituat ipsi, q deposuerit.

Si verò succubuerit, det Parti, cõtrà quã petita erit Reuisio, si In tãta parte cõdemnabitur. Et nihilominùs, Condẽnatio si pro expẽsis fuerit maior, teneatur etiam ad Residuum ille Petens Reuisionẽ.

Item, q per ipsum Petentem Reuisionem talium Arbitramẽtorum, deponatur illa quantitas Denariorum, occasione pœnæ appositæ in Compromisso, & Expensarum in caussa Reuisionis faciendarum de quibus inspecta quantitate ipsius pœnæ, & Personarum, ac Rei qualitate, quæ videbitur ipsi Delegato, vel ei, cui facta fuerit Commissio Reuisionis per Literas.

Et prædictæ Solutiones, & Depositiones fiant, antequàm fiat ipsa Cõmissio, per Delegatum, vel per eum, cui per Literas facta fuerit Commissio, antequàm se intromittat de cognitione ipsius caussæ. A qua Taxatione facienda, non possit Appellari, Querelari, nec alitèr Reclamari, nec de nullitate dici.

In Reliquis autẽ, & saluis præmissis, seruẽtur infrascripti Ordines.

Si verò Literæ concedantur alitèr, vel cum Derogationibus Infrascriptorum Ordinum Literæ ipsæ obseruentur ad litteram. Quorum Ordinum Tenor talis est, videlicèt.

Circà Requisitiones, quæ fiunt de Reuisione Arbitramentorum, quæ ex forma Statutorum non possunt dici iniqua, Deliberatione vtriusq; Consilij ordinatum est, vt infrà, videlicèt.

Quòd Petens Reuisionem Talium Arbitramentorum, si Reuisio cõcedenda videbitur, primò, & ante omnia teneatur, & debeat soluere, & numerare, alteri Parti, totum id, in quo condemnatus fuerit in ipsis Arbitramentis, occasione expẽsarum Litis, ac p Salario

Item, q̄ Petens, vt supra, teneatur, & debeat deponere penes personam Idoneam partium Confidentem omnes expensas faciendas pro ipsa Reuisione per Dominos de Cōsilio eligendam, vsq; ad illam denariorum quantitatem, de qua ipsis Dominis de Consilio videbitur.

Et pro expēsis verissimiliter fiēdis in tali caussa Reuisionis.

Ita tamen, q̄ si Petens Reuisionem obtinuerit pro maiori parte in Caussa dictæ Reuisionis, eo casu, tale Depositum restituatur ipsi, qui deposuerit.

Si verò succubuerit, detur Parti, cōtra quam, petita erit Reuisio, si in tanta condemnabitur. Et nihilominus, si Condemnatio pro expensis fuerit maior, teneatur etiam ad residuum ille Petens Reuisionem.

Item, q̄ per ipsum Petentem Reuisionem talium Arbitramentorum, deponatur illa quantitas, occasione pęnæ appositæ in Compromisso, de qua, inspecta quantitate ipsius pęnæ, & personarum, ac Rei qualitate, illis videbitur, quibus pro suprascripta Reuisione supplicabitur.

Item, q̄ Commissarius, qui dabitur, teneatur ad Instantiam eius, contra quem petita erit Reuisio, nō attenta eius emolegatione tacita, vel expressa, cognoscere, & moderari, si contra eum lesionem contineant ipsa Arbitramenta.

Item, q̄ Commissarius, qui dabitur, ipsa Arbitramenta non moderetur, reperiendo etiam lesionem, quando non excedat sextam Partem.

De Prorogationibus, et Suspensionibus. Cap. C.LXXXIII.

Vid. In Nouiss. constitut. In lib. 2. fol. In titulo de Iud. §. Et quia.

SI contingat aliquam caussam, vel Instantiam alicuius Caussę, siue Caussę principalis, siue Caussę Appellationis, vel Appellationum, vel alterius maneriei, prorogari, vel suspendi, nō apposito aliquo termino in ipsa Prorogatione,

vel Suspensione, vel etiam, apposito termino, & durante tempore talis Prorogationis, vel Suspensionis labatur tẽpus limitatum ex forma Statutorum Communis Mediolani, vel Decretorũ, aut Iuris ad prosequẽdam ipsam Caussam, ꝙ intelligatur tale tempus prorogatum, vel suspensum, usq; ad tempus ipsius Prorogationis, vel Suspensionis, seu tantum, quantum durabit ipsa Prorogatio, vel Suspẽsio. Et dictio, A D, posita in Prorogationibus, vel Suspensionibus intelligatur inclusiuè, nisi aliter ex earum tenore appareat. Et prædicta in præsenti Statuto comprehensa similiter locum habeant in caussis, tam pendentibus, quàm futuris.

De Nova Productione Iurium.

Cap. C.LXXXIIII.

SI contingat fieri aliquam Productionem Capitulorum, vel quoruncunq; aliorum Iurium in aliqua Caussa principali, vel Appellationis, seu Appellationũ, siue Caussa fuerit Summaria, siue Ordinaria, in vltimo termino à Statutis Communis Mediolani limitato ad faciendas Probationes, vel Iurium Productiones, ꝙ talis Productio fieri non possit, nec admittatur, nisi fiat saltim per tres dies vtiles ante finem dicti vltimi termini.

Et si contingat fieri nouam Productionem ante dictos tres dies vtiles, isto casu, vel cassibus, Pars, contra quam facta fuerit talis Productio, habeat, Ipso Iure, totum residuum temporis termini limitati ex dispositione ipsorum Statutorum à die factæ dictæ Productionis ad probandum, opponendum, & resistendum, ac infringendum, & ad faciendum quicquid vult contra ipsam Productionem, & eius effectũ. Possit etiam Producens, vt supra, in residuo dicti termini suam Productionẽ coadiuuare, & corroborare per legitimas

Probationes.
Et prędicta nō habeant locum in Caussis Contradictionum & Cridarum, quæ verterentur coràm Vicario Prouisionum Communis Mediolani, nec in Caussis Compromissorum, nec Reuisionis Arbitramentorum.

DECLARATIO STATVTI POSITI SVB RVBRICA GENERALI, IN QVOS, ET QVAS RES, ET PERSONAS PROHIBENTVR FIERI EXEQVVTIONES, ET SVB RVBRICA SPECIALI DE BESTIIS ARATORIIS, ET VTENSILIBVS, ET CAETERA. QVOD STATVTVM INCIPIT NVLLAE BESTIAE RVSTICORVM.

CAP. C.LXXXV.

DECLARATVR dictum Statutum vbi habetur mentio de Bestijs Rusticorum, vt intelligatur tantummodo de Bestijs Aratorijs.

DE INQVISITIONE FACIENDA CONTRA ILLOS, QVI TENENT ALIQVID PERTINENS COMMVNI MEDIOLANI.

CAP. C.LXXXVI.

POTESTAS Mediolani, à modo, teneatur inquirere prout melius, & subtilius, & velocius poterit omnes homines, & singulares personas Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, & Cōmunia Burgorum, Locorum, & Cassinarum, ac Molendinorum, qui, vel quæ habent, vel habebunt, tenent, vel tenebunt aliquid pertinens Cōmuni Mediolani.

& qui,vel quæ dare,vel tenere, vel facere aliquid, debent, vel debebunt Communi Mediolani,& tenentur,vel tenebuntur,aliqua occasione,& ipsas singulares Personas, vel Communia,vel Vniuersitates compellere,omnibus Iuris remedijs,ad dimittendum, & dandum, & soluendum ipsi Communi omne,& totum id, quod ipsi Communi dimittere,& restituere,dare,& facere tenentur,& tenebuntur,& etiam omnes Personas,& Homines vbicunq; sint dictorum Burgorum,Locorum, & Cassinarum, & Molendinorum, & Vniuersitatum,qui,& quæ tunc temporis, quando debitum fuit scriptum habitabant in eo Burgo, Cassina, vel Molendino,& capere,& robare,& captos detinere, donec satisfecerint partem sibi contingentem, & paruerint ipsis Potestati,& Communi.

Et hoc sub pœna librarum centum Imperialium, applicandarum Communi Mediolani.

QVOD DEBITOR, ET CREDITOR COMMVNIS MEDIOLANI POSSIT COMPENSARE.

CAP.C.LXXXVII.

SI aliquis fuerit Debitor,& Creditor Communis Mediolani possit compensare, & Ipso Iure, Compensatio facta sit vsq; ad concurrentem quantitatem, ac si opposita esset ab homine.Et hoc,non obstante, quod in Condemnatione sit dictum, quod ipsa Condemnatio non possit compensari, & non possit molestari,aliqua occasione,vsq; ad illam quantitatẽ, quam habere debuerit,per aliquem Iusdicentem, vel Officialem,nec per aliquem alium,qui haberet caussam à Communi Mediolani.

Et,quod Vicarius Prouisionum exequutioni mandare teneatur,quod Statutum non habeat locum in Creditore ex Iure sibi cesso.

DE ANTIANIS PARROCHIARVM.

CAP. C.LXXXVIII.

ELIGANTVR Vnus, vel Duo Antiani Parrochiarum Ciuitatis Mediolani, & Suburbiorum per Parrochianos, seu illos de Parrochia, secundum exigentiam necessitatis ipsius Parrochiæ, seu Vicinantię, qui incumbere habeant necessitatibus ipsius Vicinantiæ, seu Parrochiæ, & facta, de eis electione, teneantur scribi facere ad Officium Prouisionum Communis Mediolani, & ad Officium Statutorum sine aliqua solutione.

Et teneantur dicti Antiani taliter electi vt supra, indicare Iudici, & eius familiæ debentes, & eorum bona in eorum Parrochia consistentia, & facere in omnibus, & per omnia singulariter, & debitè referendo, prout facere tenentur Consules Locorum Burgorũ, & Terrarum Ducatus Mediolani ex forma Statutorum Ciuilium. Nec possint Antiani capi pro aliquo debito Vicinantiæ suæ.

QVOD FIDEIVBENS, VEL OBLIGATVS AD FIDEIVBENDVM TENEATVR SE OBLIGARE INSOLIDVM.

De fideiuſ. exhonerañ. supra lib. p°. fol.

CAP. C.LXXXIX.

FIDEIVBENS pro alio, vel Obligatus pro alio ad fideiubendum, siue talis Fideiussio præstetur ex dispositione Iuris Municipalis, vel ex Contractu, vel quasi, vel ex vltima voluntate, vel aliter teneatur se insolidum, & omnia bona sua, & tanquàm principalem obligare.

Item, q; Beneficium Excusionis in Ciuitate, & Ducatu Mediolani, & in alijs Locis suppositis Statutis Communis Mediolani locum non habeat.

Ista Exceptio ẽ de Apicib. Iuris, nec ꝓcedit quãdo proceditur sola facti, veritate, & quando cõstat Debitorem notorie non esse soluẽdo, Dec. ꝯs°. 27 col. pe. in fi. capi. decis. 54. vbi alios allegat.

De Peremptorio ad Audiendum Sententiam.

Cap. C.LXXXX.

STATVITVR, Volens emanare Peremptorium principali, vel eius Procuratori absenti, vel absentibus, qui ex forma Statutorum Mediolani possit in Ciuitate, & Ducatu Mediolani conueniri, ꝙ ipso volente, transmittere Peremptorium, vel eius Procuratores ad Caussas, Iurãte se ignorare vbi moram trahant, peremptoriẽ Citandus, vel Cidãdi, ꝙ tunc, etiam eo casu, sufficiat transmittere ipsum Perẽptorium secundum formam Statuti secundi, Rubricæ generalis de Citationibus, & alijs &c.

Vide Statu. Ciuile in volumine. p°. folio.

Quod incipit, Q. QVILIBET CIVITATIS, ET DVCATVS MEDIOLANI, & seruata forma illis Statuti.

De Instantia Caussae Literarum Ducalium.

Cap. C.LXXXXI.

INSTANTIA Caussæ Literarum Ducalium incipiat à die legitimę præsentationis ipsarum Literarum Ducalium coràm Ordinario delegato, vel subdelegato, & deinde sequantur termini limitati ex forma Statutorum.

De Relationibus faciendis per Servitores.

Cap. C.LXXXXII.

RELATIONES faciendæ per Seruitores, tam de Citationibus, quàm aliter, etiã de Peremptorijs, fieri possint, & valeant infra dies quinqꝫ post terminum comparendi, vbi adsit Terminus, vel essendi ad Caussam.

Quæ tamen Relationes possint, & valeant poni ante, vel in termino comparendi, vel aliud faciendi.

Relationes verò eorum, quæ non habebunt terminum comparendi, nec aliud faciendi, corâm Iudice, fiant infra triduum, respectu eorũ, quæ fiunt in Ciuitate, vel intra Corpora Sanctorum Mediolani, & infra quinq; dies, respectu eorũ, quæ fiunt in Ducatu Mediolani, vel in Terris suppositis.

De Vigiliis Beatae Virginis Mariae. Cap. C. LXXXXIII.

IN Vigilijs Beatæ Virginis Mariæ Ius non reddatur, non habito respectu ad numerum dierum appositum in Statuto de Ferijs.

De Publicatione Testium in Caussis Summariis. Cap. C. LXXXXIIII.

TESTES, & Processus recipiendi, & faciendi in Caussis Summarijs, Ipso Iure, sint publicati finitis dilationibus datis, vel pro datis habitis, ex forma Statutorum, vel à Iudice datis, vel Abbreuiatis.

De Poena negantis Propriam Scripturam. Cap. C. LXXXXV.

Quomodo Interroga. & ndeatur vol. 1. fol.

SI quis in Iudicio Interrogatus, an scripserit, vel subscripserit, vel scribi, vel subscribi fecerit aliquam scripturam, & negauerit, & contrarium probatum, vel ostensum fuerit, ipso Iure cadat in pœnam dupli quantitatis, vel æstimationis Rei, vel Iuris, in dicta scriptura comprehensi, sub pœna Iudici, qui prædicta non obseruauerit librarum viginti quinq; Imperialium, quæ pœna in totum applicetur Parti, contra quam negata fuerit dicta scriptura.

Et vbi interrogatus ad terminum Satutum per Iudicem non responderit clarè, habeatur, Ipso Iure, pro confesso

in eo, quod erit in maius præiudicium non respondentis, vel obscurè respondentis.

Idem habeat locum, vt habeatur pro Confesso, & Pronunciato, vt supra in alijs Interrogationibus, in quibus, de Iure Interrogatus respondere tenetur, nisi aliter reperiatur prouisum per Statuta, vel Decreta.

Quę dicatur Mera Interloq.ª Ea. fel. In rubr. de re Iud. & q terminetur ex eisdem actis, & quando non grauet. ps°. 182. In prin.

DE APPELLATIONE INTERLOQVVTORIA.

CAP. C.LXXXXVI.

APPELLANS à mera Interloquutoria, à qua, de Iure, vel ex forma Statutorũ Cõmunis Mediolani possit appellari, teneatur infra quattuor dies proximè sequuturos, post ipsam interloquutoriam, ipsam Appellationem interponere, & infra duos dies vtiles proximè sequuturos post ipsos quattuor dies, teneatur ipsam Appellationem Cõmittu facere Partium Confidenti, vel vnius in Contumaciam alterius, per aliquem Iusdicentem videndam, & decidendam infra dies viginti, à die Commissionis exclusiuè, facto prius Deposito, ante ipsam Cõmissionem de libris sex Imperialium penes Campsorem, quæ cedant Lucro Aduersario, in casu quo, Appellans succubuerit in caussa dictæ Appellationis, & vbi prædicta non obseruauerit, Appellans intelligatur renunciasse dictæ Appellationi, & vbi dicta Interloquutoria lata fuerit in aliqua Caussa, Instantia ipsius Caussæ, & Tempora probatoria, stent in suspenso.

DE SOLVTIONE FACIENDA HOSPITIBVS, VEL DEPOSITARIIS PRO CVSTODIA, ET PASTVRA BESTIARVM.

CAP. C.LXXXXVII.

SI aliquis Hospes, vel alius Depositarius Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, vel Terrarum suppositarum Statutis

Communis Mediolani habet, vel habebit penès se aliquas Bestias derobatas contestatas, vel in Depositum, habere, & consequi possit, & valeat pro Custodia, & Pastura earum, vt infrà, & non vltrà, sub pœna Soldorum decem Imperialium, pro quolibet Imperiali, quem plus acceperit, scilicet.

Pro qualibet Bestia Grossa, ad computum soldorum quatuor Imperialium, excepto Equo, vel Equa, pro quo, vel qua possit accipere soldos quinq; Imperialium pro quolibet Die, & Nocte, & pro qualibet Bestia minuta accipere possit tantummodò Soldum vnum, & Denarios sex Imperialium, quolibet Die, & Nocte, & teneatur eas Bestias Custodire, & Pasturare pro dicta Solutione.

Saluò si deposita fuerit Vaccha à lacte sinè vitulo, pro Pastura nihil accipere possit, sed tantummodo lac accipere, & habere possit loco pasturæ, hoc tamèn intellecto, q; ipse Hospes, vel Depositarius non possit operari dictas Bestias, sub pœna Soldorum viginti Imperialium pro quolibet die, & qualibet Bestia.

Et hoc vltrà Damnum datum in dicta Bestia, quod soluere teneatur, quæ pœna applicetur in totum Patrono dictarum Bestiarum.

QVOD DENVNCIANTES, ET FACIENTES OBLATIONES TENEANTVR ELIGERE HABITACVLVM.

Vbi debeant fieri, vol. I. folio.

CAP. C. LXXXXVIII.

QVILIBET non habitans in Ciuitate Mediolani, nec intrà Redefossa eiusdem, qui faciet alicui, vel aliquibus Habitātibus in Ciuitate Mediolani, vel Suburbijs, Denūcias, seu etiam Oblationes extrà Iudiciales, teneatur in Instrumento ipsius Denunciæ, seu Oblationis, eligere Habitaculum in ipsa Ciuitate Mediolani nominando Domum,

& cuius Parochia sit ipsa Domus, vbi fieri possint Responsiones, Requisitiones, Citationes, Contradictiones, & alia, quæ fieri voluerint circà prædicta, & quodlibet prædictorum per Denunciatum, vel oblatum, vel quamlibet aliam tertiam personam Denuncianti, occasione eorum, quæ continebuntur in Denuncia, vel Oblatione, & abindè dependentium.

De his, qvibvs licitvm est ivrare pro Creditis.

Cap. C.LXXXIX.

QVONIAM aliqui Habentes facultatem ex forma Statutorum, vel Ordinum, vel Literarum iurandi contrà Debitores vsque ad certas summas, Ita, quod stari debeat Iuramento suo, vel etiam cum libris suis, vel vno Teste, possent abuti tali facultate contrà rectam mentem Statuentium, & illorum, qui talem Facultatem concesserunt.

Statuitur, quod tales iurare Possentes, & Iurantes, præstito semèl tali Iuramento, non possint, nec sibi, nec Factoribus, nec Famulis suis liceat amplius vti ipsa facultate iurandi, contrà illum, vel illos, contrà quem, seu quos iuratum fuisset pro quibuscunque partitis, à Die præstiti talis Iuramenti retrò caussatis.

Sed Iuramentum ipsum operetur illa vice tantùm pro partitis abindè retrò, pro summa tantummodò pro qua licitum fuerit iurare, ex forma Statutorum, vel Ordinum, aut Priuilegiorum, vel Literarum, vt suprà.

Saluò tamèn Iure ipsi prætenso Creditori verificandi alitèr quàm per Iuramentum, residuum Crediti sui à quantitate, pro qua iurare potuit suprà.

Saluò, quod Iuramentum interesse non comprehendatur in præsenti Statuto.

De sequestris vid. sup. vol. primo folio.

QVOD NON CONCEDATVR ALIQVOD RELAXETVR DE REBVS SEQVESTRATIS, NISI CONSTET DE CREDITO.

CAP. CC.

AD tollēdum Abusus, qui in dies fiūt, Statuitur, quòd aliquis Iusdicens non possit, nec valeat, nec debeat de rebus sequestratis cōcedere aliquod Relaxetur, nec Praeceptū relaxādi alicui, qui Sequestrum fieri fecerit, licet praeteriti sint quindecim dies, & nulla pēdente Cōtradictione, nisi saltem per summarias informationes, parte vocata, cōstet de Credito, vel Iure illius, qui sequestrari fecerit. Cuius vigore possit ipsum Relaxetur, vel Praeceptum cōcedi.

DE TERMINO PROBANDI CONTRA EXEQVVTIONEM INFRASCRIPTORVM.

CAP. CC. I.

Vid. etiam Statutum, si quis prima facie, q̄ est in primo vol. fol. 15

l. § si p apparentem in tit. de Iudicijs in Condic

STATVITVR si per apparentem, prima facie, Debitorem, vel eius heredes, aut legitimum eius nomine Procuratorem, contra impetratas Exequutiones, aut impetrata Sequestra, Contradictionem, vel Contradictiones fieri cōtigerit, producto, per Creditorem, vel Verificatos, vel apparentes Heredes Instrumento, seu Chirographo verificato, & non praescripto, praefixus, Ipso Iure, esse intelligatur Debitori terminus dierum quindecim vtilium, probādi, & probatum habendi, quocunq; probationum genere, quicquid contra Instrumenta, & Chirographa ipsa velit.

Contradictio fiēt, Infra biduum vtile, vt sup. vol. primo fol. si quis. Productio fiēt. Infra. 8. dies vt sup. vol. 1. fol. Quolibet die ad fi. Et est necessaria ad hoc, vt curat tēps. secundū Bar. in l. Inficiatus. ff. depos.

Ipsoq; Termino praeterito, nec solutione probata, aut quare ad ipsam nō teneatur Solutionem, iuris omnibus remedijs, excepta personali detentione, vbi alias de Iure capi nō posset, Debitorem apparentem cogi debere, omni prorsus exceptione postposita, etiam Statuto de Sapientibus dandis, nec de Compromisso faciendo non obstante, & absq; alia

Monitione, vel Censura ad ipsi satisfaciendum Creditori.
Quod si de parte Solutionis, aut non debendę partis eiusdē per legitimam Caussam sit probatum, ad reliquam debitor Partem Crediti persoluendam, compellatur.

Et, vt omnino Calumniantium dolis, toto conatu, occurratur. Si satisfacto creditore, infra triginta dies vtiles à Die Solutionis connumerandos, indebitè exactam à se pecuniam, vel Rem, Debitor, seu indebitum soluisse probauerit, quæ tamen Probatio, breui termino nequaquam obstante, admissa, Ipso Iure, censeatur ad duplum Debitori eius, quod indebitè exactum constiterit restituendum.

Statuitur Creditorē ipsum irremisibiliter compelli si in eius personam Creditum, aut alium pro eo causatum sit, aliter ad exactum indebitè dumtaxat retrodandum, nisi appareat ipsum sciuisse tale debitum fuisse solutum, quo casu, ad duplum retrodandum teneatur, vt supra.

Et vlterius declaratur etiam per huiusmodi Statuti Prouisionem, non excludi, vel aliqualiter immutari ea remedia, quibus, ex aliqua lege Municipali, vel aliter celerius Creditoribus, vel Quibusuis spectat consultum sit, vel consuli possit pro exequutione facienda.

Ita tamen, ꝙ Forenses non suppositi Iurisdictioni eius Iudicis, corām quo attemptari velit huius Statuti Beneficium gaudere nō possint Beneficio huius Statuti, nisi ante omnia, Parte, contra quam velit obtineri exequutio, legitimè citata, per talem Forensem non suppositum, renuncietur Priuilegio fori, & ipse se subiciat Iurisdictioni ipsius Iusdicentis, & idoneum præstet Fideiussorem eidem Iudici subiectum, qui cōstituat se principalem Debitorem de restituenda omni quantitate, de qua supra, vnà cum omnibus expēsis, casu quo apparuerit eū indebitè exegisse, vt supra.

Ita tamen, ꝙ si quis, etiam elapso termino dictorum quindecim dierum vtilium, voluerit deferre Iusiurandum alteri Parti, id

Parti, id facere possit, & valeat, prout etiam facere potest ex forma alterius Statuti de Iureiurando, lapsu dicti termini non obstante.

Seruata forma Statuti ipsius de Iureiurando.

Si verò in Termino aliquid sit productum, tunc circa Consilium Sapientis dandum, vel non dandum, seruetur forma dicti Statuti allegati, vt supra. Quod incipit, SI QVIS PRIMA FACIE. Vide supra in vo.p°.fo.

DE COMPVTATIONE DIERVM VTILIVM. CAP.CC.II.

IN Caussis, vbi de Iure, vel ex Forma Statutorum, vel Decretorum, vel Ordinum Mediolani, vel ex forma Cõpromissorum procedi potest quolibet die Feriato, & non Feriato, seu Ferijs non obstantibus, seu non attentis, Dies vnaquęq; sit vtilis, & singula Dies, pro vtili Die numeretur, exceptis tamẽ Feriis introductis in honorem Dei, vel Sanctorum, iuxta formam Statutorum Cõmunis Mediolani, quæ non numerentur in diebus vtilibus.

Et in alijs Caussis, vbi semel, tãtum, in Die, redditur Ius, duo Dies, qui non sint feriati in honorem Dei, vel Sanctorum, pro vna Die vtili, numerentur. In alijs verò Caussis summariis, vbi ex forma Statutorum, vel Ordinum, vt supra Ius reddi debet in manè tantum, vbi non protestatur de nõ causando per Partes, vel alteram earum. Si ante protestationem de non caussando, aliqui Dies in Ferijs decursi fuerint, ipsi decursi numerentur pro media Die vtili, vsq; ad Diem Protestationis, de non causando, exclusiuè.

AD TOLLENDVM CERTAS ABVSIONES, ET SVPPLANTATIONES. CAP.CC.III.

DECLARATVR, quòd si contingat in Præceptis,

Denunciis,Citationibus,& Aliis Actis à Iudice, Arbitro, vel Arbitratore, aut Delegato, vel Consultore, aut Commissario signandis, poni verba, firmo remanente praesenti Praecepto, vel equipollentia verba, seu contineat aliquã Reiectionem, vel non Admissionem, q ipsa talia verba, pro non appositis, immò reiectis, habeantur, nisi de talibus verbis Iudex, Arbiter, vel Arbitrator, vel, vt supra, in eius Signatura mentionem de eis fecerit.

DECLARATIONES QVORVNDAM STATVTORVM.

DE REVOCATIONE STATVTI QVARTI, RVBRICAE GENERALIS, DE CITATIONIBVS, ET ALIIS, ET CAETERA, QVOD INCIPIT SI DE CAETERO CONTIGERIT.

CAP. CCIIII.

STATVTVM quartum Rubricae generalis de Citationibus, quod incipit, SI DE CAETERO CONTIGERIT, & contenta in eo habeantur pro abolitis, & annullatis, & super secundo Statuto dictę Rubricę, quod incipit, QVOD QVILIBET CIVITATIS, addantur, & pro additis habeantur, post illa verba, vbi religitur debito publico, vel priuato, haec verba, videlicet, vel Actione merè reali, vel mixta.

Vide in p°. uol. fol.
Vide ubi supra uol. fol.

Item, licet Statutum positum in Volumine Statutorũ, sub Rubrica generali de Iudiciis, & sub Rubrica speciali, quod Exceptiones sint saluę in fine litis, seu de eodẽ, quod incipit CAVSSAE AVTEM, QVAE DE SVI NATVRA, VEL EX FORMA STATVTORVM, &c. vbi legit. ET OMNES DIES INTELLIGANTVR VTILES,

Vide in p°. vol. fo.

sit clarum etiam mediantibus aliis Statutis tamen pro clariori intelligētia Statuitur, quod quando semel tantum in Die Ius redditur, duo Dies cōputentur pro vno Die vtili, exceptis Caussis comprehēsis in Statuto, quod incipit DOMINVS POTESTAS, ET QVILIBET EXERCENS IVRISDICTIONEM, &c. & Caussis Cridarū quę fiunt pro bonis immobilibus vendēdis, & Caussis Cōpromissorū, in qbus, quælibet Dies habeat pro Die vtili integra, exceptis Ferijs introductis in honorē Dei, & Sanctorum.

Item Statuitur pro declaratione Statuti, positi sub Rubrica generali de Iudiciis, & sub Rubrica speciali de Summaria Ratione facienda, in certis Casibus, quod incipit, DOMINVS POTESTAS, vbi legitur ALIMENTORVM, intelligatur de Alimentis præsentibus, & futuris, vbi vero in Statuto posito sub Rubrica gnrali de Dilationibus, & Ferijs, quod incipit TEMPORIBVS FERIARVM, vbi fit mētio de Alimentis, intelligat de præteritis. Vide in p°. uol. fol. Vide ubi supra uol. fol. 36

Item pro declaratione Statuti positi sub Rubrica generali de Iudiciis, & sub Rubrica speciali de Exequutione Instrumenti, & Scripti, quod incipit. SI QVIS PRIMA FACIE, vbi legitur, ET FACTO DICTO COMPROMISSO, ET PER ARBITRVM, VEL ARBITRATOREM, SEV ARBITROS, ET ARBITRATORES, ACCEPTATO, QVOD ACCEPTARI DEBEAT INFRA QVATTVOR DIES CONTINVOS, POST FACTVM COMPROMISSVM, &c. Ad minuendum Lites, & expensas Litium, ac Dispendia, Statuitur, quod facto Compromisso, Ipso Iure, intelligatur acceptatum, iuxta formā Statuti positi sub Rubrica generali, de Arbitris Arbitramentis, & Compromissis, & sub Rubrica speciali de Temporibus Instantiæ Compromissi. Vide in p°. vol. fo. 15

Item ad clariorem intelligentiam Statuti, seu Capituli positi sub Rubrica generali de Iudicijs, quod incipit. ET PRAEDICTA ETIAM HABEANT LOCVM, &c. declaratur respectu Solutionis soldorum decem Imperialium ipsam solutionem non esse faciendam Notarijs Caussarum Ciuilium Iusdicentium, vbi quidem de Iure, Solutio Salarij, esset facienda ipsis Notarijs Caussarum Ciuilium, vt supra, vel Alicui eorum, sed sufficiat Solutio ipsius Salarij, vbi fiat.

DECLARATIO SVPER STATVTO PRIMO RVBRICAE DE ARBITRIS.

CAP. CCV.

DECLARATVR, quod quando incipitur agere via exequutiua, videlicet, alia via, quàm, via Statuti incipientis. SI QVIS PRIMA FACIE, quod non admittatur Denunciatio Cõpromissi, etiam si Instrumentum non esset iuratũ.

Pro declaratione Statuti positi in volumine Statutorum Ciuilium, sub Rubrica generali de Exequutionibus, & sub Rubrica speciali de Præceptis exequutorijs, quod incipit.

Vide in p°. vol. fo. 54 ITEM STATVITVR QVÒD IN QVOLIBET PRAECEPTO EXEQVVTORIO REALI, & cętera, & alterius Statuti situati sub Rubrica generali de Seruitoribus, & sub Rubrica speciali de Famulis Dñi Potestatis Mediolani, dãdis pro exequutionibus faciẽdis, quod incipit.

Vide ubi supra fol. 55 IN QVOLIBET PRAECEPTO EXEQVVTORIO APPONATVR QVANTITAS FANGIORVM, &c. Statuitur, quod dispositain dictis Statutis, intelligantur, & habeant locum tantummodo in præceptis robandi.

In alijs verò pręceptis exequutorijs, tàm realibus, quàm personalibus, Iusdicens possit concedere numerum Famulorum, prout sibi videbitur expedire, inspecta qualitatę

facti, & personarum, qui tamen numerus Famulorum describatur in præcepto.

Item pro declaratione Statuti positi sub Rubrica generali de Seruitoribus: & sub Rubrica speciali de pœna Seruitoris. vel Officialis non exigentis Pignora, vel Deposita, quod incipit. SI QVIS SERVITOR, & cætera. vbi legitur, vel ille, ad cuius Petitionem, ibi ad pignorandum, etiam quilibet eorum insolidum intelligantur ipsa verba, quo ad ipsum qui fecit derobare, quando pignora non fuissent descripta secundum formam Statuti. positi sub dicta Rubrica generali, & sub Rubrica speciali de pignoribus describendis, coràm Iudice, quod incipit. QVILIBET, QVI ROBAVERIT, & cætera, vel quādo ille, ad cuius Petitionem facta fuisset Robaria, vel eius Nuncius nō notificasset coràm Iudice Robariam fuisse factam. Vide in p°. vol. fo. Vide ubi supra fol.

Item pro declaratione Statuti, positi sub Rubrica generali DE ROBATIONIBVS, & cætera, & sub Rubrica speciali DE LICITIS, ET CONCESSIS EXEQVVTIONIBVS, & cætera, quod incipit, LICITVM SIT, & cætera, Statuitur ipsum Statutum in illa parte, vbi legitur de quo debito stetur proprio Sacramento Locatoris, vel eius Hęredi, vsq; ad quantitatem librarū quinquaginta Imperialium, q; ipsa facultas iurandi contra Fictabiles, non habeat locum nisi cōtra Fictabiles, qui sunt rurales, laborantes proprijs manibus, vel ad suas manus laborari faciunt, & illos de familia sua declaratur, in eo Statuto, & in reliquis partibus dictum Statutum firmum remaneat. Vide vbi supra fol.

Item Statuto, quod incipit. IN QVOLIBET PRAECEPTO SITVATO sub Rubrica generali de Seruitorib⁹, vbi legitur QVATTVOR declaratur, q; in Ducatu Vide vbi supra fol.

Mediolani,pro prima Vice seruetur, q̃ seruandum est ex forma dicti Statuti in Ciuitate, taliter, q̃ pro prima Vice non sint vltra duos, computato Seruitore.

ADDITIO STATVTI POSITI SVB RVBRICA SPECIALI DE LIBELLIS EXHIBITORIIS, SEV PRAEVENTORIIS.

CAP. CC. VI.

STATVITVR, q̃ dispositain Statuto posito sub dicta Rubrica, quod incipit, Q NVLLVS IVSDICENS LIBELLVM ALIQVEM EXHIBITORIVM, & cætera, habeat etiam locum in quocunq; Actu iudiciali, vel impedimento, qui, vel quod fieret ante Exequutionem impetratam.

CORRECTIO STATVTI DE RE PATERNA LVENDA.

CAP. CC. VII.

IN Statuto de Re paterna luenda, vbi legitur, qui vendiderit, & Communi cum alio, illa dictio, ET, intelligatur, etiam, & vbi legitur Iure, vel Ratione vtilis Dominij tantum, habeatur pro addito hoc verbum, Pleno, ante illud verbum, Iure.

DECLARATIO STATVTI DE INTERROGATIONIBVS, ET CAETERA.

CAP. CC. VIII.

AD declarationem Statuti positi sub Rubrica generali de Interrogationibus, quod incipit, TENEATVR QVILIBET PRODVCENS INSTRVMENTVM, VEL ALIAM SCRIPTVRAM, & cætera, & Quorumcũq; aliorum Iurium loquentium de Interrogationibus, si quis velit vti, vel per æquipolentia verba.

Statuitur, quod Aliquis non possit interrogari si vult vti aliqua Relatione Seruitoris.

Nec etiam quis possit interrogari si vult vti aliquo Instrumento, vel aliqua scriptura, facto, vel facta per alium, vel alios, quàm per ipsum Interrogatum.

Nec etiam si vult vti aliquibus Dictis Testium examinatorum inter alias personas.

Nec etiam possit produci, nec admitti aliqua Interrogatio si vult vti aliquo Instrumento, vel aliqua scriptura, vel aliquo Actu Iudiciali, nec Dictis Testium, in facto proprio, quando sunt confecta de antiquo, videlicet, ab annis decem retro, à die Interrogationis. Alioquin quomodo debeat Intelligi, vid. Dec. 25. 13. col. pe.

De Relationibus, quae fieri possint ad instantiam Citati, vel illius, cui praeceptum fuerit, et caet. Cap. CC. IX.

Relationes Seruitorum possint, & valeant fieri per Seruitores, ac ipsi Seruitores cogantur ad faciendum Relationes ad instantiam illius, qui fuerit Citatus, aut, cui praeceptum fuerit, & cuiuslibet alterius, cuius intererit, etiam Tẽpore, seu Termino superinde limitato praeterito, & hoc, infra sex menses, à die Citationis, seu Praecepti, & ponatur in Relatione ipsa, eo casu, ad cuius instãtiam fiet talis Relatio, & quo Tempore, & inseratur in ea Relatione tenor Praecepti, seu Citationis, quae Relatio taliter facta, non prosit illi, ad cuius Instantiam, ipsa Citatio facta, vel praeceptum factum fuerit.

De Contradicentibus Cridis pro Fictis Libellariis Temporis Futuri. Cap. CC. X.

Statuitur, quod si per aliquem, cui praestatur Fictum

Libellarium super aliqua Proprietate, seu aliquibus Proprietatibus, vel Iure, aut Iuribus pecuniæ, vel aliarum Rerum contradictum fuerit aliquibus Cridis, secundum formam Prouisionis, & Ordinum æditorum super Bonis immobilibus vendendis de aliquibus alijs Bonis sibi obligatis, occasione dicti Ficti Libellarij, Iure Hypothecę pro ipso Ficto Libellario tẽporis futuri, quod talis Cõtradictor, si Emphyteota obligatus ad præstationem dicti Ficti Libellarij, vel ille, qui posuit ad Cridas, aut ille, qui esset Obligatus Bona ad Cridas posita, defendere, aut Alius habens, Ius in Bonis ad Cridas positis, obtulerit cum effectu, durantibus sex mensibus limitatis, ex forma ipsius Prouisionis, ad cõtradicẽdum Cridis, vel infra tres mẽses, post ipsos sex mẽses, acquirere ipsum directum Dominium, & Ciuilem Possessionem Bonorum, super quibus, seu pro quibus, ipsum Fictum Libellariũ præstari debuerit, & ipsa Bona, super, seu pro quibus, ipsum Fictũ Libellarium pręstari debuerit, respectu directi Dominij, & Ciuilis Possessionis, & Ius dicti Ficti Libellarij, ad computum librarum centum Imperialium, pro quibuslibet libris quattuor Imperialium ipsius Ficti Libellarij, pecunię, seu Valoris Rerum, quæ dari deberent pro ipso Ficto Libellario, æstimandi per vnum ex Aestimatoribus Cõmunis Mediolani, Partiũ Confidẽtis, vel vnius Partis, in contumaciam alterius, vbi adsit, & duret Pactum liberãdi per Contracambium, vel Cõtracambia, vbi verò adesset, & duraret Pactum liberandi ad pecunias, ipse Contradictor cogatur vendere ipsi Ponenti, pro illo precio, pro quo, ipse Emphyteota poterat se liberare, quo in casu, Saluum sit Ius, ipsi Emphyteotæ luendi ab eo Emptore, prout poterat à Venditore, quo, vltimo casu, ipse Vẽditor teneatur tantum promittere pro suo Dato, & Facto tantum, declarato in Statuto de Re Paterna luenda. Si verò nõ adesset Pactum, vel esset extinctum, ad cõputum

librarũ centũ Imperialium, pro quibuslibet libris tribus, & soldis decẽ Imperialiũ ipsius Ficti Libellarij, seu Valoris, vt supra, teneatur ipse Cõtradictor, aut Bona ipsa, vt supra, & Ius dicti Ficti Libellarij, dicto precio vendere, in Forma Cõmuni, & Iuris, ipsi Volenti emere, nisi alias, ipsum Directũ legitimè esset ꝓhibitũ alienari, aut renũciare ipsi Cõtradictioni, & Bona ad Cridas posita, liberare ab eo Ficto Libellario tẽporis tunc futuri, in Electione illius Cõtradictoris, quam electionem, ipse Contradictor teneatur facere, & intimare ipsi Offerẽti velle emere, vt supra, infra dies triginta, post Oblationẽ, & Requisitionẽ ipsius emere Offerẽtis, dũmodo fuerit Laycus, & Suppositus Statutis Cõmunis Mli. Aliter, dictę Contradictioni, Ipso Iure, intelligat' renunciatũ fuisse, & Bona ad Cridas posita, Ipso Iure, intelligãtur liberata, à contentis in ea Contradictione, respectu ipsius Ficti Libellarij, temporis tunc futuri, tantum.

Hoc intellecto, ꝙ vbi ipsa Electio fiat, & intimetur, vt supra, Ipse, qui obtulerit velle emere, cogatur per omnia Iuris remedia, etiam per personalem detentionem, ad emẽdum, & ipsum Precium soluendum.

Saluò, si ostenderet ipsa Bona esse prohibita alienari, vt supra, & hoc Statutum etiam obseruetur in Caussis, & Casibus pendentibus.

De Testi. registrañ. etiã ꝙ cõtinet cãm Piã, supra, fol. cap°. & in Constitu. lib. j. fo.

De Instrvmentis Dotalibvs, vltimis volvntatibvs, et certis Donationibvs Rvbricandis.

Cap. CC. XI.

STATVITVR, ꝙ illę Rubricæ, quæ ordinatæ fuerunt fieri, ex forma Ducalis Decreti ęditi Anno. M.cccclxxxxv. die. xxviij. Aprilis, de Instrumentis Dotalibus, & Protestationibus Rerũ Parafrenaliũ, Donationibus, Testamẽtis, & Vltimis voluntatibus, licet reperiantur non factæ in

termino limitato, ex forma ipsius Decreti, respectu Instrumentorum, quæ fuerint rogata, à die publicationis præsentiũ Statutorũ retro, prosint, ac effectũ sortiantur, perinde, & ac si factæ fuissent in eo termino, dummodo ipsæ Rubricæ fiant infra tres mẽses, im mediatè sequuturos diem Publicationis horũ Statutorũ. Quodq; Rubricæ ipsæ faciẽdę de Vltimis volũtatibus, & Donationibus, q̃ ex Forma ipsius Decreti fieri debebãt, possint fieri quocũq; tẽpore, ad instantiã illorũ, quorũ intererit, etiã eo termino limitato, ex forma dicti Decreti, elapso, ne Exequutiones, q̃ factę fuerint de vltima Volũtate, vel Donatione, nullę reddant̃. Et, q; ipsa Rubrica, etiã possit fieri, sine aliqua solutione, ad Officiũ Abbatum Collegij Notariorũ Mediolani, quodq;, vbi in eo Decreto fit mentio de Vltimis voluntatibus, intelligatur de vltimis voluntatibus non reuocatis.

De Agrimensoribus, et eorum Mercede.

Cap. CC.XII.

Agrimensores, & Liuellatores aquarũ nõ possint pro suo Salario, seu Mercede, & Famulo, si Famulum habuerint, habere vltra Librã vnã, & soldos duodecim, Imperialiũ, singulo die, quo iuerint, steterint, & redierint, pro mensurando, & liuellando, vltra expensas cibarias.

De Salario Aestimatorũ vol. p°. fo. cap.

Quod adhibeatur Fides Christi Nomine Sententiae.

Cap. CC.XIII.

Reperitur Christi nomine, cuiuslibet Sententiæ subscripto per Notarium, qui rogatus fuerit Sententiam huiusmodi, vel per habentem auctoritatem eam explendi, fides adhibeatur, quemadmodũ si in Autentica Forma redacta fuisset, modò alias opponi possit, quemadmodum

Autenticę, qui Notarius teneatur illud subscribere. & non possit plus accipere, prout accipere posset, pro subscriptione Autenticę.

QVOD QVAELIBET CITATIONES TRANSMITTI POSSINT, ET EARVM RELATIONES FIERI IN TEMPORE SVSPENSO, VEL FERIATO.

CAP. CC. XIIII.

AD tollendum omne dubium circa transmissiones Citationum, & earum Relationum, Statuitur, quod quaelibet Citationes, earumque Relationes, transmitti, & fieri possint, & valeant in tempore feriato, vel suspenso, cum termino comprendi, vel aliquid faciendi in tempore Iuridico, vel non suspenso.

Quid de Iure Cōi, tam in Cit. quàm in Relatione, Bal. in. l. in minorū §. quaero de tali. C. in gl. cau. in integrum resti. non sit necess.

QVOD CONSTITVTIONES FACTAE CONTRA HAERETICAM PRAVITATEM, OBSERVENTVR.

CAP. CC. XV.

STATVTA, & Constitutiones factae contrà haereticam Prauitatem, quae obseruari debent, & de quibus fit mentio in Statutis Communis Mediolani, quorum tenores registrati sunt ad Officium Statutorum Communis Mediolani, obseruentur.

ORDINES RERVM CIVILIVM, TAXATIONES SOLVTIONVM NOTARIORVM, IVSDICENTIVM, ET OFFICIALIVM, COMMVNIS MEDIOLANI.

CAP. CC. XVI.

NOTARII Banci Caussarum Ciuilium Mediolani, per se, suosque Coadiutores, non possint accipere in eorum

Actibus, & Scripturis, per eos, vel aliquem eorum, recipiendis, scribendis, extrahendis, exemplandis, pro Precijs, seu Mercedibus, nisi, vt infra, singula singulis congruè referendo, sub pœna dupli eius, quod vltrà Limitationes infrascriptas, exegerint, quæ pœna applicetur Communi Mediolani pro medietate, & pro altera medietate Accusatori. Teneanturq; etiam ipsi Notarij, sine aliqua exceptione, subscribere omnia præcepta, & alios cuiuscunq; generis Actus, postea quàm per Iudicem signati fuerint, sub pœna quarti æstimationis eius, quod continebitur in præcepto, vel Actu, Parti applicanda, habita tamen prius solutione, vel ea solutione oblata effectualiter, iuxta Limitationem, vt infra, factam.

Item, q; Notarij ipsi, non possint accipere, nisi vnum Salarium, quando cõtingit dari Adiunctum, in aliqua Causa, scilicet, tantum, quantum acciperent, Adiũcto nõ dato. Teneanturq;, in quibuscunq; Incantibus, ab hodie in antea faciendis, Iurare in manibus Præfectorum rei pecuniariæ, siue Magistrorum Intratarum Ducalium, qui Incantum deliberabunt, q; Limitationem, & Taxationem, vt infra, seruabunt. Quodq;, contra eos, si non seruauerint, credatur Accusatori, seu Denunciati, vel Parti, cum Iuramento, & vno Teste fide digno, nisi Notarius probauerit in contrarium.

Et Abbates Collegij Notariorum Mediolani habeant Ius, & Facultatem cogendi, & puniendi dictos Notarios, & Coadiutores, pro contrafactione faciẽda huius Limitationis, seu Taxationis, non obstãte aliqua in contrarium Ordinatione, aut Inhibitione, quæ pro reuocata habeatur. Si tamẽ Pars grauata, vellet adire alios Officiales, sit in ipsius Facultate, lideq; Abbates, vel alius à parte, pro eius volũtate adeundus, facultatem habeant puniendi, & corrigẽdi,

Notarium, seu Notarios Banci Capitanei Iusticiæ Mediolani, & alios, in sequenti Capitulo, seu Statuto, comprehensos, pro Contrafactionibus Ordinum Limitationum, & Taxationum, vt infra, seruandorum.

Solutiones autem faciendæ pro Actis, Processibus, & scripturis, ac Copijs explendis, seu faciendis per Notarios Palatij, tàm Caussarum Ciuilium, quàm aliorum Notariorum dicti Palatij Coadiutorumq; suorum, & etiam aliorum, quorumcunq; Notariorum Iusdicentium, Vicariorum generalium, & Commissariorum, & Delegatorum, sunt istę, videlicet.

In primis, q; prædicti Notarij Caussarum Ciuilium, non possint accipere pro Signatura alicuius Præcepti, cuiuscunq; generis, & maneriei, vltra Denarios quattuordecim Imperialium, etiam, si in eis Præceptis fiat Narratiua, & seu Mentio de aliquibus Processibus, seu Instrumentis, qui non essent expleti, sub pœna quatrupli eius, quod exigeretur indebitè, applicanda Communi Mediolani.

Item, q; prædicti Notarij Caussarum Ciuilium, suiq; Coadiutores, tàm in præsenti Ciuitate Mediolani, quàm eius Ducatu, vbi Ius redditur, non possint accipere vltra Soldum vnum, & denarios sex Imperialium, pro aliqua Ordinatione, Reiectione, vel Admissione, vel non Admissione, Reuocatione, Moderatione, vel alio quocũq; Actu principali, vel Accessorio, etiam, si haberet vim Interloquutorię, quæ fieri contigerit, tàm coniunctim, quàm diuisim per aliquem Iusdicentem, tam Ordinarium, quam Delegatũ, aut Cõsultorem, vel Aliquem, vel Aliquos eorũ, in quibuscũq; Caussis coràm eis, vel aliquo ex eis vertẽtibus. Similiterq; accipere non possint de aliqua quacunq; firmatione cuiuscunq; Præcepti, seu Sequestri, quæ fieri

contigerit, ex quacunq; Caussa, etiam, si Plures nominati sint Rei, & Actores, nisi soldum vnum, & Denarios sex, pro qualibet Firmatione, in quibus Actibus non comorehendatur Sententia Diffinitiua, nec comprehendantur Termini essendi ad Caussas, nec dandi Confidentes, nec deliberandi super Mandatis, pro quibus, Limitationes infrascriptæ, seruentur, & sub pœna vt supra.

Item, q ipsi Notarii teneantur, & obligati sint dare, seu dari facere Copiam quorumlibet Actuum per memoriam factorum, seu ipsarum memoriarum, quę fieri, & scribi contigerint coràm quolibet Iusdicente, vel, vt supra, siue sint portati, siue portatæ extensæ, siue non.

Et quòd pro talibus Memoriis, seu Actibus accipere possint solummodo denarios Scripturæ, seu Solutionem pro ipsa scriptura tantum.

Item, q Notarii tam Caussarum Ciuilium, quàm Criminalium Mediolani, vel eius Ducatus, non possint accipere pro aliqua Dilatione, vel aliquo termino, Statuta, seu Statuto ad probandum, & etiam pro Productione aliquorum Capitulorum probè producendorum, nisi Soldum vnum, & Denarios sex Imperialium, & non plus.

Item, q nō possint accipere pro aliquo Relaxo reali, vel Personali, plusquam Soldos quattuor Imperialiū, etiā si Relaxetur fieret de pluribus rebus, aut Personis relaxandis.

Item, q non possint accipere pro aliquibus Testibus, qui examinarentur ad aliquas summarias Informationes faciendas, nisi soldos duos Imperialium pro quolibet Teste recipiendo.

Et, q teneātur ipsos Testes explere, & dare Partib*, seu alteri

earum requirentibus in forma fidem faciente, eis soluentibus scripturam tantum, & non vltra, vt supra.

Item, q̄ non possint accipere pro quolibet Præcepto ad describendum, seu Descriptionem faciendum de aliquibus Bonis mobilibus cuiuscunq; quantitatis, & æstimationis existant, pro subscriptione ipsius Præcepti, nec Emolumento ipsarum descriptionum nisi soldos octo Imperialium in totum, parte soluente Notario, seu Coadiutori, qui ad prædictam Descriptionem accesserit. Si steterit per totã diẽ, soldos sexdecim, & si pro Parte, soldos octo Imperialiũ, & non plus. Pro extrahendo verò ipsam Descriptionem in publicam formam, soluatur scriptura duplicata tantum.

Item, q̄ de Dationibus in solutum, seu venditionibus, quæ fieri contigerint per aliquem Iusdicentem, tam Delegatum, quàm non Ciuitatis, vel Ducatus Mediolani, ac Terrarum, vbi vigent Statuta Mediolani, rogari possint Instrumenta per quoscunq; Notarios de Collegio Notariorum Mediolani. Et prædicti Notarii dicti Banci Caussarum Ciuilium habeant, & habere debeant pro singulis Dationibus in solutum, seu Venditionibus pro sua honorantia soldos octo Imperialiũ pro singulo Dato in solutum, seu Venditione cuiusuis Quantitatis existat, & non vltra.

Item, q̄ non possint accipere de qualibet Comparitione, & Requisitione cuiusuis maneriei, nisi soldum vnum, & denarios sex Imperialium.

Pro insilatura verò cuiuslibet Actus extensi, nihil soluatur.

Item, q̄ prædicti Notarij non possint accipere vltra soldos octo Imperialium, pro qualibet æstimatione Bonorum,

mobilium, seu immobilium, cuiusuis quantitatis, existat, quę fiat per aliquem, vel aliquos ex Aestimatoribus Communis Mediolani, vel alias personas ad id electas.
Et hæc omnia, sub pœna quadrupli, & priuationis Notarię, illius, qui contrafecerit cum omni suo æmolumento.

Item, q Incantatores, & Socij, suiq; Coadiutores non possint aliquid petere, nec cõsequi pro Clauibus pro querendis scripturis, cuiusuis generis sint, etiam elapso tempore sui Incantus,

Item, q Incantatores ipsarum Caussarum, nec eorum Coadiutores non possint vltra soldum vnum Imperialium aliquid accipere pro Andatis faciendis, siue ad Camerã Domini Vicarij, vel aliorum Iusdicentium, vel subtus Collegium, vel alibi ad aliquos Iusdicentes, vel Commissarios, siue Ordinarios, vel aliter pro aliquo Actu faciendo, vel ostendendo, sed eis sufficiat habere Limitationem supradictam pro Actibus, vltra ipsum soldum.

Item, q ipsi Notarij non possint accipere pro vno termino deliberandi super aliquo Instrumento Procuræ, vel aliqua Procura, seu etiam ad dandum Confidentes pro committendo aliquam Caussam, vel pro assumendo aliquem tertium Arbitrum, & Arbitratorem, nisi Denarios sex Imperialium, pro qualibet Parte, & non plus, sub pœna vt supra, & vt supra. De vno autem simplici Termino essendi ad Caussam, nisi Denarios sex Imperialium ab ambabus Partibus, vbi talis Terminus de per se statueretur.

Item, q de qualibet memoria Comparitionis, & Exceptionum, Contradictionis, Iurium productionis, Capitulorum probè exhibitorum, Denunciationis, Compromissi petitionis

Petitionis, seu Requisitionis, Interpositionis, Grauaminis, & similium, cum termino ad comparendum, sit qualiscunq; memoria, & cuiusuis effectus velit, non possint, nec debeant dicti Notarij accipere plusquàm Denarios decemocto Imperialium monetæ nunc currentis, & non plus, sub pœna quadrupli exigenda statim ab eis, & q; de hoc possint Syndicari, & conueniri, etiam, durante eorum Officio.

Item, de quolibet Folio Processuum scripto, prout Statuta Cõmunis Mediolani ædita super Testibus recipiẽdis, disponunt, non possint accipere plusquàm Denarios vigintiquattuor Imperialium, & non plus, computando, & bonos faciendo in Solutionibus dictorum Processuum Denarios, per eos habitos, de memorijs dictorum Actuum.
De productionibus verò Literarum Ducalium, vel aliarũ quarumuis Literarum, vel memoriarum cum Termino ad comparendum, vel Relatione Ducali, vel de mandato Dominorum Senatorum, vel Dominorum Magistrorum, aut Præsentatione Literarum inhibitoriarũ, accipere possint Denarios vigintiquattuor monetæ nunc currentis Imperialium, & nõ plus, & de Memoria cuiuslibet Satisdationis qualiscunq; fuerit, cum termino ad comparendum, Soldos tres Imperialium, & non plus, sub pœna, vt supra, & q; possint Syndicari, & conueniri, vt supra.

De Cõtumacijs accipere possint Denarios nouem Imperialium, & non plus, de Bannis, Denarios decemocto Imperialium, & pro Canzellando Contumaciam, Denarios sex Imperialium, & non plus, etiam si plures, & quotquot numero sint, siue ponantur in vna Contumacia, seu vno Banno, & Possessionibus Tedialibus, Denarios decemocto Imperialium, & non vltra, sub pœna prædicta, vt supra.
Et, q; Seruitor, qui tales Contumacias, Banna, & similia

cridabit, non possit à Partibus quicquam accipere, occasione prędicta, & eas, & ea cridare teneatur.

Et, q; Notarij non possint opponere Partibus, q; non sit penes ipsas Partes extracta in Processu.

De Testibus verò receptis, seu recipiendis extra Iurisdictionem Domini Potestatis Mediolani, vel aliorum Iusdicentium Ducatus Mediolani, & præsentandis coràm eo Potestate Mediolani, vel alio Iusdicēte, vel Delegato, aut Cōsultore in Ciuitate, vel Ducatu Mediolani, nihil possint, nec debeant accipere, nisi Mercedem scripturę, seu Copię, si fuerit reqsita, & possint Syndicari, & cōueniri, vt supra.

Item, q; de Testibus recipiendis per Notarium Caussarum Ciuilium in Ciuitate, vel Ducatu Mediolani in Iuris subsidium, scilicet, in Exequutione Literarum Iusdicentium, vel Delegatorum forensium, scilicet, Exercētium Iurisdictionē Ordinariā, vel Delegatā, aut vigore Compromissi, extra Ciuitatē, & Ducatum Mediolani, vt moris est, non possint accipere, plusquam accipi potest, pro Receptione Testium, qui recipiũtur per Notarios de Pilastro Mediolani, iuxtà Taxationem limitatam per Statuta Mediolani.

Item, q; ipsi Notarij subscribere teneantur quaslibet Sententias, per quoslibet Iusdicentes, & Commissarios prolatas, & datas, nec possint opponere, q; ea, de quibus in Ordinibus ipsarum Sētentiarum fit mentio, non existent, nec q; non sint penes Partes extracta in Processu, & hoc sub pœna prædicta, vt supra, cum debeat sufficere, q; semel, videlicet, tempore prolatæ Sententiæ solutum fuerit. Quo tempore, de qualibet Sententia habeant medietatem eius, quod datur Commissario Caussę, &, q; etiam nihil accipere possint pro Coadiutoria, tempore, quo tales Sententiæ

pferũtur, nec ante, nec post, sub pęna, vt supra, & vt supra.

Item, q͂ ipsi Notarij non possint accipere pro Subscriptione Pręceptorum plusquàm Denarios qattuordecim, vt supra dictum est, etiam, si Præceptum esset intrandi in Possessionem, seu quicquid aliud contineret, etiam si esset Præceptum præcipiendi Testibus, q͂ perhibeant Testimonium, quotquot sint numero Testes ipsi, qui in talibus Pręceptis describētur, & non possint accipere nisi Solutionem dictorum Denariorum quattuordecim, prout si esset vnicum Præceptum solum, sub pęna, vt supra, & prout supra.

Item, q͂ Notarii Officij Iudicis Datiorum ad prædicta omnia seruanda, similiter teneantur pro concernentibus dictum Officium Iudicis Datiorum.

Et, q͂ de quolibet non Molestetur faciēdo per Iudicem Datiorum Alicui, sit quid id velit, & quotquot velint, in vno non Molestetur, non possint accipere pro illud subscribēdo, nisi Imperiales duodecim monetæ, nunc currentis.

Et ipsa talia nō Molestetur, indistinctè subscribere teneātur postquàm erunt signata manu dicti Iudicis Datiorum, seu eius Locumtenentis, sub pęna, vt supra, & Syndicari possint, vt supra, & vt supra. Quæ omnes Solutiones, de quibus in omnibus præcedentibus Capitulis dictum est, habeant locum, & s ruari debeant, etiam per quoscunq; Notarios aliorum Tribunalium Ciuilium.

Saluò, q͂ si illi, aliam Limitationem habuerint capiendi minorem Solutionem, illam obseruent. Insuperq; per prædictas Limitationes Solutionum non derogetur aliquibus Exēptionibus, hactenus cōcessis pijs Locis Eleemosynarijs, vel Alijs, sed ille, in eorum Statu, & gradu remaneant.

Item, q͂ dicti Notarij, Datiorum non possint Testes aliquos

recipere, nec examinare, contradicentibus Partibus, aut altera earum, & si aliquos examinabunt de Partium consensu, non possint habere, nisi ad computum Denariorum duodecim monetæ, vt supra nunc currentis Imperialium pro quolibet Folio Testium scripto in modum Processus, computata prima nota, seu Imbreuiatura ipsorum talium Testium, sub pęna, vt supra, & vt supra.

Idem, in omnibus, & per omnia, prout supra dicitur, respectu Notariorum Officio victualium, Stratarum, Pontium, & Aquarum, ac Commissarij, super flumine Nauigij, & aliorum Fluminum.

Item, q̄ dicti Notarij Officio Datiorum nō possint, pro quauis Sententia per Iudicem Datiorum proferenda, sit ipsa Sententia cuiuscunq; summę, & ex quacunq; Caussa, & inter quasuis personas, etiam si plures essent, & in vna, & eadem Sententia nominati, accipere plusquàm libram vnā, & Soldos duodecim Imperialium monetæ nunc currentis, & minus etiam accipere teneātur, inspecta qualitate rei, & personarum, arbitrio ipsius Iudicis, cuius Iudicis Taxationi, respectu minoris summæ librę vnius, & Soldorum duodecim Imperialium, dicti Notarij, stare teneantur.

Item, de qualibet Contradictione facienda, nomine alicuius Communitatis, sit ipsa Communitas qualis velit, non possint accipere dicti Notarij Datiorum plusquàm Denarios decemocto monetæ, vt supra Imperialiū, etiam, Termino computato, siue talis Contradictio fiat contra Denuncias, & pro vna Re, vel pluribus.

Declarando tamen, q̄ dictus Notarius Datiorum, in Datio Turris Credētię, pro Deliurationibus, p̄ Pręcepto cercādi

Imbotaturas, pro Vacheta infilanda, pro Tubatoribus, & Auantagijs, quæ sequuntur super Deliurationibus omnium Datiorum habeat, & habere debeat Solutionem ad monetam nunc currentem.

Idem dicitur pro Comparitionibus, quæ fiunt per Communia Ducatus Mediolani, bis in Anno, Officio Stratatum, q; similiter Notarij Stratarum accipere possint, & debeant ad monetam currentem.

In reliquis verò scripturis tractentur, prout Notarij Ciuilium Notariæ Palatij tractantur.

Item, q; Domini Abbates Collegij Causidicorum, & Notariorum Mediolani, habeant plenam Potestatem, & Iurisdictionem compellendi eos Notarios Caussarum Ciuilium eorumq; Coadiutores, seu Scriptores, & eos cõdemnandi, prout in Literis Magistralibus, datis Mediolani, Die quarto Ianuarij Millesimoquadringentesimo nonagesimo primo, continetur, & fit Mentio.

Et hoc, vltra alias Iurisdictiones, quas habent præfati Abbates per alia Statuta, & per alios Ordines, Tenor verò Literarum Magistralium sequitur, videlicet,

EGREGII VIRI Amici Charissimi, Ex multis plurimorum, Q uærimonijs, qui Ciuiles Caussas in Palatio Prætoris Mediolani agũt, sæpe nobis innotuit, q; Notarij Caussarum ipsarum, vt Effreni, & quadam cupiditate ducti, contra Dispositionem dicti Datij, & Incãtus sui, precium scripturarum, & Actorum, quę in ipsis Caussis fieri cõtingit, vltra debitum extorquent, Cui quidem Deformitati,

Nos pro debito nostri Magistratus Prouisionem adhibere nequaquam in hunc vsq; diem distulissemus, nisi spes retinuisset Nos, quòd ipsi Notarij manum retrahere ab

huiusmodi Extorsionibus indebitis, se abstinere iam tandem debuissent, verùm, crescente in dies Abusione ipsorum, & apud nos nostrumq; Tribunal nondum deficientibus quottidianis Litigantium querelis, qui ad Solutiones indebitas de quibus supra diximus, compelluntur.

Necessario commoti sumus pro indemnitate Rei publicæ, quæ tota in hoc detrimento versatur, vt diutius promissionem, quam animo conceperamus minime differamus, Vt igitur Communi indemnitati Lites, & Caussas in eodem Palatio agentium occurramus, & consulamus.

Hortamur, & oneramus vos, ac etiam Auctoritate nostri Magistratus, vobis præcipimus, & mandamus, quatenus habitis coràm vobis Notarijs antedictis, & eorum, & cuiuslibet eorum Coadiutoribus, qui in Caussis ipsis Ciuilibus scribendi Officium gerunt, eos, & quēlibet eorum Iure iurando astringatis, ne posthac, de Actis, & scripturis subscriptis, quæ in dies per eos notabuntur, & fient vltra limitatam summam pecuniarum, & quantitatem subscripti Datij, & Incantus recipere, aut petere, aliquo pacto, presumant, sub pęna Periurij, & sub ea, etiam, quæ in Ducali Decreto continetur, & Camerę Ducali applicāda, Caussidicos, & Alios quoslibet Caussarum Ciuiliū Solicitatores ad iurandum astringatis, ne sub pęna Periurij Solutiones indebitas, & vltra Datū præmissi Datij per eorum Clientulos fieri, memoratis Notarijs, faciant, neq; consentiant.

Dantes vobis per præsentes, Arbitriū, Facultatem, & Omnimodam Auctoritatem pręcipiendi, mulctandi, & condēnandi quoscunq; ex dictis Notarijs, in genere, & in specie, Qui vltraquàm in eodem Dato Datij contineatur Solutiones pro scripturis earumdem Caussarū receperint, vel aliter Mādatis vestris, circa hanc rem, ipsis, & vnicuiq; eorū faciendis, inobedientes se pręstiterint, & cætera faciendi ad restringendas, & prohibendas indebitas Solutiones

prędictas, quæ vobis pro bono publico necessaria, honesta, & debita videbuntur.

Saluis tamen condictionibus Dati Incantus prædicti, quas veluti ab eisdem Notarijs in exigendo precio transgredi nolumus. Ita etiam debito, & limitato præmio, pro eorum labore fraudar non intendimus. Dat. Mediolani, die quarto Ianuarij. Millesimo quadrigentesimo nonagesimoprimo. Magistri Ducalium Intratarum Aquilanus.

Egregijs Iuris Amicis nostris charissimis Dominis Abbatibus Notariorum Mediolani.

Item, q prædicti Notarij tàm Caussarum Ciuilium, quàm Criminalium, Datiorum, & Victualium, & quorumlibet aliorum Iusdicentium, & Officialium Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, non possint, nec valeant accipere, tàm pro Officiis suis debitè referendo, quàm pro Scriptore pro accopiando, siue exemplando Instrumenta, & alias Scripturas in Iudicio, per aliquam partem producta, seu productas, nisi ad computum Soldi vnius, & denariorum sex Imperialium pro quolibet Folio papiri scripto.

Et, q sit scriptum linearum Triginta, pro qualibet Impagina, & Verborum septem, pro qualibet Linea ad minus. Folium autem processus, scriptum sit, & esse debeat Linearũ vigintiduarum, & literarum ad minus quinquaginta, non computatis Titulis, nec Abreuiationibus, pro qualibet Linea, sub pęna, vt supra, & vt supra.

Notarij autem, & Scribę Caussarum Criminalium Potestatis Mediolani, Capitanei Iustitiæ, Vicariorum generalium Ducalium, Capitaneorũ Seprij, & Martesanæ, & aliorum Iusdicentiũ Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, & quorumcunq; Delegatorum in Ciuitate, & Ducatu Mediolani, non possint, nec valeant, nec aliquis, nec aliqui eorum

possit, nec valeat accipere, vltra infrascriptas Taxationes, seu Limitationes, sub pęna quadrupli, & Restitutionis ei⁹, quod contra huiusmodi Taxationes, seu Limitationes debitè referendo, plus exegerint, pro quolibet eorum, Ducali Cameræ applicanda pro tertia parte, & pro alijs duabus partibus Accusatori, & credatur Accusatori, cum vno Teste fide digno. Quæ quidem Taxationes, & Limitationes, sunt istæ, videlicet,

In primis, pro vna Satisdatione, de non Offendendo, nec offendi faciendo, in Aere, nec in Persona Soldos sex Imperialium soluendos per Requirentem talem Satisdationem. Ita tamē, q̄ si cōstiterit, q̄ ille, qui Requisitus fuerit ante talem Requisitionem, minatus fuerit de offendendo, vel aliter Insultum fecerit contra talem Requirentem, eo casu, Ille, qui soluisset, habeat Ius petendi, & consequendi ab eo Reqsito ipsos Soldos sex Impialiū, quos soluisset, vt supra. Et hoc coràm eo Iudice, coram quo Satisdatio pręstita fuisset, Et ad hoc de Facto, sine alio Processu, compellatur. Et si plures de eadem Familia, & in Communione viuentes, satisdederint, fiat vna tantum Solutio dictorum Soldorum sex Imperialium, & si non steterint in Communione, vt supra, pro quolibet Satisdante, soluatur, vt supra.

Item, Si quis Citatus comparuerit, & fideiusserit super aliqua Inquisitione formata, In qua, de pęna Corporis afflictiua non agatur.
Si plures ex eadem familia in Communione viuentes Inquisiti fuerint, Notarius habeat tantummodo Soldos decem, & Denarios octo Imperialium.
Si autem tales Inquisiti plures fuerint, & non ex eadem Familia, nec in Communione viuentes, tunc Quilibet soluat suprascriptos Soldos decem, & Denarios octo Imperialiū,

& nõ vltra. Et si vnus pro omnibus Comparuerit, & Satis dederit coràm Iudice, tanquàm Defensor, & defensorio nomine, tunc, Notarius habeat tantum modo Soldos viginti unum, & Denarios quattuor Imperialium, pro omnibus.

Si verò vnus tãtummodo Inquisitus fuerit, & comparuerit, & satisdederit, tunc, Notarius habeat tantummodo dictos Soldos decem, & Denarios octo Imperialium.

Si verò, quis Inquisitus comparuerit, vbi pęna corporis afflictiua ingeratur, tunc, duplum soluatur, & non plus. Nec in aliquo casu Notarius, vltra prædictas Solutiones, quicquam accipere possit per se, nec per aliquem Coadiutorem, nec Alium, sub pręτextu Scripturæ Inquisitionis, nec pro ponendo Comparitionem in libro, sub pęna, vt supra, & applicanda, vt supra.

In describendis verò Processibus, etiã in Examinibus Cõstitutorũ, vel Detentorũ, in quibus pęna Corporis afflictiua non ingeratur, pro singulis Folijs, Soldos duos Imperialiũ accipere possint, & nõ plus. In quibus autem de pęna Corporis afflictiua agitur, Soldos tres Imperialium tantum.

Si lata fuerit Sententia per quam aliquis condemnatur in pęna Corporis afflictiua, Notarius nihil à Partibus habeat, Saluò, si sponte oblatum fuerit ipsi Notario, pro ipsa Sententia, non possit Notarius plus habere, quàm Soldos viginti Imperialium.

Si verò, Sententia Condemnatoria, fuerit lata super Delicto, vel Delictis, pro quo, vel quibus non ingeratur pęna corporis afflictiua, nihil habere possit.

De Delicti, seu Delictorum, Remissione, si ea Remissio, vel ante datum Bannum, vel Relegationem, vel eo tempore, quo dari debuerit, facta fuerit, Notarius habeat Soldos

decem Imperialium tantum, nec, aliquo modo, aliud habere possit Notarius, prætextu Denariorum Comparitionis, nec aliter.

Et si Aliquis comparuerit, & sui Delicti, vel suorum Delictorum Remissionem, eodem quoque tempore, impetrauerit, & ea, vno Actu, à Notario, Acta conficiantur, Notarius in totum, habeat Soldos decem Imperialium tantum.

Sed si post Comparitionem, interiecto tempore, Remissio facta fuerit, Dimidium soluatur, Nec de Processibus, aliter, quicquàm possit peti, nec exigi, nisi extrahantur in Processu, ad Requisitionem ipsius Remissi.

Si quis pro eo Delicto, seu eis Delictis, pro quo, vel quibus non ingeratur pęna corporis afflictiua, absolutus fuerit, pro Absolutione, Notarius tantum habeat Soldos decem Imperialium.

Si verò pro Delicto, vel Delictis, vbi corporis afflictiua pęna ingeratur, Absolutus fuerit, Notarius habeat soldos viginti Imperialium, & non plus.

Et si plures, pro eadem Re Inquisiti, & Absoluti fuerint, vnica Solutio sufficiat, ac si vnus solus fuisset Inquisitus, & Liberatus.

Si quis Remissionis Literas præsentauerit antequam Condemnatus sit, Is soldos decem Imperialium Notario soluet, etiam si plures Complecterentur.

Si post Condemnationem, Soldos viginti Imperialium numerabit, & non plus, nec de Processibus exigatur, nisi vt supra.

Pro Testium Receptione, & Interrogatione, vel Examinatione alicuius Incarcerati, si ea Res, de qua tractabitur Vtilitati Cameræ cedet, Notarius nihil habeat.

Pro Inhibitionibus, & Suſpenſionibus, Notarius habeat ſolummodo Soldos decem Imperialium, ſiue Literæ fiant pro vno Actu, ſiue pro pluribus. & ſiue pro vna Perſona, vel pluribus. etiam Communitatibus, & Vniuerſitatibus, Si tamen, poſtea, contingat tolli talem Inhibitionem, vel Suſpenſionem, ipſi Soldi decem Imperialium, computentur in ſequentibus Actibus.

Circa verò Perſonas miſerabiles, Statuitur, q Notarij, & Scriptores, tàm Ciuilium, quàm Criminalium Iuſdicentium, Commiſſariorum, & Delegatorum, Actus, & Scripturæ quælibet, cuiuſlibet generis exiſtant, gratis, & abſq; vlla prorſus Solutione, ſcribantur, & tradantur, ſub pęna, vt ſupra, & vt ſupra.

Secretarijq;, & Cancellarij, ac eorum Coadiutores Literas dent gratis, ſub pœna vt ſupra.

Item, q Inchoato Proceſſu, vel Cognitione inchoata alicuius Delicti, vel Imputationis per aliquem ex Iuſdicentibus Maleficiorum in Ciuitate, vel Ducatu Mediolani, & per Aliquem alium Iuſdicentem Maleficiorum, vt ſupra, ſi procedere contingat, Notarius ſecundi Procedentis, vel Procedere Volentis, vt ſupra, non poſſit accipere, ea occaſione, niſi Soldos quattuor Imperialium ab Imputato, vel Imputatis, & pro ponendo in Actis ſcriptum, vel Literas primi Iuſdicentis, vt ſupra.

Item, q Quilibet habens à Ducali Camera, vel Agentibus pro ea, ſeu à Sereniſſimo Rege Francorũ, & Duce noſtro, vel aliquo ſuo Prędeceſſore in Ducatu Mediolani, Notarius dictorum Officiorum, vel Alicuius, vel Aliquorũ eorum, & voluerit illas, vel aliquam earũ dare Alteri, vel Aliis

ad exercendum, q̄ tunc, de tali Datione fiat publicum Instrumentum, in quo apponatur Sacramentum ipsius exercere Debentis ipsam Notariam, vel ipsorum exercere Debentium tales Notarias, scilicet, q̄ per Se, nec aliquem suũ Coadiutorem, nec Aliquos suos Coadiutores, nec Alium, nec Alios, quicquam petent, nec accipient, directè nec per indirectum, ratione dictorum Officiorum, nec Alicuius eorum, vltra Limitationes factas per Statuta Communis Mediolani.

Et si Iuramentum ipsum, appositum non fuerit, Ille, qui faciet talem Deputationem, Ipso Iure, sit priuatus qualibet Concessione ipsius Officij, ei facta.

Item, si cõtingat per Literas Regales, vel Rescripta, aut Relationes cõmitti alicui Iusdicenti Officiali, & precipuè Capitaneo Iusticiæ, q̄ assumat Informationes, de aliquo Delicto, vel aliquibus Delictis, seu eorum Imputationibus; deinde referat, vel similia, q̄ pro talibus Informationibus recipiendis, & Relationibus faciendis. Ipse Officialis quicquam accipere non possit directè, nec per indirectum, sub pęna Ducatorum vigintiquinq; Ducali Cameræ applicãdorum pro medietate, & pro altera medietate, Accusatori, & exigatur, sine alio Processu, etiam, durante eius Officio.

Notarius verò pro Informationibus, & scriptura earum, nõ possit accipere, nisi prout potest accipere pro Processibus, vt in Statutis, seu Ordinibus continetur.

Et pro qualibet Relatione facienda per Literas. Notarius non possit accipere vltra Soldos decem Imperialium, sub simili pęna, applicanda vt supra, & credatur Accusatori cum vno Teste fide digno.

Item, q̄ Cancellarij, & Notarij, ac Coadiutores Deputati, vel Deputandi ad Officium Exactoris, vel Exactorum

vtriusq; Cameræ, cui Officio de præsenti deputatus est Ioannesantonius de Robecho, non possint accipere Solutiones vltra limitationes factas alijs Notarijs Caussarum Ciuilium, sub pęna, vt supra proximè, & applicanda, vt supra proximè, & credatur vt supra.

Item, q; Si contingat Annullari, seu Cancellari aliquos Processus Criminales ad Officium Magnificorum Dominorum Magistrorum Ducalium Intratarum Extraordinariarum, Notarij, seu Cancellarij dictorum Dominorum Magistrorum, non possint accipere pro tali Cancellatura nisi Soldos decem Imperialium, computato Registro literarum Ducalium, vel Mandati, quarum, vel cuius vigore fiat Cancellatio.

Item, q; si contingat Aliquem puniri Aliqua pęna corporali, Citra mortem, quouismodo in publico, extra Carceres, nō possit postmodum pro aliquibus Expensis cuiuscunq; generis, & maneriei, nec pro Captura, nec pro Sscripturis Introitu, nec Exitu, Corda, Ligatura, Compedibus, Pensione, Carceris, nec aliter, Iterum conduci ad Carceres, sed liberè relaxetur, & in pristina libertate, restituatur.

Confirmata cum ista [illegible] per litteras [illegible] D. Caroli Vicecomitis Cancellarii in [illegible] Januarij 1591.

Saluò, si sibi daretur aliquod Bannum extra Ciuitatem, vel Ducatum Mediolani, vel extra Dominium Ducale, q; non fiat præiudicium ipsi Banno, & saluò, q; si Aliquis torqueretur in publico, & Officialis, de cuius Mandato tortus fuisset, & squassatus vellet ipsum Tormentatum, iterum conduci facere ad Carceres, possit ad ipsos Carceres Iterum conduci.

Item, q; aliqui Notarij Commissariorum, Delegatorum, Syndicatorum, seu Vicariorum generalium, & quorumlibet aliorum Iusdicentium, pro Processibus Ciuilibus non

possint accipere maiores Solutiones, Solutionibus, in præsentibus Statutis, limitatis, pro Processibus Ciuilibus.
Saluò, si alibi in Statutis Communis Mediolani esset sibi taxata minor Solutio, quòd ipsi Notarij stent contenti de ipsa minori Solutione.

Item, quòd vbi supradictum fuit de Notarijs, idem in omnibus, & per omnia intelligatur esse dispositum, de quibuscunque Cancellarijs, & Scribis dictorum Officialium, etiam Delegatorum, vt supra.

Item, quòd dicti Notarij, Scribę, & Cancellarij Caussarum Criminalium, si acceperint aliquos Denarios pro recipiendis Testibus, teneantur eos Denarios taliter receptos, computare in Denarijs Processus.

Pro reperitur autem Sententiarum, siue Bannorum, vel aliorum Processuum, non possint accipere, plusquàm accipere possent pro explendo in publicas formas ea, de quibus fierent ipsa reperitur.
Et hoc, tàm de Præteritis, quàm de Futuris.

Notarij Maleficiorum, non possint scribere aliquas Remissiones aliquorum Delictorum, nec aliquarum Imputationum, quæ fiant per Offensos, nisi prius tales Remissiones factæ fuerint per publicum Instrumentum, vel publica Instrumenta, & fides adhibeatur de tali Remissione per vnũ Pateat, manu propria subscriptum, per Notarium, qui tradiderit dictam Remissionem, seu dictas Remissiones.
Ita tamen, quòd illa Delicta, quæ non possunt per Offensos remitti, non intelligantur per hoc, fieri remissibilia, & Prædicta, contenta in præsenti Statuto, non comprehendãt Notarios Officij Damnorum datorum, & vetitorum.

DECLARATIONES, CORRECTIONES TAXAE, INSTRVMENTORVM, ET SCRIPTVRARVM, ET DE AETATE NOTARIORVM.

CAP. CC. XVII.

STATVITVR, q in qualibet Parte Taxationis ipsius factæ sub Rubrica generali de Statutis nouis, Collegij Notariorum Mediolani. vbi legitur. NOTARIO CHARTAM, ET SCRIPTVRAM SOLVENTE, intelligatur, Parte, Chartam, & Scripturam, Soluente.

Item, in Capitulo ipsius Taxationis, vbi leguntur ista verba, videlicet. PRO VNA INVESTITVRA TEMPORALI, & cætera, hoc modo, videlicet.

ET SI INVESTITVRA TEMPORALIS FVERIT AD ANNOS QVATTVOR, VEL VLTRA, QVOD NOTARIVS HABEAT TERTIVM PLVS. quòd ipsa verba habeantur pro Cassis. & vbi legitur. ET SI FVERIT EMPHITEOTA, & cætera, vbi legitur SOLDOS DECEM IMPERIALIVM, intelligatur, & abinde supra, vsque ad omnem quantitatem, vltra, vt supra, Soldos duos Imperialium, pro singulo cetenario librarum Imperialium, & reliqua contenta in eo Capitulo, cassa, & reuocata intelligantur.

Item, in Capitulo, vbi legitur PRO VNA SIMPLICI VENDITIONE, & cætera, intelligatur, q respectu diuisionis, habeatur ratiò solummodo æstimationis super medietate Bonorum diuisorum.

Item in Capitulo vbi legitur hoc modo. ET PRO RATIFICATIONE TALIVM INSTRVMENTORVM MEDIETATIS intelligantur Soldos sexdecim Imperialium, loco ipsius verbi, Medietatis.

Item in Capitulo, quod incipit PRO VNA SIMPLICI DIVISIONE CREDITI, vbi legitur SOLDOS DECEM IMPERIALIVM, intelligantur Soldi sexdecim Imperialium, etiam, si in ea, adesset Liberatio vnius ex Debitoribus.

Item super Capitulo, vbi legitur PRO VNO TESTAMENTO, vbi legitur SOLVTIONEM, addita esse intelligantur ista verba, vel Expletionem, idest, Alicui datam.

Item in eodem Capitulo, illa copula. ET, quæ est inter verbum Hæredis, & Legatarij, pro non apposita intelligatur, & loco ipsius copulæ, intelligatur. VEL.

Item in eodem Capitulo, ante illud Verbum. SALVO. pro appositis habeantur ista verba, videlicet.

Et, q; Notarius, eo casu, non teneatur explere Institutionem Hæredis, nec Substitutionem.

Et, q; Legatarius habeat Regressum contra Hæredem scriptum, pro Cōsequutione Denariorum per eum solutorum pro Expletione sui Legati, si Hæreditas est soluendo.

Itē, in Capitulo, quod incipit, PRO VNA TVTELA, &c. vbi legitur LITIS GENERALIS, VEL SPECIALIS AD VNAM SPECIALITATEM, ipsa verba habeantur pro Cancellatis.

Item, in Capitulo, quod incipit, PRO ARBITRAMENTIS, vbi legitur ITA TAMEN, QVOD NOTARIVS SOLVM SEMEL, TALE INSTRVMENTVM EXPLERE TENEATVR ILLI, IN CVIVS MAIOREM FAVOREM ESSENT ROGATA, Dicta verba habeantur pro cancellatis, & loco ipsorum verborum, habeantur

habeantur pro appositis, ista verba, videlicet.
Ita tamen, quod Notarius teneatur explere prędicta, vtrique Parti, illa Requirenti, super Salario antea soluto, pro Rogatione ipsorum, ipso secundo, Requirente ipsam Expletionem, Soluente, Notario Soldos duodecim Imperialium, pro eius Mercede examinandi, & subscribendi, & soluente Chartam, & Scripturam.

Item in Capitulo quod incipit. ITEM PRO INFILATVRA CVIVSLIBET ACTVS, SOLDVM VNVM CVM DIMIDIO, Statuitur dicta verba, SOLDVM VNVM, CVM DIMIDIO, habeantur pro Cancellatis, & ibi intelligantur addita ista Verba, videlicet, pro nihilo, & absque aliqua Solutione.

Item, in Capitulo, quod incipit. ITEM, QVOD VALOR, & cætera, vbi legitur, PRO SINGVLO MODIO, post ipsum verbum, MODIO, intelligatur additum hoc verbum, Mixturæ.

Item in Capitulo, quod incipit. ITEM, QVOD EXPLETIS SEMEL INSTRVMENTIS, & cætera, intelligatur addita ista verba, ante verba, si postea, videlicet, exceptis Instrumentis Testamentorum, vel Arbitramentorum, vel Sententiarum.
Et vbi in ipso Capitulo legitur, TERTIAM PARTEM, intelligatur quartam Partem.

Item in Capitulo, quod incipit. SI CONTINGAT, post illud verbum, CONSVLTOR, intelligantur addita, & adesse hæc verba, videlicet, vel Arbiter, vel Arbitrator.

Item, pro Instrumentis explendis per Auctoritatem, tàm

Rogatis ante Calēdas mēsis Ianuarij Anni.M.cccclxxxxix quàm post, Aliud non detur pro ipsa Auctoritate, sed solū prout daretur pro Expletione Instrumentorum, quę non explentur ex Auctoritate.

Item, ꝙ Taxatio ipsa cum pręsenti Declaratione, seu Moderatione habeat locum de Instrumentis, tàm expletis, quàm explendis, & tàm Rogatis, quàm rogandis.

Item, ꝙ expletis Instrumentis, vel Scripturis, & eis Alijs datis, postmodum, de eis non possit allegari per Notarium sibi non esse satisfactum ab eo, cui Data, vel Datæ fuissent.

Item, ꝙ de Pace, vel Remissione Delicti, vel Delictorum, Notarius non possit habere pro Rogatione, & Expletione ipsius instrumēti, vltra Soldos trigintaduos Imperialiū.

Item, ad Declarationem Statuti positi sub dicta Rubrica de Statutis Nouis Collegij Notariorum Mediolani, de Ordine Examinandi Notarios, & cætera.

Statuitur, ꝙ Aetas annorum vigintiduorum, de qua, in Statuto ipso, fit mentio, intelligatur de Notarijs ad omnia laudandis, non autem de Notarijs, qui secundi Notarij appellantur. Respectu quorum secundorum Notariorum fit in Arbitrio Abbatum ipsius Collegij Notariorum, vel alterius eorum, quo ad Aetatem, etiam abinde infra.

Et, ꝙ ipsi secundi Notarij iurent gerere Officium benè, fideliter, & legaliter, ac parere Mandatis ipsorum Abbatum in concernentibus Officium, & notificare Falsitates, & reliqua, vt Iurare tenentur Notarij laudandi ad omnia, excepta Rubrica Instrumentorum.

Notarij autē laudādi ad omnia, soluant pro Fabrica ecclesię Maioris M. li Soldos quinq; Imperialiū pro quolibet eorū.

Item,q vbi in antescriptis Ordinibus Notariorum non reperiantur apposita certa pęna, intelligatur apposita pœna quadrupli eius,quod indebite exigeretur,applicãda Communi Mediolani pro medietate,& pro altera medietate Accusatori,si Accusator aderit.

Aliter,in totum pœna applicetur Cõmuni Mediolani,& vltra, Arbitrio Abbatum Collegii Notariorum Mediolani.

RVBRICA GENERALIS DE ONERIBVS.

DE HIS, QVI TENENTVR SVSTINERE ONERA.

CAP.CC.XVIII.

OMNIA Onera Rusticorum,soluere debeant omnes illi,qui erũt Habitatores Villarum in Festo Sancti Martini alicuius anni, & intelligantur Habitatores Villarum in Festo Sancti Martini,etiam si die Festi Sancti Martini ibi non Habitassent, dummodo,ibi habitauerint ante ipsum Festum, aliquo die,infra octo dies proximè præcedentes ipsum Festum,& post ipsum Festum,citra Festum Natiuitatis Domini,reperiantur ibi habitare cum Familia,vel maiori parte Familię, vel laborabunt, seu laborari facient Terras,à perticis vigintiquinq Terræ supra, ad suas manus, seu suis sumptibus, vsq quo Grossum ab eis seminatum fuerit.

Et vnusquisq suam partem Onerum sustineat,& soluat.

Et hoc,pro illo anno,quo steterit in ea Terra in festo Sancti Martini, vt supra, vel Terram laborauerit, vel laborari fecerit,vt supra,secundum Aestimum suum, quod ibi habet,& habebit.

Et illa Onera,Consules, seu Officiales ipsarum Villarum, Consilio Sociorum suorum, & de Vicinis, tàm Diuitum,

quàm Pauperum, diuidant, quæ Onera soluere debeant omnes homines, præterquàm Capitanei, & Nobiles, & Ciues Mediolani, scilicet de Prosapia Mediolanensi ex Paterna Linea, aut, qui per Habitaculum steterint in Ciuitate Mediolani cum sua Familia annis triginta continuis. Idem in omnibus, & per omnia disponatur de Burgensibus.

DE CERNEDIS SVSTINENDIS.

CAP. CC. XIX.

CERNEDAE fiant in ea Parte, in qua, quis habitabit, tempore ipsius Cernedæ tantum, & si aliter factum fuerit, non valeat, nec teneat, Ipso Iure, & si qua Condemnatio, ea occasione, fieret, non valeat, nec teneat, Ipso Iure, nec exigi possit, aliquo modo.

DE COMPARTITIONE SALARIORVM, ET CERTORVM ALIORVM ONERVM.

CAP. CC. XX.

Quę Munera sint, & an per capita Imponātur Rusticis. B. in. l. pª. C. de Muner. & in quo Loco lib. x Col. 5. in prin. vbi allegat. l. pª. C. de annonis.

SALARIA Vicariorum, Rectorum, Consulum, Officialium, Aduocatorum, Syndicorum, Viandatę, & Victuræ, aliter, quàm pro Exercitu, Fracturę, seu Reapturę Ecclesiæ, Puthei, Viciniæ, Campanæ, & Similium, diuidantur duæ Partes, pro hauere, & Tertia, pro Personis.

DE DIVISIONE, ET COMPARTITIONE, QVAMPLVRIVM ONERVM.

CAP. CC. XXI.

CVSTODIAE, quæ fiunt super Stratis Tensæ, Restitutiones Robariarū, Redemptionum, Damnorum, Homines, & Plaustra, qui, & quæ mādantur, tàm pro Guastatoribus, quàm pro Lāccis, quam etiam Cernedis, ad aliquem

Exercitum, vel Andatam, seu Custodiam, Regolciaturæ Fortiliciorum, Aptaturæ Stratarum, Pontium, & consimilia, & Expensæ quælibet, quę qro prædictis fieri continget, soluantur, & sustineantur per eos, qui ad hoc tenentur, super Aestimis, seu Facultatibus, quę inter se haberent inter Maiores annorum decemocto, & in ea Parte, in qua habitabunt, tempore Impositionis talis Oneris, videlicet, duæ Partes, pro Hauere, & Tertia, pro Personis.

De Onere Salis.

CAP. CC. XXII.

Onvs Salis sustineatur mediũ pro Hauere super Aestimis, & medium pro Personis, inter maiores annis septem, & in ea Parte, in qua, quis habitabit, nisi aliter ex Ordinibus Ducalibus caueatur, vel ex Consuetudine in Villis, & Locis, ac Terris Ducatus Mediolani, hactenus obseruata.

An Comitatenses Onera personalia soluant in cõmitatu, Anch. cõs°. 151. Bal. declarat. cõs°. 139. lib. 4. & An Onus salis sit personale. Rub. cõs°. 21. col. prima, vbi etiam dicẽ, quanto tẽpore vna Cassina præscribit, cõtra Ciuitatem, vel Gabellarios.

De diversis Oneribvs svstinendis omnimode.

CAP. CC. XXIII.

Debita, Expensæ, & Dispendia, aliter quàm, vt supra dispositum est, diuidantur, & soluantur, habito respectu ad Caussam, ob quam, illud debitum euenit.

De his, qvi tenentvr svstinere certas Condemnationes, et poenas.

CAP. CC. XXIIII.

A Condemnationibus, & Pęnis in quas incurretur pro Maleficijs, non Denunciatis, & pro Vetitis, ac Captis, & Depositis, & Sequestris, non benè custoditis, siue non saluatis, & pro consimilibus, Rectores, Consules, & Consiliarij, seu illi, in quibus fuerit Negligentia, siue Malitia, seu

Culpa, per Capita sua, seu numerum personarum, conseruet Communia sua Indemnia, & alios Homines ipsorum Communium Indemnes.

Sed propter hoc non impediantur Exequutiones contra ipsa Communia, & Homines, quæ alias fieri possint.

De eodem.

Cap. CC. XXV.

Omnia Banna, Omnesq; Condemnationes, Inobedientiæ, Pęnæ, Damna, Expensę, Solutiones, & Dispendia, in quas incurrerent, occasione illorum, qui non soluerint sua Debita, & consimilia, sustineantur, & soluantur per illos, quorum occasione incurrerent, pro rata Parte eius, ad quod tenentur, congruè referendo.

Ita tamen, q; per hoc non impediantur Exequutiones contra ipsa Communia, & Homines, quæ alias fieri possent.

Quod Cives, aut Nobiles non teneantur sustinere certa Onera.

Cap. CC. XXVI.

Cives, aut Nobiles non teneantur sustinere Onera Guastatorum, nec Plaustrorum mittendorum ad Exercitum, de mandato Domini, vel Communis Mediolani, nisi specialiter Ordinetur, vel contineatur in Præceptis, quod Ciues, & Nobiles teneantur ad illa Onera.

De generali Divisione Onerum non Determinatorum in Statutis.

Cap. CC. XXVII.

Alia verò Debita, Expensę, Solutiones, & Dispédia, quæ incurrent, aliter, vel alia de Caussa, quam determinatū

sit secundum Formam pręsentium Statutorum, soluantur, & diuidantur, habita respectu, per Comparationem, ad alia Statuta facta, super Oneribus sustinendis.

QVOD ILLI DE EADEM FAMILIA, TENEANTVR AD CONTRIBVTIONEM ONERIS IMPOSITI VNI EX EIS, LICET ALII NON SINT NOMINATI.

CAP. CC. LXXVIII.

FRATRES, Sorores, Patrui, Nepotes, Cognati, & Cognatæ, & Cæteri de Familia eadem, si vni ex eis facta sit Impositio Oneris, simul teneatur ad Contributionem illius Oneris, pro rata Bonorum inter se, licet specialiter nominati non sint, & hoc, nisi alibi reperiatur facta esse Impositio, Tallea seu Aestimum.

DE IIS, QVI TENENTVR SVSTINERE ONERA PRO FACVLTATIBVS DIMINVTIS.

CAP. CC. XXIX.

SI cõtingeret, q̃ ex Successione aliqua diminuatur Facultas alicuius, & crescant Facultates alterius, teneatur Iudex cum super hoc dignam habuerit Informationem, diminuere Aestimum illius, cuius Facultates fuerint diminutæ, & accrescere Aestimum illius, cuius Facultates creuerint, occasione prędicta, eatenus, quatenus fuerint illa bona, quę translata fuerint, vel occurrerint trasferenda de persona ad Personam, vt supra.

Idem per Omnia locum habeat, si Aliquis de Familia, cuius Caput fuerit Aestimatum cum aliquibus Bonis transtulerit, vel qualitercunq; recesserit extra illam Familiam.

QVOD DIVISI SOLVENTES PRO SVA PORTIONE, NON TENEANTVR PRO ALIIS.

CAP.CC.XXX.

SI fuerint plures, quibus Impositio aliqua facta sit, vel fiet communiter, & sint diuisi, & diuisim, seu separatim habitent, tẽpore Oneris Impositi. Quilibet eorum obediẽs, pro sua rata Portione sit liberatus à residuo, nec pro Alio, vel Aliĳs possit molestari, saluò Iure, Cameræ Ducalis.

DE IIS, QVI POSSVNT HABITARE IN DVCATV PER CERTA TEMPORA ABSQVE EO, QVOD TENEANTVR SVSTINERE ONERA

CAP.CC.XXX.

QVILIBET Ciuis habitator Mediolani possit ire cũ Familia sua extra Ciuitatem Mediolani ad habitãdum in quãlibet Parte Ducatus Mediolani, vbi habet Possessiones suas, vel Prędia sua, aut Cõductas, vel Conducta, & ibi possit stare, à Calendis Maiĳ, vsq; ad Festũ Sancti Martini, absq; eo, q̃ teneatur soluere, & sustinere aliquid cũ Nobilibus, vel cum Cõmunitate, tàm Nobilium, q̃ Vicinorum de Condiciĳs, & Oneribus, quæ imponerẽtur Cõmunitati Nobilium, vel Communitati, tàm Nobilium, quàm Vicinorum, nisi laborauerit, vel laborari fecerit Terram ad suas manus, vel suis sumptibus, vltra Perticas vigintiquinq;. Saluò, q̃ semp teneatur, quousq; ibi habitauerit cũ Familia, vel maiori Parte Familię ad Saluamẽtũ Terrę, vbi steterit. Si vero vltra prædicta Tempora, ibi habitauerit cum Familia, vel maiori Parte Familiæ, vel si, etiam intra dicta Tẽpora laborauerit, vel laborari fecerit ad suas manus, vel suis sumptibus, vltra perticas vigintiquinq;, vt supra, teneatur sustinere Onera, & Condicia cum Communitate Nobilium, si fuerint ibi Nobiles, vel cum Communitate Vicinorum, si ibi non fuerint Nobiles, sed Vicini tantum.

Gl. Ord. in Li. Quies. C. de Incol. lib. 10. Bal. cõs°. 139. vbi quis fortit' lib. 2. Anch. cõs. 351. pro intelligentia, com. cõs°. 155. lib. primo.

Et hoc pro toto Tempore, quo ibi steterit, & habitauerit cũ Familia, vel maiori Parte Familiæ post dictum Festum Sãcti Martini, etiam, si Terras, suis manibus, vel suis sumptibus, non laborauerit.

Et intelligatur, ibi habitasse, si reliquerit ibi Filium, vel Filios, vel Aliquos, Descẽdentem, vel Descendentes, vel Vxorem, vel Nurum.

Eodem modo, teneatur ille, qui etiam intra dicta Tẽpora habitauerit in Terris, vel Locis Ducatus Mĩi, si laborauerit, vel laborari fecerit Terras ad suas manus, seu suis sumptibus, & expẽsis, vltra quantitatẽ Perticarum vigintiquinq;.

Et hoc, vsq; ad id, quod teneretur Massarius, qui laboraret illas Terras per respectum ad quantitatem Terræ, quam ipse Dominus laboraret, seu laborari faceret ad suas manus, seu suis sumptibus, & expensis, vt supra.

Saluò, ꝙ per hoc Statutum non fiat præiudicium Alicui, qui Ius aliquod haberet non soluendi.

QVOD NOBILES PER SE, ET VICINI PER SE TENEANTVR SVSTINERE ONERA.

CAP. CC. XXXI.

SI aliqua Onera Condicia, vel Condemnationes fuerint imposita, vel impositæ, vel facta, vel factæ, de aliqua Plebe, vel super aliqua Plebe, quæ Condicia, Onera, vel Condẽnationes, tangant, tàm Nobiles, quàm Vicinos, vicinis soluentibus suas Contingentes Portiones, seu Partes, non cõpellant̃, aliquo modo, ad soluendũ ꝓ Nobilibus, seu Partibus eis tangẽtibus, sed Ipso Iure, sint liberati, & e. cõuerso.

Et, si vicini paterentur aliquod Damnum, vel Expensas pro eo, quod Nobiles non soluerent, totum restituatur per Nobiles ipsis Vicinis, & e. conuerso.

Et, si Burgus, vel Locus, Castrũ, & qlibet alius Locꝰ soluerit suã Partẽ de Oneribus, & Cõdicijs, & Condemnationibus

3

factis,& impositis de Plebe, & super Plebe sua, non possit vlterius pro ipsis Oneribus, & vt supra molestari, inquietari, nec aggrauari, sed, Ipso Iure, sint liberati.

Et, si fuerint Nobiles in Loco, vel Burgo, vel vt supra, & Onera, Cōdicia, vel Condēnationes fiant, & imponātur sup ipso Loco, vel Burgo, & vt supra, tantū, & nō sup Plebe, quę tāgant tā Nobiles, q̄ Vicinos, similiter, soluentibus Vicinis suā Partē non teneātur, nec molestentur pro Parte pertinenti Nobitibus, sed, Ipso Iure, sint liberati, & econuerso.

Et, si quis Exequutor, vel Rector cōtra p̄dicta fecerit, incurrat Ipso Facto, pęnā librarum quinquaginta Imperialium.

Et, si fuerit alius Officialis, qui contrafecerit, condomnetur, qualibet vice, in libris vigintiquinq; Imperialium.

Et Iudex, qui erit Deputatus ad Syndicandum Officialem de prædictis inquirere teneatur, & condemnare, & facere restitui omnes Expensas, & Damna illis, qui fecissent Expensas, vel Damna habuissent, occasione prædicta, quæ pœnæ, de quibus supra, applicentur pro medietate Communi Mediolani, & pro altera medietate, damnum Passo.

Et, si Quæstio oriretur inter Nobiles, & Vicinos de Parte, teneatur Iusdicens infra decem dies, ex quo fuerit Denunciatū, Ordinare, & Determinare, quæ Pars pertineat Nobilibus, & quę Pars pertineat Vicinis, & si nō concordarētur de hoc, infra decem dies cōpellantur Nobiles, & Vicini per Iusdicentē ad concordandū inter se, captis Pignoribus, & omnibus aliȷs, Iuris remediȷs, vel teneatur committere Aliquibus Probis Viris, qui eam Diuisionem faciant.

DE EODEM.

CAP. CC. XXXII.

SI Burgus, uel Locus esset diuisus per Partes, illa Pars, quæ soluerit suam Partem, non teneatur vlterius ad Expensas, nec Damna, quæ fierent, & paterentur, occasione,

illius Oneris, vel Datij, vel Condemnationis, cuius Caussa soluerit suam Partem, seu obedierit pro sua Parte, Et Rectores, seu Exequutores, vel Officiales teneantur recipere illam suam Partem Volentium satisfacere, & omnes Alij de Alia Parte compellantur per Iusdicentem summariè, & sine strepitu Iudicij, & Datione Libelli, Officio suo ad restituendum omnes Expensas, & omnia Damna integraliter, quæ incurrerēt, vel obuenirent super Communi, Burgi, vel Loci, vel Illis, vel Aliquibus ex illis, qui soluissent, seu super illa Parte, quæ soluisset pro suis, vel super illis, vel aliquo de illa Parte, secundum quod casus occurrerit, Et rectores, seu Exequutores, Iusdicentes, si inde fuerint Requisiti, teneantur, & debeant compellere in continenti, cum eis, vel Alicui eorum fuerit denunciatum, summariè, sine strepitu, & figura Iudicij, vt supra, ad Requisitionem illius Partis, vel alicuius, vel aliquorum de illa Parte, quæ soluerit, Alios de Parte, quæ non soluerit in simul, vel diuisim, ad restituendum omnes Expensas, & Damna quas, & quæ passa fuisset Pars, quæ soluit, seu Ille, vel Illi de illa Parte, quæ soluerit, seu Commune illius Burgi, vel Loci, de quo esset illa Pars, quæ non soluisset.

Ita, q̃ Obediētes, & Soluētes omnino sine Dāno cōseruent̃ ad expensas Inobedientis, De quibus Expēsis, Damnis, & Interesse, credat̃ Sacramēto Syndici illi⁹ Burgi, vel Loci, si Burgus, vel Locus fuerit passus illud Damnū, & Sacramēto Syndici illius Partis, quę soluerit, si illa Pars, quę habuerit illud Damnū, haberet Syndicum, vel tribus de illa Parte, si nō haberet Syndicū, Taxatione Iudicis p̄habita.

Et, si Iudex, qui Requisitus fuerit de prædictis negligens fuerit, incurrat, Ipso Iure, pœnam librarum vigintiquinq; Imperialium, applicandam, vt supra, qualibet Vice.

Et si Cōtentio esset inter illas Partes alicuius Burgi, vel Loci, Ita, quòd inter se non concordarent de Facultatibus

habendis. Iusdicens compellat quamlibet ipsarum Partium propalare suas Facultates, vt sciatur quantum debet soluere, & sustinere vnaquæque ipsarum Partium.

Et hoc, postquàm ipsi Iudici fuerit Denunciatum per vnam Partem, seu per aliquã de ipsis Partibus Nõ obstãte, quòd Alij velint recusare, sub prætextu, quod non esset alia Pars.

Et hoc faciat ipse Iudex ex Officio suo, captis Pignoribus, & Mulctam indicendo, & alijs modis, & remedijs Iuris, quibus melius poterit.

De eodem.

Cap. CC. XXXIII.

Si quis de aliqua Vniuersitate Burgi, vel Loci Ducatus Mediolani, vel de alia Vicinantia, Ducatus Mediolani cõparuerit coràm aliquo Iusdicente, & exposuerit, quod in sua Vniuersitate sint aliqui Potentes, vel Magnati, vel qui aggrauant eum, & alios suos Vicinos, volentes soluere, & sustinere eorum contingentes partes suæ Vniuersitatis, nec Communi Mediolani, obedire, prout debent.

Ita, quod Commune, illius Vniuersitatis, seu Terræ desertum, seu deserta redditur, & petierit ab eo Iusdicente Aestima Homini illius Terrę, vel Vniuersitatis coràm ipso Iusdicente fieri, teneatur, & debeat ille Iusdicens, cui fuerit expositum, vt supra, cogere illud Commune, seu Vniuersitatem, & Homines eiusdem, ad eligendum Aestimatores, qui illa Aestima, in præsentia ipsius Iusdicentis faciant, & factis illis Aestimis, quilibet de ipsa Terra, seu Vniuersitate, compellatur soluere suam contingentem Partem Onerum illius Terrę, vel suę Plebis, vel alterius Vniuersitatis, & soluta sua contingenti Portione, non possit aliquis de ipsa Terra, vel Vniuersitate, quouismodo, cogi ad soluẽdũ pro ipso Cõmuni, vel Vniuersitate, nec pro alijs suis Vicinis, sed pęnitus, ab ipso Onere, sit absolutus, & liberatus.

De conservando Indemnem illum, qui sustinuerit Damnum pro alieno defectu, vel negligentia.

Cap.CC.XXXIIII.

SI aliquod Commune, vel Vniuersitas, Cõdemnationem, vel Damnum sustinuerit pro alicuius singularis Personæ illius Vniuersitatis, vel Communitatis Maleficio, Negligentia, Contumacia, vel Defectu, ꝙ Ille, cuius Caussa sustinerentur illa Damna, & Condemnationes, teneatur ad conseruandum Indemnem, & Indemnes ipsa Communia, Consules, & Personas eorum Communium.

Qvod Commvnia non teneantvr extra svvm Territorivm obedire Datiariis.

Cap.CC.XXXV.

COMMVNIA non teneantur extra suum Territorium ad Petitionem Datiariorum, Ire ad aliquam Exequutionem, nec ipsos extra suum Territorium teneantur associare, nec in aliquo eis obedire.

Cvm qvibvs Terris, Cassinae teneantvr svstinere Onera.

Cap.CC.XXXVI.

OMNES Cassinæ, & omnia Molendina, Follę, Pistæ, Trauersæ, Malia, & Reseghę, ab aqua Ducatus Mediolani, teneantur soluere, & sustinere Onera, & Condicia, cũ illis Burgis, & Locis, in quorum Territorijs sint.

Et si Dubium emerserit, de quo Territorio sint, teneantur sustinere Onera cum propinquiori Terra, vel Loco, nisi per quinq; annos ad minus, sustinuerint Onera cum alio Loco, vel Terra.

Et tunc, quo ad onera, intelligantur esse de Territorio illius Terræ, vel Loci, cum qua, vel quo sustinuerint, vt supra.

Rub. ꝯs°. 21. & an sufficiāt anni. 40. Tex. in . l. fi. ad fi. C. de fund. patr. lib. 11.

Saluò, ꝙ si aliqua Cassina posita in aliquo Territorio, vel si Dubium fuerit de quo sit Territorio, fuerit per decénium continuum in Possessione, seu quasi, libertatis non soluendi Onera cum aliqua Terra, vel Loco, habeatur pro libera, nec aliqualiter possit inquietari occasione Onerum, quæ imponerétur Terrę, in cuius Territorio, fuerit, seu illi Terrę, cui fuerit propinquior, quando est dubium, vt supra.

Et saluò Iure Pactorum, quæ aliqua Cassina, vel Dominus, vel Domini eiusdem habuerit, vel haberet, seu haberent, si qua haberent, cum Communi, Terræ, vel Loci, cum qua ipsa Cassina soluere, & sustinere deberet, secundum Formā principij huius Statuti.

Et hoc Statutum non habeat locum in illis Cassinis, quæ essent separatæ ab alienis Territorijs, solitis de per se sustinere Onera, nec habeat locum in illis Cassinis, de quibus in sequenti proximè Statuto fit Mentio, nec in alijs Cassinis hactenus ædificatis, durantibus temporibus Immunitatis, ex Forma Statutorum. Finitis autem ipsis temporibus limitatis Exemptioni, ex Forma Statutorum Communis Mediolani, Statutum præsens habeat locum.

De Immunitate Cassinarum.

Cap. CC.XXXVII.

Barb. Inti. ꝯs°. Alex. ꝯs°. fi. per totum lib. 4.

SI contingat de cętero, de nouo ędificari Cassinam, vel aliā Habitationem in Territorio alicuius Burgi, vel Loci, lōgè ab ipso Burgo, vel Loco, saltem per medium miliare, illa Cassina, seu Habitatio, ac etiā Habitatores ipsius Cassinę, vel Habitationis, sint, & esse debeāt Immunis, & Immunes ab omnibus Oneribus Communis ipsius Burgi, vel Loci, vsq; ad annos vigintiquinq;, à tēpore cępti Aedificij, cōputandos, & hoc duntaxat, respectu Onerum Personalium.

Onus Salis quomodo diuidatur super psonas, & super hauere, sup. fo. cap.

Respectu verò Onerum Realium, & mixtorum, sint Immunes, & Exempti ibidem Habitantes pro Bonis duntaxat, quæ tempore cępti Aedificij, vt supra, vel per menses sex ante erant inculta, & non laboratiua.

Et Volentes vti Beneficio huiusmodi Immunitatis, teneantur comparere ad Officium Prouisionum Cōmunis Mediolani, primo anno, quo Aedificium ipsum inchoari, vel fieri fecerit, q̃ gaudere Intēdūt Immunitate p̄ntis Statuti.

De Fodro, Oneribus, et Datiis non imponendis.

Cap. CC. XXXVIII.

DE cæterò non imponatur Fodrum, Tallea, Mutuum Datium, Onus, nec Aestimum per Commune Mediolani, nec aliquid aliud, infraudē, aliquo quæsito colore, nisi quatenus per Dominum, Dominum nostrum Mediolani fuerit ex Caussa visum vtile, vel necessarium, sub pęna Contrafacienti librarum quinquecētum Imperialium, pro quolibet, applicanda Communi Mediolani, & illud, quod fieret in contrarium, nullius sit Valoris.

Quod Suburbiani non teneantur, nisi, ut Cives.

Cap. CC. XXXIX.

ANTIANI Burgorum, Ciuitati Mediolani Coniunctorum, nec Corporum Sanctorum Mediolani, nec Communitates eorum, & illi, qui in eis habitant, non teneantur ad aliqua Onera, vel Factiones, nec ad aliqua Alia, nisi sicut tenentur alij Ciues Mediolani, qui habitant in corpore Ciuitatis, nec ad aliqua Deposita, nec Robationes, nec Sequestrationes, nec Aestimationes, quæ non possint fieri de eis, nec super eis, nisi sicut fit, & potest fieri de Habitantibus in corpore Ciuitatis.

Et si aliter fieret, non valeat, & sit irritum, non obstantibus aliquibus Exceptionibus, quod Statutum, non habeat locum, respectu Sequestrorum, & Depositorum, quę ex Forma Statutorum Cõmunis Mediolani, penes eos fieri possunt. Nec habeat locum in his, quæ in contrarium ordinata sunt, seu in futurum ordinabuntur per Dominum, Dominum nostrum Mediolani.

Si per Decreta Ducalia, vel Ordines Ducales reperiatur circa Onera aliter quàm per præsentia Statuta, esse dispositum, seruentur, & seruari debeant ipsa Decreta, & Ordines Ducales, quo ad ipsam Cameram tantum.

RVBRICA GENERALIS DE AQVA, ET IVRE MOLENDINORVM, ET DE STRATIS.

QVOD HABENTES ANTIQVAM SEDEM MOLENDINI, POSSINT ILLVD MOLENDINVM CONSTRVERE, NVLLA OBSTANTE TEMPORIS PRAESCRIPTIONE.

CAP. CC. XL.

An sufficiat nominare Molendinum, & comprehendantur Aquæ, & Molæ, & omnia Instrumenta. Roin. 75°. 94. n°. 8. libro. 4.

SI quis Sedem Molendini habeat, quamquàm longissimo tempore, seu tanto tempore, cuius Initij memoria non existat, steterit, quod illud non construxit, & inferior, vel superior Vicinus aliud Molendinum ædificauerit, vel aliquid aliud fecerit, quod antiquo Molendino, seu antiquæ Sedi noceat, etiam si triginta, vel quadraginta annis illud possedit, vel sine aliqua Interruptione tenuerit, Domino veteris Molendini, seu Sedis antiquæ non obsit, quominus, in statum antiquum suum possit Molendinum construere, & possit Superiorem, & Inferiorẽ Vicinum cogere, vt omne Opus,

An potuerit per Statu. Induci, Roin. 75°. 191. n°. 11. lib. primo.

Opus,ab eo factum,quod antiquæ Sedi,seu antiquo noceat Molendino,destruat,nulla obstante temporis Prçscriptione,cum de antiquo Molendino,seu de antiqua Sede,constet,vel ipsum ibi antiquitus fuisse,vel stetisse appareat,vel aliqua vetustatis Molendini veteris Signa,seu Vestigia appareant.

DE FODENDO,ET PVRGANDO LECTVM AQVAE IN FAVOREM MOLENDINI,ET QVALITER POTEST CONDVCI AQVA AD PRATA IRRIGANDA.

CAP.CC.XLI.

MOLENDINORVM Caussa,quorũ Fauor publicus est,Iure nostro Municipali,alia Regula appbata est,vt qui Molendinũ habet,possit Alueũ fodere,purgare,Limã secare,Lutũ pijcere,ab vtraq; Parte,ppe Ripas dextrorsum,& sinistrorsum,& omne Obstaculũ,quod esset in eo Alueo nociuũ ipsi Molẽdino si nocet antiquo Molẽdino remouere,nõ obstante aliqua Præscriptione,Inuitis,etiã,illis,qui prope Ripas,etiam ab vtraq; Parte,Prædia possident.Et hoc,vsq; ad inferius Molẽdinum.Sed,& illi q Prata irrigare possunt,& volũt prohibere nõ possunt,ne hoc faciat.Et Iusdicens Molendinorum,fauore,pœnam possit apponere librarum sexdecim Imperialium,si contrafactum fuerit,& Camparios ad custodiendum Aquam deputare,excepto,si cui permissum foret Prata irrigare,vel per Sententiam,aut alio legitimo modo,& excepto,q; quilibet Habens Ius deriuandi Aquam possit tenere Obstaculum,die Sabbati post occasum Solis,vsq; ad ortum Solis secundæ Feriæ,eo intellecto,q; per hoc Statutum non acquiratur Ius irrigãdi,nisi,vt supra,nec auferatur illi,qui Ius habet irrigandi.vel nisi tempore plenæ.Quibus temporibus plenæ,seu plenarum prædicta non seruantur.

Et idem habeat locum in Vigilijs beatę Marię,& Apostolorum,& aliorum Festorum Principalium.
Quibus Vigilijs,ab Occasu Solis, vsq; ad Ortum Solis sequentis Diei post illud Festum possint Prata irrigari,vt supra per Habentes Ius deriuandi,vt supra.

QVOD PENES FLVMEN PVBLICVM NON FIAT CAPVT SORCEDILIS.

CAP.CC.XLII.

NVLLVS de cætero possit facere Caput alicuius Sorcedilis penes Flumen publicum, per Citatas quatuor sub pęna librarum centum Imperialium cuilibet Contrafacienti applicandarum,Ipso Iure,Communi Mediolani.
Et vltra teneatur Contrafaciens,suis expensis,reduci facere Opus in Pristinum Statum.

QVOD PENES FONTANILE NON FIAT ALIVD FONTANILE.

CAP.CC.XLIII.

Late. Ias.28°.150. Lib. 2°. dat modum numerandi Brachia.

PENES aliquam Testam Fontanilis non possit fieri alia Testa Fontanilis per Brachia trecentum ad Brachiū Terræ,& si contrafactum fuerit,Contrafaciens incurrat pęnas, de quibus in præcedenti Statuto fit mentio. Et reliqua faciat,prout in proximo præcedenti Statuto continetur.

QVOD IN FLVMINE PVBLICO NON FIAT OBSTACVLVM.

CAP.CC.XLIIII.

IN Flumine Publico non remaneat,nec teneatur de cætero aliqua Clusa,vel Obstaculum. quominus aqua fluat liberè per Flumen Publicum.
Et,si adsit,quilibet,sua auctoritate,impunè possit remouere, & remoueri facere.

Et insuper, quilibet Iusdicens teneatur, & debeat postquàm ei denunciatum fuerit, remoueri facere.
Saluò Iure Molendinorum, & saluo Iure illorum, qui habent legitimum Ius tenendi ipsum Obstaculum.

QVALITER LICEAT DVCERE AQVAM AD TRANSVERSVM FLVMINIS, VEL RVGIAE, VEL SORATORIS, NON OBSTANTE CONTRADICTIONE VICINI SVI.

CAP. CC. XLV.

AD transuersum Fluminis, tàm Publici, quàm Priuati, vel alicuius Rugię, vel Soratoris, non obstante Contradictione alicuius Prætendentis habere Ius in Conductu dictæ Aquæ Fluminis, Rugiæ, vel Soratoris, liceat Vicino, habenti Terras ab vtraq; Parte, Aquam ducere.
Et hoc, impunè facere possit, & sub Forma infrascripta, videlicet, per Canalem superponendũ, vel Canales superponẽdos ad dictũ Flumen, vel Rugiã, vel Soratorẽ, absq; lęsione decursus Aquę dicti Fluminis, vel Rugię, vel Soratoris.
Et eodem modo, liceat Vicino, habenti Terras ab vtraq; Parte, vel si ab vna Parte habeat Terram, & ab alia sit Via, ad transuersum dicti Fluminis, Rugie, vel Soratoris, Pontem facere, & manutenere.

DE EODEM.

CAP. CC. XLVI.

LICEAT Vnicuiq;, & licitum sit etiam Conducere, & Deriuare, seu Conduci, & Deriuari facere Aquam sub Alueis, quoruncunq; Habentium Ius Aquæ ducendæ, fieri faciendo quæcunq; Cauamenta oportuna, & necessaria.
Ita tamen, quod per talẽ conducere Volentem, fiant Aquæductus oportuni, de lapidibus, & Cemento, vel Lignamine

prout fieri poterit cum minori Detrimento talis conducere Volentis, qui Aquæductus fieri debeant, vt præmittitur, Lapidibus, & Cemento, aut Lignamine, ad Electionem, & Arbitrium eligendi per Dominum Vicariũ Prouisionũ.

Ita tamen, quod Firmi, & Stabiles sint, & Aquę illorum, qui per Alueum superiorem, Ius ducendi habent, possint, & valeant liberæ decurrere, absque eo, quod vlla Pars ipsius aquæ diuertatur, seu decidat inferius, quē quidem Aquæductum, teneantur, & obligati sint tales Conducentes, semper, & omni tempore, manutenere Firmum, & Illæsum.

Ita, vt Conducenti aquam desuper, nullum per hoc Præiudicium possit generari in Aquæ suæ Decursu.

Qui Aquæductus, taliter construi debeant, quod Alueus ipse superior, nec eleuatus, nec depræssus, vltra solitum, remaneat, sed Aqua dicti Aluei superioris, iuxta solitum libere, & absque vllo impedimento, decurrat.

Et pro tollendis discordijs, primò, ante ipsam Fabricationem adsit Fabricationi prædictorum vnus Deputandus per Dominum Vicarium Prouisionum, Confidens Partium, vel vnius in Contumaciam alterius, qui in talibus sit Expertus, qui modum det circa prædicta.

Et, si aliqua Partium, ab eius Ordinatione fortè querelauerit, de huiusmodi Querela cognoscatur per ipsum Dominum Vicarium, qui eam reijciat, vel admittat, & deinde Rem moderetur, & reformet, vt sibi videbitur.

Liceat tamen, & licitum sit omni tempore, Habenti superiorem Alueum, ipsum fundare, si id sibi necessarium, & vtile fuerit, absque Contradictione Habentis inferiorem Aquæductũ.

Quo casu, talis Habens Aquæductum inferiorem, teneatur, suis expensis, ipsum inferiorem Aquæductum, ita aptare, & etiam fundare, vt nullo modo, obsit, vel obesse possit Habenti Alueum superiorem.

Et, si super prædictis contigerit oriri Differentiam. Primò, videatur, & declaretur per ipsum Dominum Vicarium, seu per Aliam Personam Confidentem Partium, seu vnius in Contumaciam alterius, per ipsum Dominum Vicarium eligendam, & in talibus expertam, antequam possit ad talem Nouitatem deueniri.

DE AQVIS CONDVCENDIS. CAP. CC. XLVII.

An sit Correctorium, aut Limitatoriũ Iuris Rub. ꝯs° 92. vbi etiam habes an respiciat publicã vtilit. vid. & Constituti. In tit° de Aquis, & flu. lib. 4. Et multa trad. Veron. in tit°. de Seruit. rust. præd. C. de seruit. aqued. col. 48 vl. vlterius quæro. Et Ias. ꝯs°. 150. lib. 2.

OMNIBVS, & singulis Habentibus Ius, & Facultatẽ Aquæ deriuandæ, tàm ex Fontanilibus, quàm aliter, liceat ipsam Aquam deriuare, & conducere, seu deriuari, & conduci facere, cauando Clusas, & alia quælibet necessaria faciendo, per quascunq; Terras, & Possessiones cuiuslibet Personæ, Communis, vel Vniuersitatis, Ducatus Mediolani, & per Vias publicas, & etiam priuatas, & Accessia, & etiam deredente, & secus vias Publicas, ad minus, tamen Damnum, & Incommodum Partium.

Ita, ꝙ liber sit ipsius Aquæ decursus, ipsis tamen, deriuantibus, & Conducentibus, prius soluentibus omne, & totum illud Terrenũ, quod occupabitur in ipsis Cauamentis, ex Terreno alieno, ad ęstimationem duorum, vel plurium Virorum, in talibus expertorum, per Partes eligendorum.

Et hoc, tàm respectu Precij, & Valoris Rei, quæ occupabitur, quàm etiam Damni dandi, quod æstimari possit, vsq; in duplum, & non vltra.

Et quilibet Conducentes, & Deriuantes huiusmodi Aquã, & Quicunq; ea gaudentes, teneantur, & debeant facere, & manutenere Pontes, & Soratoria, & Aggeres, ac alia necessaria, prout expediens fuerit.

Ita, ꝙ Prædia, & Possessiones aliorum, ex ipsa Aqua conducenda, maximè Temporibus pluuiarum, non habeant inundare, nec aliquod Damnum supportare, nec etiam Stratę

Viæ Publicæ deuastari possint.

Ita,q; Pontes construendi,& manutenendi super Stratis,& Vijs Publicis,fiant de Saricio, vel de Lapidibus coctis,& fortibus,& Cemento,ac in bono Ordine,& debeant Ingerari,& hoc,in electione facere Debentis.

DE EODEM.

CAP. CC.XLVIII.

NVLLVS cuiuscunq; Conditionis, vel Status existat, vltra Formam Statutorum Communis Mediolani,debeat, nec possit immittere aliquam Aquam super Stratis Publicis,vel iuxta Stratas Publicas,per quàm Stratæ deuastentur,vel deteriores fiant,nec aliud facere,nec fieri facere in deteriorationem ipsarum Stratarum, nec per quod ipsæ Stratæ deuastentur,nec deteriorentur.

Et,si quis contrafecerit,condemnetur in libris quinquaginta Imperialium,& pluribus,inspecta qualitate Rei,arbitrio Iudicis Stratarum, applicandis Communi Mediolani,& vlterius compellatur,sine aliquo Processu,ad refectionem ipsarum Stratarum,& ad tollendum, seu reformandum omne Opus,per quod ipsæ Stratæ deteriores fierent, vel factæ erunt.

Et pro prædictis,omnia eius Bona sint Communi Mediolani obligata.

Et hoc,si Contrafaciens fuerit Subditus Potestati Mediolani,vel Iusdicentibus Ducatus Mediolani.

Si verò non fuerit Subditus,vt supra,liceat vnicuiq; impunè auctoritate propria,remouere,& remoueri facere omne id,cuius occasione,Strata in aliquo lædatur.

Et,si super hoc data fuerit Accusa,vel Querela,aut Denūcia ad Instantiam alicuius non Suppositi, vt supra, vel aliter, per nullum Iusdicentem recipiatur,& Processus factus,in contrarium,non teneat.

DE EODEM.

CAP.CC.XLIX.

NVLLVS possit conducere Aquam extra Ducatum Mediolani, nec extra Terras Communes, ad alia Territoria, nisi prius ipsa Aqua seruiuerit Molendinis, & Irrigationi Pratorum Ducatus Mediolani, & Terrarum Communium, debitè referēdo, quibus commodè, seruire possit, sub pœna Amissionis cuiuscunq; Iuris, quod habuerit, seu habuerint, Ille, vel Illi, qui contra fecerit, seu cōtrafecerint.

De hoc ṽbo vid. In l. nepos proculo .ff. de verb. Sign. vbi Alcia.

DE FOSSATIS FACIENDIS PER HABENTES TERRAS IVXTA STRATAS.

CAP.CC.L.

OMNES, & Singuli cuiuscunq; Status, Conditionis, & Præheminentiæ existant, habentes Terras iuxta Stratas mastras in Ducatu Mediolani longe à Redefossis Mediolani, vsq; ad sex miliaria, debeant manutenere, & facere, debitè referendo, super ipsis Stratis Fossata, quæ sint latitudinis Brachiorum duorum cum dimidio.

Saluò, q; ex talibus Fossatis, nō diminuatur amplitudo Stratarum, ad hoc, vt illa Fossata recipiant Aquas illarum Stratarum. Et prædicta expediantur per Iudicem Stratarum.

DE STRATIS CIVITATIS, ET SVBVRBIORVM REAPTANDIS.

Istud est Onus reale. l. per biennium de Immu. nec conced. lib. 10.

CAP.CC.LI.

OMNES Stratę Ciuitatis, & Burgorum Mediolani, videlicet, intra Redefossa, reaptētur, & aptatæ teneantur, taliter, q; Aquæ decurrant, vbi consueuerunt decurrere, vel vbi melius decurrere possint, cum minori Incommodo cuiuslibet, & taliter, q; non morentur super ipsis Stratis.

Et, q Iudex, q erit super ipsis Stratis teneatur hoc fieri facere, & si non fecerit, Ipso Facto pro Cōdemnato habeatur in libris quinq; Imperialium, qualibet vice, qua contrafecerit.
Et prædicta fieri debeant, quolibet anno, de mēsibus Martij, Aprilis, & Maij.
Et hæc fiant expensis habentium Domos super ipsis Stratis, pro rata ipsarum Domorū, & vbi non adsunt ipsæ Domus, tunc fiant expensis habentium Prædia super ipsis Stratis, pro rata ipsorum Prædiorum.
Et si reperientur aliqua Loca occupata, seu impedita per quæ aqua solebat decurrere ad Nironem, vel Seuisum, vel ad alium Locum pro fugando, q ipsa Loca spacientur, & euacuentur expensis illorum, qui, ea habent occupata.
Et hoc, nisi reperiatur aliquas Fagias, aliquorum Communium ad hoc esse obligatas.

QVOD STRATAE REDVCANTVR AD ANTIQVVM MODVM.

CAP. CC. LII.

OMNES Stratæ, & Vię publicę, & Fossata Stratarum, & Viarum publicarum, reducantur ad antiquos, Modum, & Statum, a quocunq; detineātur occupatæ, & quilibet, qui aliquid occupasset ex prædictis, incontinenti cogatur ad spaciandum eas, & ea per Iudicem Stratarum, & per quemlibet alium Iusdicētem, etiam ex Officio, & omni Iuris solemnitate prætermissa.
Saluò si in contrarium haberet Dispensationem, vel Concessionem, auctoritate Ducali.

QVOD FIAT IMPOSITIO DE STRATIS APTANDIS.

CAP. CC. LIII.

FIAT Impositio generalis omnib⁹, & singulis Cōmunib⁹,

Collegijs, & Vniuersitatibus Districtus, Diocesis, & Iurisdictionis Mediolani, de Stratis, seu Squadris Stratarum reformandarum, & manutenendarum.

Ita, q Nulli, aliquo modo, prosit Priuilegium, nec Prorogatiua, qualiscunque sit. Nec possint se iuuare ex aliqua Sẽtentia proinde incontrarium lata, nec Consuetudine, nec alia, quauis Concessione, vel Ordinatione, quin omnes teneantur ad Contributionem quarumcunque expensarum, occasione ipsarum Stratarum. Et idem intelligatur esse Statutum de Pontibus.

De Banchis, et Obstacvlis non tenendis in Stratis Pvblicis.

Cap. CC. LIIII.

NVLLVS in Ciuitate Mediolani possit, nec debeat tenere aliquod Banchum, nec aliquod aliud Obstaculum in Stratis, & Vijs publicis. Et qui contrafecerit condemnetur, qualibet vice, in libris quinque Imperialium, & quilibet possit accusare. Medietas, cuius Cõdemnationis sit Accusatoris, & altera Communis Mediolani, & q Iudex Stratarũ possit ex Officio procedere, & inquirere, & cõdemnare Cõtrafacientẽ, & teneat dictus Iudex semel omni Mẽse ire, vel mittere per Ciuitatem ad inquirẽdum si quis fecerit cõtra prædicta. Et hoc teneatur facere præconizari semel singulis Mẽsibus, sub pęna Iudici Stratarum librarum quinque Imperialiũ, qualibet vice, quę pęna perueniat, vt supra. Saluo prout in præsentibus Statutis continetur.

Qvod Tvrpitvdo non fiat in Ecclesia, nec Cimiterio.

Cap. CC. LV.

QVICVNQVE, qui fecerit Turpitudinẽ in Ecclesia,

vel Cimiterio condemnetur in libris quinq; Imperialium omni vice, cuius pœnæ medietas sit Accusatoris, & altera sit Communis Mediolani, & quilibet possit accusare.

De Cloacis, et Magolciis removendis.

Cap. CC. LVI.

CVM Cloacæ, & Magolcia in Ciuitate Mediolani Pestilentem reddant aerem, Statuitur, quod Aque, quæ de Plateis decurrūt in domibus Priuatorum, & ibi faciunt Cloacas, vel Magolcia, si possibile est, reducantur ad Fossatum, vel ad Nironum, vel ad Seuisum, vel Cantaranam, vel Canossiam, per viam illam, per quam melius, & facilius decurrere possint.

Et, quod Iudex Stratarum, sub pœna librarum quinq; Imperialiū, qualibet vice, si Requisitus fuerit, teneatur hoc exequi.

Et possint hoc facere illi, in quorum domibus sunt Cloacæ, vel Magolcia. Hoc tamen fiat expensis illorum, in quorum domibus sunt ipsæ Cloacæ, vel Magolcia hoc fieri Petentium, & cum minori læsione aliorum, quàm fieri potest.

Quod nullus eiciat aliquod turpe de domo.

Cap. CC. LVII.

SI de Domo alicuius, aliquod Turpe deiectum fuerit, vel effusum in Vijs publicis, qui habitat in ea Domo condemnetur in Soldis triginta Imperialium, qualibet vice, & quilibet possit accusare, medietas, cuius Condemnationis sit Communis Mediolani, & altera Accusatoris.

Liceat tamen vnicuiq; habere, & tenere Riuos, seu Riales, ex quibus Aqua, & Schoratuciū Domus illius possit fluere, & fluat in Vijs publicis, tempore pluuię, & quando Nix dissoluitur, vel etiam Glacies.

QVOD NVLLVS TENEAT LAEDAMEN IN VIIS PVBLICIS.

CAP.CC.LVIII.

NVLLVS teneat, nec teneri permittat in Vijs publicis ante Domum suæ habitationis aliquod Ledamen, nec aliquam Rem putridam, vltra triduum. Aliter, Contrafaciēs, qualibet vice, Condemnetur in Soldis quinquaginta Imperialium, applicandis, vt supra proximè. Cętera verò non putrida, possint teneri per octo dies.

QVOD NVLLVS DEBEAT SCORTICHARE EQVOS IN CIVITATE.

CAP.CC.LIX.

NVLLA Persona debeat Scortichare Equum, vel Equam, Mulum, vel Mulam, Asinum, vel Asinam, Canem, vel Musipulam in Ciuitate Mediolani, nec prope Ciuitatem, per miliare vnum, nec alibi in Strata, nec prope eam, sub pęna Soldorum quinquaginta Imperialium, qualibet vice, Et quilibet possit accusare, & habeat medietatem Condemnationis, & alteram habeat Commune Mediolani. Et Iudex Stratarum possit, & debeat contra prædictos procedere, & eos inquirere, & condemnare.

DE POENA AEDIFICANTIS, VEL OCCVPANTIS SVPER SOLO COMMVNIS MEDIOLANI.

CAP.CC.LX.

NEMINI, qui sine licentia Ducali, occupauerit Solum Communis Mediolani super ædificando, vel alio modo inuadendo, vel ab alio occupatum detinendo. Si, de hoc existat memoria, reddatur Ius in Ciuili Caussa, donec certiorauerit Dominum Vicarium Prouisionum Communis Mediolani, & Officialem Stratarum, se tale inuasisse, &

paratum se dicat, ratione eius Soli congruam Pensionem præstare Communi Mediolani. Et si multum Usui publicò noceat talis Occupatio, Arbitrio ipsius Domini Vicarij relinquatur, donec talis Soli, sic occupati, facta fuerit Restitutio Communi Mediolani.

Similis pęna inferatur ei, qui aliquid ex prędictis, vel aliquid aliud Communis Mediolani sine licentia Ducali occupauerit. Et vltra condemnetur in libris duodecim cum dimidia Imperialium, soluendis Communi Mediolani, nisi denũciauerit ipsi Domino Vicario dictam occupationẽ infra dies triginta, numerandos à die Occupationis eiusdem.

De eodem.

Cap. CC. LXI.

SI fuerit aliqua Persona, Commune, Collegium, vel Vniuersitas, quæ occultauerit, vel in Futurum occultabit Ficta, vel Iura, vel alias Res, vel Iura de quibus illud Fictum solet pręstari Communi Mediolani, vel tenuerit illas Res, pro quibus illa Ficta sint occulta, quæ debebantur, seu debebuntur Communi Mediolani, seu Commune Mediolani solitum sit habere, vel Res, & Iura, de quibus illud Fictum solet Præstari Communi Mediolani. Infra dies decem, à die publicationis horum Statutorum debeat prædicta propalare ipsi Domino Vicario, sub pæna dupli Valoris Rei, vel Iuris occultatæ, vel occultati.

Et præteritis dictis diebus decem, liceat cuilibet accusare Contrafacientes, quæ pęna perueniat, vt supra.

De putredine non portanda in Pasquariis.

Cap. CC. LXII.

DOMINVS Iudex Stratarum Mediolani teneatur, & debeat curare, ꝙ nullum Lutum, nec aliqua Putredo, nec

Animal mortuum conducatur, portetur, nec deferatur in Pasquario Sancti Ambrosii, Brolio, nec in alia Parte intra Ciuitatem Mediolani, & quod nullum Molticium proiciatur in Stratis publicis, nec Cimiterijs Ecclesiarum.

QVOD PROCESSVS, ET CONDEMNATIONES IVDICIS STRATARVM, ET AQVARVM FIANT PER SCRIPTVRAM, ET SECVNDVM ORDINEM IVRIS.

CAP. CC. LXIII.

OMNES Condemnationes, Banna, Mulctæ, Præcepta, & Exequutiones, cæterisq; Processus, cuiuscunq; conditionis, & modi existãt, quæ fient per Iudicem, vel Officialem Stratarum, seu Pontium, vel Aquarum, fiant secũdum Iuris Ordinem, & Dispositionem, & per Scripturam solemniter, & registrentur in Libro Actorum ipsius Officij, aliter non valeant, nec teneant, aliquo modo.

Saluò in Casibus, in quibus specialiter per Statuta Communis Mediolani sit aliter dispositum.

Et pecunia, quæ occasione ipsius Officij exigetur, soluatur Cancuario Communis Mediolani deputato, vel deputando ad recipiendum illas Condemnationes, seu pecunias Communis Mediolani.

Et, si contrafactum fuerit, cõdemnetur, & puniatur Officialis ipse in triplo eius, de quo aliter processerit, vel exegerit, etiam durante suo Officio.

Et nihilominus, teneatur conseruare Commune Mediolani indemne de talibus Condemnationibus, Bannis, Mulctis, Præceptis, & Exequutionibus.

Et prædictę Condemnationes, & alia, vt supra non fiant sine cõsensu Dominorum sex Cameræ, vel maioris Partis eorũ.

DE STRATIS, ET CERTIS PRAEDIIS COMMVNIS MEDIOLANI, NON LOCANDIS.

CAP. CC.LXIIII.

STRATAE publicæ, Prata communia Ciuitatis Mediolani, Plateę, Pasquaria, & Loca, in quibus consueuerunt fieri Nundinæ, vel Mercata, non locentur decætero, nec in emphiteosim dentur, nec occupari permittantur, & ea, quæ sunt occupata, siue de eis facta sit Inuestitura, siue non, spacientur, & ipsæ Inuestituræ factæ, vel, quæ fierent, Ipso Iure sint inanes, & non valeant, nec obseruētur, sed ipsæ Stratæ, Prata, Plateę, Pasquaria, & Loca, spacientur, & in Statum pristinum reducātur, & spaciata remaneant perpetuò Vsui publico ad seruiendum.

Et prædicta expediantur, & fiant, & exequutioni mandentur per Officium Stratarum, sub pęna librarum duodecim cum dimidia Imperialium; cuius pęnæ medietas perueniat in Accusatorem, & altera in Commune Mediolani, & quilibet possit accusare, Saluis tamen Cōcessionibus factis per Dominum, Dominum nostrum, seu de eius licentia.

QVOD BROLIVM, IN QVO FIT MERCATVM BESTIARVM SPACIETVR.

CAP. CC.LXV.

BROLIVM, vbi fit Mercatum Bestiarum apud Ecclesiam sancti Stephani spacietur, & euacuetur, & coadequetur, & decætero nulli locetur, sed coæquatum, spaciatum, & euacuatum teneatur, & in pristinum Statum reducatur.

Et prædicta expediantur, fiant, & Exequutioni mandentur per Dominum Vicarium Officij Prouisionum, & per Officialem Stratarum, & per quemlibet eorum.

De Officio Iudicis Stratarum super Viis Publicis, et Aliis, ad usum publicum pertinentibus.

Cap. CC.LXVI.

OFFICIALES Stratarum teneantur Solicite curare, q̄ aliqua Via publica, vel aliquod ad vsum publicum pertinẽs non occupetur. Et si occupatum fuerit, relaxetur, & spacietur. Non obstante Præscriptione temporis, & illud, debito sui Officij, notificare Officio Prouisionum.

Iterum de Officio Iudicis Stratarum.

Cap. CC.LXVII.

OFFICIALES Stratarum teneantur exequutioni mã-dare omnia Ordinamenta de Stratis, & Pontibus, & Imũdicia Ciuitatis sub pęna librarũ. xij. Imperialium applicandarum, vt supra, & qualibet vice, qua contrafactum fuerit.

De Necessariis in Aestate non spaciandis.

Cap. CC.LXVIII.

NVLLVM Necessarium spacietur in Ciuitate Mediolani, à Calendis Aprilis, vsq; ad Festum Sancti Michaelis, sub pęna librarum trium Imperialium applicandarum, vt supra, qualibet vice.

A Festo, aũt Sãcti Michaelis, vsq; ad ꝓximas Calẽdas Aprilis, absq; aliqua Impetratione alicuius licẽtię possit spaciari. Idem habeat locum in Cloacis, & Cisternis.

Pro Rebus Fetidis ducendis extra Ciuitatem.

Cap. CC.LXIX.

PALTANVM, Nec aliquod Fetidum, non deferatur in

Stratis,nec Locis publicis,infra Ciuitatem, sub pęna prædicta, applicanda, vt supra, sed extra Ciuitatem sint Loca ad hoc apta, vbi Res fętidæ conducantur. Et hoc expediatur per Officium Stratarum.

De eodem.

Cap.CC.LXX.

IVDEX Stratarum,Pontium,& Aquarum, teneatur, & debeat,sine spe alicuius Remunerationis,ac etiam sine Salario ire ad videndum Stratas,& Pontes Communis Mediolani, & notificare earum, & eorum Defectus Officio Prouisionum Communis Mediolani, quæ Officia Prouisionum,& Stratarum,& vtrunq; eorum,teneantur sub pęna librarum duodecim cum dimidia Imperialium reformari facere Defectus notificatos,vt supra.

De Electione Iudicis, et Dominorum sex Camerae Stratarum,Pontium, et Contrascriptoris.

Cap.CC.LXXI.

ELIGANTVR per Dominum,Dominum Mediolani, vel eius Locum tenentem Iudex Stratarum, & Pontium, Nec non Domini sex Cameræ probi Viri, inter quos sit vnus Doctor de Collegio Dominorum Iudicum Mediolani,& qui etiam sit Consultor pro dicto Officio, vbi nō sit suspectus,videlicet, vnus pro qualibet Porta, maiores annis vigintiquinq; pro quolibet.

Qui omnes,præsint Officio Stratarum,& Pontium.

Et qui omnes, antequàm se intromittant in dicto Officio, Iurent in manibus Domini Vicarij Prouisionum, vel eius Locumtenentis,q̄ iustè,rectè,& fideliter, & sine Fraude, exercebunt Officium eis iniunctum, & qui omnes, vel saltim maior Pars eorum,semper interueniente ipso Doctore Consultore,

Sed, si Frater decesserit ab Intestato, sine Descendente, & Fratribus, & Filijs Masculis Fratrum, relictis Ascendente Masculo, ex linea Masculina, & Sorore, ꝙ Ascendens pręfatus excludat Sororem.

DE SVCCESSIONE COLLATERALIS, QVO'D AGNATVS PRAEFERATVR COGNATO

CAP. CC. LXX xix.

An procedat in Bonis extrà Territorium sitis, Iaf. latè cons. 163. per Totum lib. 2. Dec. consi. 13. col. 4. versi. Et ratio.

IN Successione Collateralis ab, Intestato Decedentis, Agnatus Masculus, vsquè ad Septimum gradum, secundũ Iura Ciuilia, computandũ, pręferatur Cognato, & Cognatæ, & etiam Ascendenti, ex linea Materna, ut putà, AVO MATERNO, & AVIAE MATERNAE, nisi, prout continetur in Statuto incipiente. NVLLA MVLIER ASCENDENS, & cętera.

Quod est infrà cap. 302. fo. 100. à tergo.

DE EODEM, QVALITE'R EXCLVDIT SORORE M DEFVNCTI.

CAP. CC. LXXXX.

Filius Fœminæ an pręferatur Agnato transuersali in Successione Aut. §. fin. Inst. de 1 gred. quę ab intestato defer. Dec. consi. 527. col. 1.

IN Collateralis Successione ab Intestato, sine Descendente, vel Ascendente legitimo, Decedẽtis, scilicet, Tali, qui admittatur ad Successionem talis Decedẽtis, ex Forma pręsentium Statutorum.

AGNATVS MASCVLVS, vsquè ad septimum gradum inclusiuè, secundum Iura ciuilia, computãdum, excludat omnes Mulieres.

Saluò, ꝙ, si Defunctus, vel Defuncta habuerit Sororẽ, Soror succedat secundum Dispositionem Iuris communis, cũ eo, vel ea, cũ quo, vel qua, admitteretur de iure Cõmuni.

Exceptis Casibus, compręhensis in Statuto incipiente, DESCENDENTE FRATRE, & cętera.

Quòd suprà Cap. 288.

Et hoc, nisi Agnatus, cũ Defuncto, vel Defuncta, sit in quarto gradu, vel infrà quartum gradum inclusiue, cõputãdo, vt supra. Quo Casu, admittatur cum ea predictus Agnatus, sub Forma infrascripta, videlicet.

Quod si fuerit Soror tantum vna, ꝙ ipsa habeat Medietatem Hæreditatis, & alteram habeat prędictus Agnatus.

Si verò fuerint plures Sorores, tunc ipsę admittãtur ad du-

N

as Partes ex tribus,hęreditatis,quotquot sint numero.

Prædictus verò Agnatus,eo Casu,tantum,admittatur ad reliquam Tertiam.

Si verò Defunctus, uel Defuncta non habuerit Sororem sed habuerit Amitam,vel Fratris Filiam,tunc,ipsa Amita vel Fratris Filia,admittatur ad Tertiam Partem.

Et si habuerit Amitam,& Fratris Filiam,tunc,ambæ admittantur ad dictam Tertiam Partem tantùm.

Vide Auth. post Fratres la p.C.de leg.Har.Et An possit Intelligi de filio Fratris,uel de vterino.l. meminimus.§. sed nec Fratrē eo tit. Socin cons.1.lib.1. & de Sorore vterina, Socin.consi. vlt. lib.2.

Agnatus verò,qui sit proximior Decedēti,in quocunq; gradu sit,vsquè ad septimum gradum inclusiuè,computandū vtsuprà,admittatur ad reliquas duas Partes.

Saluo,si esset Agnatus,qui eas Amitam, & fratris Filiam excluderet,quo Casu,talis Agnatus in totum succedat.

Et, si aliqua alia Fœmina,Agnata,vltrà prædictas Fœminas adsit,quę de Iure Communi,admitteretur, tùnc Agnatus ipsam expellens,teneatur eam dotare tēporaliter,vel spiritualiter,secundùm vires illius Hæreditatis, si dotata nō fuerit,& non habeat aliundè, vnde possit se Dotare, vel teneatur eam alimentare,si prædicta Mulier non habeat aliunde,vnde se alimentet,& sit in electione ipsius Mulieris, vtrùm maluerit dotari, vel alimentari.

QVALITER MORTVO MARITO, DOS REDDATVR VXORI, ET QVID LVCRETVR VXOR.

Cap. cc.lxxxxj.

Quid si Ambo moriantur, an de Morte Mariti constare debeat, Socin. in l. ꝙ de pariter ad fin.de reb.dub. post Bar.ibi,col.fin.

Quę dicantur eius Caussa parata, Tex. habes in.l. hoc Legatum,de leg. 3.Cū similibus. Et an ista mulier teneatur Conseruare Filijs primi Matrimonij Paul. in l.fin. C. de Bon.Mater. post Bal. ibi, vbi ēt Crem. in ult. not.Et an,hoc Casu,Bona Vxoris sint Filijs Hypothecata l.hac adicta li.§.oībus.C.de secū.nup. et Tex.in l. Feminę,eo tit. dicit an teneatur conseruare.

SI Maritus decesserit sinè Descendente Masculo, vel Fœmina eiusdā Matrimonij, vel alterius ex linea Masculina reddatur Dos Vxori,si Dotem habuerit.

Et insuper,lucretur omnia, eius Caussa Parata. Si ad Domum Mariti traducta fuerit, vel aliter ab eo Cognita, in quibus,etiam contineantur Data,seu Donata Vxori,tàm antequam vadat, ꝗ postquam iuerit ad Maritum.

Si verò decesserit cum Descendente Masculo, vel Fœmina similiter lucretur omnia,eius Caussa Parata,exceptis Veste Maritali,seu Nuptiali,quę Vestis,intelligatur Socha, siuè Zupa, & Vestis superior,quæ sunt magis pciosę, quę nō cōprehēdantur in protestatione Parafrenalium ipsius Vxoris

Condēnationes pecuniarias faciēdi, ꝑ quibuſcūq;, occaſione dictarum Stratarū, & Pontiū, & dependentium ab eis. Et, ꝙ prædicta expediri poſſint ſummarie, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, & ſola facti veritate inſpecta, & etiam, remoto omni Ordine Iudiciario procedenti, ſeruatis tamen præſentibus Statutis Stratarum.

> An per iſta vᵒ. ſublata ſit Inſtātia Alex. cſᵒ. 50. col. 3ᵒ. vſ. pro hoc facit, & col. fi. lib. 2ᵒ. vbi etiā alios ref. Et, ꝙ manu regia teneatur decidere, & ſecundū facti veritatem, Iaſ. in. l. certi condᵒ. §. ſi nummos col. 6. ad fi. ff. ſi cer. pe. & ꝙ tanḡ De. Aret. in. C. dilecti. col. pe. vſ. in quæſtione autem de Iud.

De Citationibus faciendis pro Stratis Visitandis.

Cap. cc. Lxxiiij.

Item, ꝙ Iudex Stratarum, & Domini ſex, teneantur citari facere omnia Communia, ſeu Conſules, ſeu Agentes pro Communibus, Locorum, Terrarum, Burgorū, & Caſſinarum deſcriptarum, ſuper libro Stratarum, ante Viſitationes Stratarum, per Seruitores ad id Deputatos de. xv. diebus ante Viſitationes, vt Fagias ſuas aptent, & lapides cum literis apponant, & compareant in die Viſitationis eis ordinata, ſuper Fagia ſua, & ad videndum, & audiendum laudari, vel reprobari, & pro condemnato haberi ſi Fagiam ſuam non bene aptauerint, quarum Citationum fiant Relationes, nec poſſint allegare aliquod Priuilegium, Immunitatem, Conceſſionem gratiam, aut Exemptionem, quomodocūq;, & qualitercunq; cōceſſam, quia, qlibet ad Onera Stratarū, & pontiū tenetur, & ſi reperiantur aliquæ Fagie Vacantes, ꝙ dicti Iudex Stratarum, & Domini ſex, vel maior Pars eorū prouideāt ſecundum Ordines, Statuta, & Decreta, ꝙ Stratę ipſæ aptentur, omni Exceptione remota.

De Citationibus antequam fiant Exequutiones Condemnatorum.

Cap. cc. Lxxv.

Factis Condemnationibus per Iudicem Stratarum.

& sex, vel maiorem Partem eorum, pro erroribus Stratarũ visitatarum contra aliqua Communia, Loca, vel Burgos, Terras, Villas, vel Cassinas, quocunq; nomine nuncupentur, Ducatus Mediolani, antequàm concedantur exequutiones aliquæ contra tales Condemnatos.

Statuitur, q prius citentur tales Condemnati, & eis statuatur Terminus dierum decem, à die Citationis, ad comparendum coràm Domino Vicario Prouisionum Communis Mediolani, ad docendum, & allegandum, quare Condemnationes factas soluere non teneãtur, vel quare, Fagias suas, temporibus Visitationum, non aptauerunt.

Qui, si Termino prędicto elapso, nihil legitimè, & Iuridicum probauerint, Exequutiones Reales, & Personales fieri possint. Et si probatum, vel ostẽsum fuerit in Termino prædicto Condemnationes fuisse contra Ius factas, Condemnationes ipsæ sint nullæ, & qui visitauerint dictas Fagias, soluere teneantur dictas Condemnationes, sic contra Ius factas, vna cum expẽsis exinde factis, & ad hoc compelli possint Realiter, & Personaliter per Dominum Vicarium Prouisionum Communis Mediolani, ad soluendum.

QVOD PER IVDICEM STRATARVM, NEC ALIOS NON FIANT COMPOSITIONES.

CAP. cc. Lxxvj.

NON possit Iudex Stratarum, nec qui visitabunt Stratas cum eo, nec alij in Actu Visitationum Stratarum, vel Pontium, nec ante, nec post, facere aliquas Compositiones, vel Pactiones, occasione Aptaturæ, Stratarum, vel Pontium, vel dependentium ab eis, vsq; ad tempus Declarationum, & Condemnationum.

Et, si contrafactum fuerit, cadat, Ipso Iure, Contrafaciens in pœnam librarum centum Imperialium, qualibet vice.

applicandarum pro duabus Partibus Communi Mediolani,& pro tertia Parte Accusatori,& de qua Contrafactione credatur Accusatori,cum sacramento,& cum vno Teste fidedigno,& nihilominus,Stratæ aptentur.

De electione Thesaurarii Stratarum.

Cap.cc.Lxxvij.

ITem eligatur Vnus ex dictis Dominis sex,excepto Doctore,per Dominum Iudicem Stratarum,& Alios ex sex,p Thesaurario,ad recipiendum Pecunias cōdemnationum Stratarum,& qui vna cum Contrascriptore teneat libros Rationū,& Cōtorum,de Datis,& Receptis,& de eis,quæ contingent exigi,occasione Cōdemnationū,& dicti Officij. Qui Thesaurarius postea dicto Iudici,& Alijs ex Dominis sex,& Alijs Officialibus Deputatis,& salariatis satisfaciet, iuxta solitum. Nec audeat aliquis alius pecunias aliquas Condemnationum exigere,recipere,nec componere,nisi consignauerit dicto Thesaurario,postquàm exegerit,infra tres dies,& si contrafactū fuerit,condēnetur,qualibet vice, Cōtrafaciens in Salario Mēsis vnius,pro duabus partibus Cōmuni Mli,& pro tertia parte Accusatori applicando,& Contrascriptor,& Thesaurarius iurent in manibus Iudicis Stratarū,& aliorū Dominorū sex,vel maioris Partis eorū, benè,fideliter,& sine Fraude administrare,ac bonum Cōtum,& Rationē reddere de receptis,& agitatis per eos,dicto Iudici Stratarū,& Alijs ex Dominis sex Cameræ,& ad eorū,vel partis eorū Requisitionem,Rationes ostendere.

De electione Servitorum ad Officium Stratarum.

Cap.cc.Lxxviij.

PEr Dominum Iudicem Stratarū,& Dominos sex,vel

maiorem partem eorum, eligantur tres Seruitores, & Officiales, pro occurrẽtibus dicto Officio Stratarum, & qui habeant facere, adimplere, & exequi, quæ per dictum Dominum Iudicem, & Dominos sex, vel maiorem partem eorum, iniunctum fuerit.

Et hoc, cum Salario, prout Ordinatum, & Taxatum fuerit, soluendo de Condemnationibus, quę fient ad dictum Officium, & quando satisfiet Iudici Stratarum, & Dominis sex Cameræ.

QVOD IVDEX STRATARVM, ET DOMINI SEX, NON SE INTROMITTANT, NISI DE STRATIS MASTRIS.

CAP. CC.LXXIX.

STATVITVR, ꝙ Iudex Stratarum, nec Domini sex, nõ possint se aliqualiter intromittere de aliquibus Accessijs, Vijs, nec Stratis Ducatus Mediolani, sitis extra Redefossum Mediolani, nisi de Stratis Mastris, descriptis in libro Chartę ad Officium Stratarum, nec aliqua Dispensatio fieri possit in contrarium, & si fieret, non valeat, & sit nullius momenti.

DE ELECTIONE OFFICIALIS AQVARVM.

CAP. CC.LXXX.

ELIGATVR vnus Officialis Forasterius Iurisperitus, prout videbitur, Domino, Domino nostro Mediolani, qui debeat superesse ad faciendũ, ꝙ Aqua Olonæ, Vepre, Nauigij, Nironis, & Seuesi continuè fluant ad Ciuitatẽ Mediolani, & prohibere, ne Aquæ dictorum Fluminũ deriuẽtur contra Formam Statutorum Communis Mediolani.

Et, ꝙ etiam sit Officialis aliarum Aquarum Communis Mediolani.

Cuius Officium duret per Annum, & non vltra, quo c'aplo, Sindicetur, & Sindicari debeat, & teneatur Satisdare, prout tenentur alij Officiales Communis Mediolani, ex Forma Statutorum.

Qui Officialis non habeat aliud Officium.

De Rugiis, seu Bucchis Aquae Olonae.

Cap. CC. LXXXI.

IVDEX, Officialis Aquarum teneatur, & debeat quàm velocius poterit, videre omnes Rugias, seu Bucchas exeuntes de lecto Olonæ, & eas reduci facere ad modum, & Ordinem, prout continetur in præsentibus Statutis.

De Satisdatione facienda per Derivantes de Aqua Olonae.

Cap. CC. LXXXII.

NVLLA Persona possit Releuare aliquam Rugiam, nec ponere, seu infigere aliquod Incastrum, per quod deriuari possit de Aqua Olonæ pro adaquãdo aliqua Prata, nisi prius habuerit Ius, id faciendi, & nisi prius Satisdederit corã Officiali Aquæ Olonæ, de libris quinquaginta Imperialium, applicandis, vt supra, de non deriuando de dicta Aqua vltra Formam præsentium Statutorum, & qui contrafecerit condemnetur in Soldis quinq; Imperialium, pro qualibet Pertica Prati, quæ adaquari posset per Contrafacientes de dicta Aqua per dictam Rugiam, seu Incastrum, Et Notarius Officij Aquarum non possit accipere pro omnibus Remunerationibus, quæ requiruntur circa ipsam Satisdationem vltra Soldos duos Imperialiũ à quolibet Satisdante, & quæ Satisdatio non requiratur, nisi semel in Anno.

De poena tenentis Clusam, vel Obstaculum in Lecto Olonae.

Cap. CC.LXXXIII.

NVLLA Persona audeat, nec praesumat facere, nec fieri facere, nec habere, nec tenere aliquam Clusam, nec aliquod Obstaculum in Lecto Olonę pro deriuando de Aqua Olonę, & qui contrafecerit cōdemnetur, pro qualibet Clusa, seu Obstaculo in libris vigintiquinq; Imperialium.

Saluò, q; hoc Statutum non habeat locum in Molendinis, nec occasione Molendinorum tantum illorum, qui haberent Ius vtendi illis Aquis.

De Incastris ordinandis, et aptandis.

Cap. CC.LXXXIIII.

NVLLA persona possit habere, nec tenere super Alueo Olonę aliquam Rugiam, nec aliquod Incastrum, nisi Ius habuerit illam, vel illud tenendi, & nisi illa Rugia, seu Incastrum habuerit Pedem cum suis Spallis de Lapidibus, & Cemento, altum à fundo Aluei Olonę per tertias duas vnius Brachij, ad Brachium terrae, & lignaminis, accipiendo mensuram per medium Aluei, seu Lecti Olonae, & nulla Rugia, seu Buccha Rugiae fieri possit, nec teneri super dicto Alueo pro deriuando de dicta Aqua, quę sit lata, vltra Brachia duo, & medium, ad dictum Brachium.

Et, si qua Buccha aliter reperiatur, reducatur, ad modum praedictum.

Et praedicta fiāt, aptato prius Alueo Olonae, secundum formam horum Statutorum.

Et qui contrafecerit condemnetur in libris vigintiquinq; Imperialium, qualibet vice, applicandis, vt supra.

De Lecto Olonae adamplando in certis Partibus.

Cap.CC.LXXXV.

Alvevs Fluminis Olonæ aptetur à loco de Certiate, vſq; ad locum de Caſtignate, taliter, q; dictus Alueus ſit largus, ſeu in amplitudine ad minus per Brachia duodecim, ad Brachium terræ, & lignaminis, & illa adamplatura fiat ab illa Parte dicti Loci, quæ videbitur Iudici ipſarum aquarum.

Qui Iudex teneatur, quàm citius fieri poterit, ire ad examinandum, & videndum dictum Alueum, & determinandum per quos, & quorum expenſis, & in quibus Partibus dictus Alueus debeat adamplari.

Qvibvs diebvs, et horis licitvm est derivare de aqva Olonae.

Cap.CC.LXXXVI.

Licitvm ſit cuilibet Habēti Buccham aliquam Rugiæ ſuper Flumine Olonæ, ſecūdum Formam præſentium Statutorum, vel Habenti ex Forma horum Statutorum, Ius deriuandi, & deriuari faciendi per ipſam Rugiam de Aqua Olonæ, deriuare, & deriuari facere de dicta Aqua, pro adaquando eorum Prata, & Terras, ab hora Veſperarum dierum Sabbati, vſq; ad horam Veſperarum dierum Dominicorum, Et ab hora Veſperarum Vigiliarum beatæ Virginis Mariæ, videlicet, de Menſibus Februarij, Martij, Auguſti, & Septembris, & cuiuſlibet Apoſtoli, vſq; ad horam Veſperarum cuiuſlibet ipſarum Feſtiuitatum, Et ab hora Veſperarum diei Iouis Sancti, vſq; ad diem Dominicam ſequentem, poſt Feſtum Paſcatis Reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et ab hora Veſperarum Vigiliæ Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, vſq; ad Octauam,

post Festum dictę Natiuitatis, Hora vesperarum.
Et prædicta concessa sunt,& conceduntur fieri posse, vt supra. Et hoc impunè,& libere.
In alijs verò Diebus,& Horis. Nulli liceat deriuare, nec deriuari facere de dicta Aqua, sub pęna Soldorum quinque Imperialium, pro qualibet Pertica, qualibet vice, nisi aliter expresse concessum reperiatur, vigore pręsentium Statutorū.

QVOD TEMPORE PLENAE SVPERFLVITATIS AQVARVM, QVILIBET POSSIT DERIVARE.

CAP. CC. LXXXVII.

TEMPORE plenæ superfluitatis Aquarum, licitum sit cuicunque Habenti Buccham Rugię,& Ius in Aqua fluenti ex dicta Rugia, secundū Formā horū Statutorū deriuare, & deriuari facere de Aqua Olonę, quocūque Die, Noctę,& Hora, tā feriata, quàm non feriata,& hoc liberè,& impunè.

QVOD TEMPORE SICCITATIS NVLLVS POSSIT DERIVARE, ETIAM DIEBVS FESTIS.

CAP. CC. LXXXVIII.

TEMPORE Siccitatis, non liceat Alicui deriuare, nec deriuari facere de aqua Olonæ, aliquo Die, Noctæ,& Hora, etiam si sit Dies Dominica, vel aliud Festum quoduis. Et hoc, si p Iudicē aquarū pręceptū,& ꝓhibitū fuerit eis, ne vtantur de dicta aqua, tēpore illius Siccitatis, tunc durātę. Et qui contrafecerit, condemnetur in Soldis quinque Imperialium pro qualibet Pertica,& qualibet vice.

QVOD DERIVANTES DE AQVA OLONAE HABEANT SORATOREM.

CAP. CC. LXXXIX.

QVILIBET, qui deriuabit, vel deriuari faciet de

Aqua Fluminis Olonæ teneatur, & debeat facere, seu habere Soratorem, per quem Scoraducium dictæ aquæ possit reuerti, & reuertatur in lecto Olonæ, antequàm attingat ad tertium Molendinum, existens ab ea parte lecti dictæ Aquæ, ex qua deriuatur ipsa Aqua.

Et hoc, à loco de Parabiago infra, versus Mediolanum.

A loco verò de Parabiago, supra, antequã attingat ad quartum Molendinum, existens ab ea parte lecti dictæ Aquę, ex qua deriuatur ipsa Aqua.

Et qui contrafecerit condemnetur in Soldis quinq; Imperialium pro qualibet Pertica, & qualibet vice.

De poena Derivantis de Aqua Olonae contra Formam praesentium Statutorum.

Cap. CC. LXXXX.

Decaetero, nullus audeat, nec præsumat deriuare, nec deriuari facere de Aqua Olonæ, aliter quàm concessum sit per Formam præsentium Statutorum.

Et, si quis contrafecerit, vel fieri fecerit, condemnetur Contrafaciens, vel fieri Faciens in Soldis quinq; Imperialium pro Pertica terræ, quæ irrigaretur ex tali deriuatione.

Et intelligatur quemlibet contrafecisse, in cuius Prato, vel Terra reperta fuerit fluere Aqua in die, vel hora, aliterquã sit concessum per Formam præsentium Statutorum.

De Auxilio dando Iudici Aquarum per Communia.

Cap. CC. LXXXXI.

Communia Burgorum, Locorum, Cassinarum, & Molendinorum propinqua per tria miliaria prope dictum lectum Olonæ, teneantur, & debeant si Requisiti fuerint ex parte Iudicis ipsarũ Aquarũ, ire cum Sappis, Badilibus,

Securibus, & alijs Instrumentis oportunis, pro splanando omnia Fossata, per quæ deriuari posset dicta Aqua Olonę, & hoc, sub pęna Librarum quinq; Imperialium, pro quolibet Communi.
Quod Capitulũ habeat locũ tantũ vna vice, quolibet anno.
Qui Iudex ipsarum aquarum fieri facere teneatur contenta in hoc Capitulo, expensis illorum, qui habebunt prædictas Rugias explananda, seu in Casu debendi esse explanatas, secundum Formam præsentium Statutorum.

DE POENA DERIVANTIS DE AQVA OLONAE PROPTER EIVS POTENTIAM.

CAP. cc. Lxxxxij.

SI quis cuiuscunq; Conditionis, & Status sit, qui propter eius potentiam Per Vim deriuauerit, vel deriuari fecerit, vel deriuatam tenuerit de Aqua Olonæ, contra Formam præsentium Statutorum, condemnetur in Libris quinquaginta Imperialium, qualibet vice.
Et insuper ipse Iudex aquarum cũ auxilio Potestatis Mediolani, teneatur facere arari cum Bobus, & Aratris dicta sua Prata per Longum, & Transuersum, ita, q; non videantur esse Prata.
Et hoc infra quindecim dies, proximè futuros postquàm sibi significatum fuerit.

QVOD IVDEX AQVARVM TENEATVR PROCEDERE SVPER ACCVSIS CORAM EO DELATIS.

CAP. cc. Lxxxxiij.

IVDEX Deputatus Officio Aquarum, teneatur, & debeat ad petitionem cuiuslibet Accusantis aliquem fecisse cõtra Formam præsentium Statutorum de Aquis, procedere

ſuper Accuſis coràm eo delatis, & ſuper eis facere Condẽnationes ſecundum Formam horum Statutorum, ſi dictæ Accuſæ fuerint probatæ per Sacramentum Accuſatoris legitimè, & per vnum Teſtem fidedignum.
Aliter teneatur facere Abſolutiones.

De satisdatione facienda per Iudicem Aqvarvm.

Cap. cc. lxxxxiiij.

IVDEX, qui Deputatus erit Officio Aquarum, teneatur, & debeat facere bonam Satiſdationem coràm Dominis Magiſtris Ducalium Intratarum Extraordinariarum, vel coràm Officio Prouiſionum Communis Mediolani, de Libris quinquecentum Imperialium de faciendo Officium ſuum Aquarum benè, iuſtè, & legaliter, & de non faciendo, nec committendo aliquam Barattariam in dicto ſuo Officio, & aliter non poſſit dictum Officium exercere.

De Officio Camparii, qvi per tempora fverit electvs per Molenarios Aqvae Olonae à Ravde infra.

Cap. cc. lxxxxv.

CAMPARIVS, qui per tempora fuerit electus per Molenarios, ſeu Cõſules Molenariorum Aquę Olonę de Raude, & citra Raude, ſi fuerit Confirmatus per Officium Prouiſionum habeat Bailiam Accuſandi, & denunciandi quoſlibet, quos inuenerit feciſſe, vel commiſiſſe contra pręſentia Statuta de Aquis.

QVOD LICEAT MOLENARIIS ADAQVARE CERTAS INSVLETAS.

CAP.cc.Lxxxxvj.

LICITVM sit Molenarijs adaquare eorum Insuletas, omni die, tàm feriata, quàm non feriata, dum non sint vltra perticas quinque, pro quolibet Molendino, sine pęna. Saluò, quàm in tempore Siccitatis.

DE POENA IVDICIS AQVARVM NEGLIGENTIS IN EIVS OFFICIO.

CAP.cc.Lxxxxvij.

SI Iudex Deputatus Officio Aquarum fuerit negligens in eius Officio, vel aliter deliquerit, possit, etiam durante eius Officio, Condemnari per Dominum Vicarium Prouisionum Communis Mediolani, vel per alium Iudicem Deputandum, si deputabitur, Arbitrio suo, inspecta qualitate negligentiæ, vel facti.

DE POENA OFFENDENTIS IVDICEM AQVARVM, VEL CAMPARIVM AQVAE.

CAP.cc.Lxxxxviij.

NVLLVS præsumat, nec debeat Offendere, nec offendi facere Iudicem Deputatum Officio Aquarum, nec aliquem Camparium Aquæ, nec alterum eorum impedire quominus ipsi, & vterque eorum possint exercere suum Officium.

Et hoc sub Pęna, & Banno, Arbitrio Domini Potestatis Mediolani auferenda, inspecta qualitate Personarum, & Facti.

deriuare consuetum est per Ordinem certorum Foraminum, & per infrascriptum Ordinem, Videlicet, quod dictum Commune faciat taliare, seu perforari in vno Lapide Marmoreo, vel Sarr cio, taliter, quod ex dicto Foramine possit fluere aqua in dictum Riale in quantitate vnciarum sex, scilicet, tertiam vnam vnius bracchij ad bracchium Terrae, & lignaminis in lõgitudine dicti fluminis, & mediam quartam ad dictum Bracchium in altitudine dicti Foraminis.

Et, quod dictus lapis ita taliatus, seu perforatus debeat claudi ad Buccham, seu spondam lecti Olonae de bono muro, facto lapidibus, & cemento, taliter, quod dictum Foramen remaneat altum à fundo dicti lecti Olonae per tertiam vnam vnius bracchij.

Quibus, Lapide, & Muro sic aptatis, Nulla Persona singularis, Communitas, nec Vniuersitas audeat dictum lapidẽ, & Ordinem deriuandi remouere, nec remoueri facere, sub poena Librarum centum Imperialium, pro quolibet Contrafaciente, & qualibet vice.

Et vltra, Contrafaciens, vel fieri Faciens teneatur suis expensis reducere in pristinum statum. Dum tamen ex dicta aqua non adaquetur aliquod Pratum, & dumtamen dicta aqua postea reuertatur ad locum, seu Alueum Fluminis Olonae.

DE HIS, QVI NON POSSVNT ESSE CAMPARII, NEC OFFICIALES FLVMINIS OLONAE.

CAP.ccc.iij.

NVLLVS, qui habeat Prata super Flumine Olonae, nec cuius Prata adaquantur de aqua dicti Fluminis, nec aliquis eius Agnatus possit esse Camparius, nec Officialis dicti Fluminis Olonae, & si aliter electio facta fuerit, non teneat.

De Certis Bucchis Olonae banniendis, et claudendis.

Cap.ccc.iiij.

SI qua Rugia, seu Buccha per quam deriuetur, vel deriuari possit aqua Fluminis Olonæ decætero reperiatur, cuius Schoraducium non reuertatur in lectum Mastrum Fluminis Olonę, antequam attingat ad tertium Molendinū, seu secundum quòd est dispositum per Formam præsentium Statutorum, ipsa Rugia, seu Buccha sit bannita, & debeat claudi, & taliter stoppari, q̄ nō possit deriuari aqua per ipsam Buccham.

Et hoc Capitulum mandetur Exequutioni per Officialem aquarum, quàmcitius fieri poterit, dum fiat infra duos mēses, à tempore inchoati sui Officij. Et prædicta non intelligantur de Rugijs, quæ fuerūt Camerę Illustrissimi Principis, & Ducis nostri Mediolani, seu quondam Illustrissimorum Prædecessorum suorum.

De Pontibus construendis, et manutenendis per habentes Bucchas, Rugiarum super Flumine Olonae.

Cap.ccc.v.

QVILIBET Habens aliquam Buccham Rugię super Flumine Olonæ teneatur construere, & manutenere supradictam Buccham, & iuxta lectum Fluminis Olonæ, Pontem vnum bonum, & sufficientem, de bonis lapidibus, & cemēto, largum per bracchia tria ad brachium Terræ, & lignaminis, & ad construendum, & manutenēdum dictum Pontem teneantur omnes, & singuli Habentes vtilitatem ex aqua fluente ex dicta Rugia.

Et hoc, sub pęna Librarum vigintiquinq; Imperialium, applicanda, vt supra, cuilibet prædictorum.

DE AQVA MVLTIPLICANDA IN LECTO OLONAE.

SI reperiatur modus, per quem possit multiplicari, & addi aqua in lecto veteri aquæ Olonæ, & videatur Iudici aquarum illud opus fore bonum, & vtile, & possit deduci ad effectum, tunc fiat illud Cauamentum, seu Opus in deliberatione ipsius Iudicis, & Peritorum in talibus, qui ad illud Opus deputabuntur per Dominum Vicarium Prouisionum.

DE FONTIBVS REMONDANDIS PRO MVLTIPLICANDO AQVAM IN LECTO OLONAE.

CAP. ccc. vij.

OFFICIALIS aquarum teneatur, & debeat quàm velocius poterit fieri, cum Consilio, & Deliberatione sex, vel Quattuor de Habentibus Prata in Valle Olonæ, facere remondari Fontes veteres, & nouos, ex quibus aliqua aqua fluat in lecto Olonæ in eis partibus, in quibus videbitur eis conuenire, ad hoc, vt aqua possit multiplicari, & habundantius fluere in lecto Olonæ quàm fluat, nec fluxerit hinc retrò.

Et prædicta fiant expensis illorum, qui habēt Prata, & Molendina super flumine Olonæ, & aliis aquis exeuntibus de lecto Olonæ.

Et decætero, singulis annis, cum consilio, vt supra, remondari, & aptari debeant, cura, & sollicitudine dicti Officialis in partibus, in quibus disposuerit fore vtile pro multiplicando aquam, vt supra, dum expensæ soluantur, vt supra, quæquidem expensæ compartiri, & diuidi debeant per ipsum Officialem, cum consilio prædictorum Habentium Prata, & Molendina super dicto Flumine, vt supra.

QVOD DEALBATORES FVSTANEORVM, ACIARVM, ET DRAPPORVM, POSSINT AVFERRE AQVAM PRO ARTE SVA.

CAP.ccc.viij.

LICITVM sit Dealbatoribus Fustaneorum, Aciarum, & aliorum Drapporum, quocunq; Die, & tempore, & in quacunq; Parte Ciuitatis, Suburbiorum, & Corporum Sanctorum Mediolani, impune deriuare, & auferre quamlibet aquam eis necessariam, & vtilem pro dicta sua arte exercenda, duntamen non vtantur ipsa aqua pro adaquando aliqua Prata.

Et, si quis deriuaret, vel deriuari faceret in fraudem, condẽnetur in Soldis quinq; Imperialium, qualibet vice, & pro qualibet pertica Prati, quæ adaquaretur ex ipsa aqua.

DE ELECTIONE VNIVS CAMPARII, ET VNIVS NOTARII SVPER CERTIS AQVIS,

CAP.ccc.ix.

ELIGANTVR per Officium Prouisionum Camparius, & vnus Notarius, qui Camparius cum eius Notario inquirant, & inuestigent, si aqua Fluminis Seuesi, Aquæ longæ Fontanæ, Arnisii, Carrariç, & Romani extrahitur de lecto contra Statuta, & Ordinamenta Communis Mediolani, & scribatur in Quaterno, cuius est terra, per quam aqua ipsorum fluminum ducatur, & condẽnetur Deriuans in Libris quinq; Imperialium, qualibet vice, & credatur Sacramẽto dictorum, Camparij, & Notarij, cum vno Teste fidedigno, Saluò, quod tempore siccitatis, Iudex Officij aquarum deputatus possit maiorem pœnam imponere. Quibus, Notario, & Campario satisfiat de eorum mercede, siue Salario, prout dispositum fuerit in Literis eorum Officij.

DE CAMPARIIS AQVAE LAMBRI.

CAP.ccc.x.

ELIGATVR per Officium Prouifionum Communis Mediolani vnus Camparius, qui fit Camparius. & Cuftos Lambri, à Carfenzago fupra, & qui habeat Solutionem, prout in Literis Officij fui continebitur.

Et, à dorfo de Carfenzago infra non poffit ille Cãparius, nec Iudex Officij aquarũ Deputatus fe intromittere de illa Cãparia, nec Aqua, nec aliqd exigere, occafione illi⁹ Cãpariæ.

DE LECTO SEVESI SPACIANDO QVANDO EXPEDIERIT.

CAP.ccc.xj.

LECTVS Seuefi fpacietur, & fpaciari debeat quãdo expedierit, à Molẽdino Monafterij Sancti Dionifii exiftentis extra portam Orientalem, vfq; ad Molendinum Fratrum de la Columbeta, & illud laborerium fiat expenfis illorum, qui habent ab oppofito, ab vtraq; parte dicti Seuefi.

Et ad hoc cõpellant, & cõpelli poffint per Campariũ, & Notarium, qui fuerint pofiti, & electi fuper dicta aqua Seuefi.

Et ad hoc teneãtur poteftas, & eius Iudices dare dictis Officialibus efficax auxilium ad prædicta.

Et, fi reperiretur lectum dicti Seuefi tranfire per terram alicuius Communitatis, ad hoc teneatur ipfa Communitas, & Iudex aquarũ ex debito fui Officij hoc fieri facere quando expedierit, vt fupra.

DE CLVSA PONTIS ARCHETI MANVTENENDA, ET REFICIENDA.

CAP.ccc.xij.

CLVSA Pontis Archeti debeat tenfari, & defendi per Commune Mediolani, & per Iudicem Officio Aquarum Deputatum ne deuaftetur.

Et, si deuastaretur, omnes, & singuli habentes, & percipiẽtes aliquam vtilitatem de aqua, quæ decurret occasione dictę deuastationis, seu rupturę teneantur, & compelli debeant per Iudicem aquarum ad restituendum, & reintegrandum ipsam Clusam in pristinum statum.

Et vltra hoc condemnetur Delinquens, in libris quinq; Imperialium, qualibet vice.

Et prędicta, in hoc Capitulo contenta, non habeãt locum tẽpore plenę superfluitatis aquarũ, quo tempore, si ipsa Clusa se romperet, vel deuastaretur, tunc omnes, & singuli habẽtes vtilitatem ex aqua Nironis à dicta Clusa infra teneantur, & compelli possint reficere, & reaptare ipsam Clusam.

QVIBVS DIEBVS, ET HORIS LICET DERIVARE DE AQVA NIRONIS.

CAP. ccc.xiij.

NVLLI Habẽti Ius liceat aquã Nironis de lecto auertere, nec deriuare, nec deriuari facere, nisi ab hora vesperarum dierum sabbati, vsq; ad horam vesperarũ dierum Dominicorum. Et ab hora vesperarum vigiliarum beatæ Virginis Mariæ de Mensibus Februarij, Martij, Augusti, & Septembris, & cuiuslibet Apostoli, vsq; ad horam Vesperarum cuiuslibet ipsarũ Festiuitatum, & ab hora vesperarum diei Iouis sancti, vsq; ad diem Dominicam sequentem post Festum Paschatis Resurrectionis Domini hora vesperarum. Et ab hora vesperarum Vigiliæ Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, vsq; ad octauam post Festum dictę Natiuitatis hora vesperarum, & prout in Statutis aquæ Olonæ continetur.

Et, si quis contrafecerit condemnetur in Soldis viginti Imperialium, omni vice.

DE POENA DERIVANTIS AQVAM NIRONIS SI NON HABVERIT INCASTRVM SCHIASSARVM.

CAP.ccc.xiiij.

NVLLI liceat deriuare, nec deriuari facere aquam Nironis nisi habuerit iuxta domum Incastrum schiassarum per quod non dimittat deriuare dictam aquam.

Et, si quis contrafecerit condemnetur in soldis sexaginta Imperialium omni vice.

DE POENA ACCLVSANTIS LECTVM NIRONIS.

CAP.ccc.xv.

NVLLI liceat acclusare lectum Nironis de palis, nec lignis, vel terra ad hoc, quod aqua non possit fluere ad Ciuitatem Mediolani.

Et, si quis contrafecerit condemnetur in Soldis quadraginta Imperialium, qualibet vice.

QVOD LECTVS NIRONIS TENEATVR SPACIATVS, ET AMPLIATVS.

CAP.ccc.xvj.

QVILIBET Habens Bona supra, vel iuxta dictum Nironem debeat eatenus, quatenus dictum Flumen tendit iuxta Aedificia, vel Prędia sua, pro portione sua spaciare, & spaciatum tenere lectum dictę aquæ amplum, secundum mensuram per Commune Mediolani alias datam, quę est ad Sanctam Trinitatem extra portam Cumanam Mediolani, ad terminum dandum per Iudicem aquarum, sub pęna, Soldorum viginti Imperialium omni vice pro quolibet.

De lecto Nironis aptando taliter, quod aqua sit alta per medium Brachium.

Cap.ccc.xvij.

Lectus Nironis taliter aptetur, & manuteneatur, quod Aqua sit alta in illo lecto per medium Brachium ad Brachium terræ, & lignaminis.

De Soratore habendo per quemlibet derivantem de aqua Nironis.

Cap.ccc.xviij.

Quilibet, qui deriuabit, vel deriuari faciet de Aqua Nironis teneatur, & debeat facere, seu habere Soratorē per quē Scoraducium dictæ aquæ fluere possit in dictum lectū Nironis, antequā attingat ad secundum Molēdinum, existens ab ea parte lecti dictæ aquæ, ex qua deriuatur ipsa aqua, & qui contrafecerit condēnetur in Libris quinque Imperialium, qualibet vice, & vltra non possit ipsa aqua vti.

De Lino non adaquando in Nirono prope Civitatem.

Cap.ccc.xix.

Non liceat alicui adaquare Linum in dicto Nirono per milliare vnum, prope Ciuitatem Mediolani, sub pęna Solidorum viginti Imperialium, omni vice, & pro quolibet.

Quod Iudex aquarum personaliter accedat ad cercandum contrafacientes.

Cap.ccc.xx.

Iudex aquarum debeat personaliter ire cum Campario, vel sine ad suam voluntatem ad cercandum, & videndum

si quis faceret contra præsentia Statuta aquæ Nironis in toto, vel in parte.

Et, si inuenerit contra esse factum, Ipse Contrafaciens condemnetur in Soldis viginti Imperialiũ, qualibet vice, qua contrafecerit.

DE EODEM.

CAP. ccc. xxj.

SI prædictus Iudex, vel alius inuenerit, quod Camparius Nironis permitteret deriuare de dicta aqua fraudolosè, se sciẽte, vel verisimiliter scire possente, quod ipse Camparius condemnetur per ipsum Iudicem, prout condemnari deberet ille, qui indebite deriuasset de dicta aqua.

DE MOLENDINIS NIRONIS COADEQVANDIS, ET MODERANDIS.

CAP. ccc. xxij.

MOLENDINA, quæ sunt in Flumine Nironis, debeant coadequari, & moderari, Arbitrio Iudicis aquarum.

QVOD AQVA NIRONIS DECVRRAT AD CIVITATEM.

CAP. ccc. xxiij.

IVDEX Officio aquarum Deputatus, teneatur, & debeat, omnibus modis, Bona fide, operam dare, vt aqua Nironis decurrat, seu fluat, & decurrere, seu fluere possit, liberè ad Ciuitatem Mediolani.

Et ille, qui est, vel erit Camparius super illa aqua, Campariam illam faciat, & facere debeat, Bona fide, & illę aquæ, quę decurrunt, vel decurrere consueuerũt, seu fluere in supra-scriptum Flumen Nironis, decurrant, seu fluant in ipsum Flumen, & maximè, Aqua, quæ dicitur Pubigera, & Rouersella, & quod alibi non decurrant, nec ducantur.

Et si quis dictas aquas alibi, quàm in dictum Flumen duxerit teneatur Camparius accusare Contrafacientem coram Iudice aquarum, & Contrafaciens condemnetur in Soldis viginti Imperialium, qualibet vice.

De Officio Camparii Aquae Nironis.

Cap. ccc. xxiiij.

STATUITUR, quod Camparius aquæ Nironis possit, & debeat accusare quoslibet Facientes contra prædicta Statuta Nironis, vel aliquod eorum coràm Iudice aquarũ toties, quoties inuenerit Facientes conta ipsa Statuta, vel aliquod eorum.

Et detur Fides sacramento Accusatoris, cum vno Teste fidedigno. Et iudex Officio aquarum Deputatus teneatur super ipsis Accusis, sic delatis, & probatis, vt supra, facere Condemnationem.

De illis, qui debent sustinere expensas quae fient pro Clusa Pontis Archeti, Nirono, et Roversella.

Cap. ccc. xxv.

OMNES, & singuli de Vniuersitate Aciariorum, & Dealbatorum fustaneorum, & illi, qui habent Prædia super Lecto, seu Ripa Nironis percipientes vtilitatem ex aqua Nironis, & Rouersellę, & maximę habentes Molendina super Lecto Nironis, siue in Ciuitate, siue extra Ciuitatem, teneantur, & debeant soluere, & sustinere suam partem expensarum, quæ fient in clusa Nironis, quæ est prope Pontem de Archeto, & aliarum expensarum, quæ fient in Nirono, & Rouersella, & in defendendo, & manutenendo illam aquam, Ad hoc, vt liberę fluat ad Ciuitatẽ Mediolani,

tàm in Clusa, quàm extra Clusam.

Et Iudex aquarum teneatur cogere quemlibet prædictorũ ad soluendum suam partem prædictarum expensarum, & si necesse fuerit Talleam fieri, occasionibus prædictis, vel aliqua earum, fiat Tallea per Prudentes Viros super hoc deputandos per Officium Prouisionum.

QVOD DEALBATORES FVSTANEORVM DEBEANT TENERE AQVAM IN ROZALIBVS.

CAP. ccc. xxvj.

STATVITVR, ꝙ Aciaroli, & Dealbatores Fustaneorũ teneantur aquam, quam extraxerint de Lecto Nironis, tenere in Rozalibus, & Areis suis, ita, ꝙ non exeat de ipsis Rozalibus, nisi reduci facerent, vt ea ad Lectum Nironis reuertatur.

Et, ꝙ eodem die, ducant, vel dimittant illam aquam ire, seu fluere per brachia decem prope Stratã, quę dicitur de Monacha, Et si quis contrafecerit condemnetur, qualibet vice, in Soldis viginti Imperialium, Et Dealbatores Fustaneorum non possint trahere, nec deriuare illam aquam de Lecto, nisi quando habent Fustaneos, vel Telas in Arca, vel Prata, Et, si contrafecerint, Camparius possit accusare, omni vice, qua contrarium fecerint, & Iudex aquarum teneatur eos condemnare, vt supra.

DE POENA ILLIVS, QVI RECVSARET SVSTINERE SVAM PARTEM EXPENSARVM, QVAE FIERENT PRO AQVA NIRONIS.

CAP. ccc. xxvij.

SI aliquis se defenderet, vel recusaret sustinere suam partem expensarũ, quę à modo fieret, occasione aquę Nironis,

& Clusæ, quæ est propè Pontem de Archeto, defendendo, vel manutenendo, vel alia occasione, illius Aquę, Non possit illam Aquam deriuare, nec vtilitatem super ea habere, donec soluerit id, quod debuerit.

Et, si ea deriuaret, Camparius debeat accusare Contrafacientem sicut alias, vt supra dictum est, & Iudex aquarum teneatur condemnare Contrafacientem accusatum, in Soldis viginti Imperialium, omni vice.

De aqua Ticinelli, seu Nauigii Communis Mediolani.

Cap. ccc. xxviij.

Nulla persona vndecunq; sit, & cuiuscunq; Conditionis, & Status existat, possit, nec debeat ducere, trahere, nec duci, nec trahi facere, modo aliquo, vel ingenio, aquam de flumine Ticinelli, seu Nauigij magni, nisi per legitimã, & rationabilem Concessionem eis, vel Antecessoribus suis per Commune, vel Dominationem Mediolani factam, vel faciendam, vel aliter Ius Habẽtibus deriuãdi de ipsa aqua, & maximè per illos, quibus per Formam Statutorum, & Ordinamentorum, & Prouisionum Communis Mediolani fuit, & est concessum ipsos posse conducere, & trahere, nec maiorem quantitatem Aquæ vltra Ius sibi competens in dicta aqua, & nõ per aliquos alios, aliquo modo, Caussa, vel ingenio, directe, vel per indirectum, sub pœna librarum quinquaginta Imperialium, cuilibet Contrafacienti, qualibet vice, Ipso Facto, applicanda pro medietate Communi Mediolani, & pro alia medietate Accusatori.

Item ad Declarationem quãtitatum aquarum, quæ exire debent de ipso Nauigio.

Statuitur, q; infrascripta Flumina, quę intrant in eo, & q; illi, qui habent Iura, & quibus concessum fuit, & est, legitimè

per Commune Mediolani in ipsis Fluminibus intrantibus, & in Bucchis exeuntibus de ipso Nauigio, habere possint tantam aquam, à parte inferiori dicti Nauigij, quantam inferius declaratur.

NOMINA QVORVM FLVMINVM SVNT HAEC.

CAP. CCC. XXIX.

FLVMEN Mischiæ, quod est à manè, parte Pontis de Vermetio, vbi est quædam Buccha, quæ Buccha fit, & esse debeat alta, à fundo Lecti Nauigij versus cęlum per tertias duas vnius Bracchij ad Bracchium Terræ, & lignaminis, & lata, & longa taliter, quod aqua exinde possit fluere in quantitate sufficienti pro duobus Rodiginis, arbitrio Dominorum Magistrorum intratarum extraordinariarum.

Flumen Baronæ de Gagiano, vbi est quædam Buccha, quæ fit, & esse debeat alta à fundo Lecti Nauigij versus Cęlum per tertias duas vnius Brachij ad Bracchium Terre, & lignaminis, & lata, & longa taliter, quod aqua exinde possit fluere in quantitate sufficienti pro vno Rodigino in Arbitrio præfatorum Dominorum Magistrorum.

Flumen Baronę de Luyrano, vbi ast quædam Buccha à manè, parte Loci de Treciano.

Flumen, vbi dicitur ad Horonellas, vltra Locum de Corsico, citra Pontem de Solcio, vbi est quædam Buccha, quæ fit, & esse debeat alta à fundo Lecti Nauigij versus Cęlum per tertias duas vnius Brachij ad Bracchium Terrę, & lignaminis lata, & longa taliler, quod aqua exinde possit fluere in quantitate sufficienti pro vno Rodigino, in arbitrio pręfatorum Dominotum Magistrorum.

Flumen, vbi dicitur ad Refregium, vbi est quędam Buccha, seu Bouaregius, prope locum de Corsicho, sit, & esse debeat alta à fundo Lecti Nauigij, versus Cęlum, per tertias duas vnius Bracchij ad Bracchium Terrę, & lignaminis, & lata, & longa taliter, quòd aqua exinde possit fluere in quãtitate sufficienti pro duobus Rodiginis in Arbitrio præfatorum Dominorum Magistrorum.

Flumen Restochani, quod est citra Locum de Roncheto, vbi est quædam Buccha, sit, & esse debeat alta à fundo Lecti Nauigii versus Cęlum per Tertias duas vnius Bracchij ad Bracchium Terrę, & lignaminis, & lata, & longa taliter, q̃ aqua exinde possit fluere in quantitate sufficiẽti pro duobus Rodiginis.

An ex diuturno vsu, quis releuetur, ne teneatur de Iure suo docere, Ias. ?s° 150. col. 1°. lib. 2°.

Et hoc, si legitimè probatum fuerit posse, & debere de Iure habere tantam quantitatem aquę. Alioquin, Gaudẽtes ipsa aqua, à parte inferiori, soluere teneantur Communi Mediolani, vel Habenti Datum ab eo, singulis annis, ad Computũ librę vnius Imperialiũ, pro qualibet vncia dictę aquę, qua inde vteretur sine legitimo, & probato Iure, vt supra.

Et hoc, vltra vncias vigintiquattuor aquę dicti Ticinelli, quę vncie vigintiquattuor dicti Ticinelli possint similiter fluere de lecto Nauigij.

Pro quibus tamen Vncijs vigintiquattuor, solui debent Cõmuni Mediolani, singulis annis, libræ vigintiquattuor Imperialium.

Flumen Lambrelli Cum Mayrola, quæ est prope Sanctum Eustorgium, vbi est quædam Buccha, seu Bouaregius, sit, & esse debeat alta à fundo Lecti Nauigij, versus Cęlũ, per tertias duas vnius Bracchij ad Bracchium Terræ, & lignaminis, & lata, & longa taliter, q̃ aqua exinde possit fluere in quantitate sufficienti pro duobus Rodiginis in

Arbitrio præfatorum Dominorum Magistrorum.

Nomina verò Buccharum, ex quibus possit extrahi, & deriuari de aqua Nauigij, ab illa Buccha, quæ est in Territorio de Bossalora, excluliuè, versus Mediolanum, sunt hæc.

In primis Buccha, seu Rugia vna, quæ est in Territorio de Treciano, a Sero, parte dicti Lecti, quæ fluit versus Prata, quæ alias tenebantur per Dominum Mediolani, & nunc tenentur per Monasterium Chartusiæ Papiæ.

Item, Buccha, seu Rugia vna, quæ est, à Meridie, parte Loci de Cagiano, & à Serò, parte Pontis de Cagiano, quæ est magis propinqua Soratori Communis Mediolani, qui est vltra Pontem de Cagiano.

Et prædictę duæ Bucchæ proximè, sint, & esse debeant altæ à fundo Lecti Nauigij, versus Cęlum in ea mensura, prout disponetur per præfatos Dominos Magistros, & latæ, & altæ, prout per ipsos Dominos Magistros disponetur.

Item Buccha, seu Cornicius, quam, seu quem Lancialotus, & Fratres de Robiano solebant tenere in Flumine Nauigij prope locum de Roncheto, debet esse larga, seu lata, per bracchium vnum, & terzias duas. Et solia dictæ Bucchæ, seu Cornicij, debet esse alta per tertias duas à fundo Lecti Fluminis Nauigij, & alta ipsa Buccha, & vacua, & expedita tota à dicta Solia, versus Cęlum, absq; aliquo obstaculo, vel impedimento, ita, & taliter, quòd à dicta Solia supra, nullum ponatur, nec dimittatur obstaculum, capellum, nec impedimentum. Et Spallę dictæ Bucchæ debeant ęqualiter intrare in dictum Flumen Nauigij, ita, & taliter, quòd vna Spalla dictæ Bucchę non intret plusquàm altera dicto Flumini Nauigij.

Item. Buccha vna, seu Cornicius vnus, quæ, seu qui est circà Locum de Roncheto, & fluit versus Batiuaccham, fit, & esse debeat alta a fundo Lecti Nauigij, versus Cælum, per tertias duas vnius bracchij ad bracchium Terræ, & lignaminis, Et lata, & longa taliter, quod aqua exinde possit fluere in quantitate sufficienti pro duobus Rodiginis, in arbitrio præfatorum Dominorum Magistrorum.

Vt supra. fol. præced. Item Buccha seu Ruggia

Ex istis Bucchis, siue Rugijs, & Cornicijs possunt ducere, & deriuare de aqua Nauigij, seu Ticinelli, illi, qui soliti sunt deriuare, & eorum Successores à dictis Bucchis, siue Rugijs, & Cornicijs, ipsis soluentibus Communi Mediolani, pro qualibet vncia aquæ, ad computum libræ vnius Imperialium, pro qualibet vncia dictæ aquæ, nisi doceant legitimè habere Ius ducendi de ipsa aqua, sine aliqua Solutione pecuniæ.

Buccha, seu Cornicius, qui appellatur Cornicius de Bernate, ad requisitionem Monasterij de Bernate, aptetur expẽsis ipsius Monasterij per hunc modum, videlicet.

Quod Neruile dicti Cornicij sit altum à fundo dicti Nauigij, versus Cælum per brachia tria ad brachium Terræ, & lignaminis.

Et, quod dictus Cornicius, seu Buccha, debeat fieri de bono Muro, videlicet, de bonis lapidibus, & cemento.

Et, quod de subtus à dicto Cornicio fiant Schalę lapidum viuorum, prout est ad Cornicium de Cagiano, Quo Cornicio sic aptato, vt supra, & non aliter, licitum sit ipsi Monasterio deriuare, & deriuari facere quocunque Die, Nocte, & Hora, tàm Feriato, quàm non Feriato, de aqua dicti Nauigij per dictum Cornicium aptatum, vt supra, ipso Monasterio soluente Communi Mediolani, ad cõputum libræ vnius Imperialium, pro qualibet Vncia dictæ aquæ, omni anno, nisi

ipsum

ipsum Monasterium doceat legitimè habere Ius ducendi, & deriuandi de dicta Aqua, sine Solutione pecuniæ.

Buccha, seu Cornicius situs in Territorio Loci de Bossalora, qui dicitur Cornicius de Cribellis aptetur per hunc modum, videlicet, quod Neruile dicti Cornicij sit altum à fundo Lecti Nauigij, versus Cęlum per bracchia, duo ad brachium Terræ, & lignaminis, Et Solia dicti Cornicij sit, & de cætero remaneat lata, prout steterit, & est, ad præsens.

Et, quod dictus Cornicius, seu Buccha debeat claudi de bono Muro, videlicet, de bonis lapidibus, & cemento.

Et, quod desubtus à dicto Cornicio fiant Schalæ lapidum viuorum, prout est ad Cornicium de Gagiano.

Et hæc omnia Expensis illorum, qui percipiunt vtilitatem de aqua fluente ex dicto Cornicio, quo Cornicio, sic aptato, & non aliter, liceat ei, vel eis, qui potest, vel possunt ducere aquam per dictum Cornicium, quocunque Die, Nocte, & Hora, tàm feriato, quàm non Feriato, deriuare, & deriuari facere de aqua dicti Nauigij, ex dicto Cornicio aptato, modo prædicto. Et de ipsa aqua facere suam vtilitatem.

Et, quod ipsæ, vel ipsi, soluere teneantur Communi Mediolani, ad Computum libræ vnius Imperialium pro qualibet Vncia dictæ aquę omni anno, nisi doceant legitimè habere Ius ducendi, & deriuandi dicta aqua sine aliqua Solutione pecuniæ.

A Buccha de Bernate, exclusiuè, super omnes Bucchæ per quas defluit, seu deriuatur aqua ex flumine Nauigij, seu Ticinelli, obturētur, & obturatæ teneantur, taliter, quod aqua non fluat, nec possit deriuari per ipsas Bucchas, nec aliquam earum.

Et prædicta non intelligantur in Soratoribus Communis, vel Domini Mediolani.

Buccha vna, seu Sorator, qui appellatur Sorator de Corbis, manuteneatur per Commune, vel Dominum Mediolani per modum descriptum de flumine Lambrelli, pro qua Soluantur Communi Mediolani, singulo anno, libræ vigintiquattuor Imperialium, pro Vnciis vigintiquattuor aquę dicti Nauigij fluentis per ipsum Soratorem.

Et hæc per illos, qui soliti sunt soluere dictos Denarios, vel per eorum Successores.

Omnes Soratores Bouaregij, seu Bucchę Nauigij, de quibus inferius mentio habetur, aptentur expensis Communis, vel Domini Mediolani, quàm citius fieri poterit, secundum Dispositionem, & Ordinem præfatorum Dominorum Magistrorum, per quos Soratores, seu Bouaregios, vel Bucchas, vel per aliquem ipsorum non possit, aliquo modo, extrahi, nec deriuari aqua Ticinelli, aliquo tempore, per aliquam personam, Collegium, nec Vniuersitatem, nec de ipsis Soratoribus, seu Bouaregijs, vel Bucchis possit, aliquo modo, de dicta aqua defluere, nec exire, nisi per maximam abundantiam, & superfluitatem aquarum.

Qui, & quæ sunt hæc.

In primis Clusa magna de Nosate, quæ est apud Buccham magnam.

Clusa, quæ est, vbi dicitur ad Portas de Lauandera.

Sorator vnus, vbi dicitur in Prera de Retro, siue de Castano.

Buccha vna, seu Sorator vbi dicitur ad Cigogneram, qui est in Territorio de Torbicho.

Buccha vna Quæ est subtus Pontem de Padregnano.

Sorator Sancti Andreę, qui est in Territorio de Cugiono siue, de Padregnano.

Buccha vna, vbi dicitur ad Gambironum.

Clusa vna, prope Gagianum.

Sorator vnus, vbi dicitur ad medium inter Trecianum, & Bonayrolam.

Boueregius vnus, vbi dicitur ad Pontem de Solcio.

Boueregius vnus, vbi dicitur ad Oronellas:

Boueregius vnus, vbi dicitur ad Pontem Sancti Christophori.

Boueregius vnus, inter Corsichum, & Ronchetum.

Fiant Portę super flumine Nauigij, expensis Cōmunis, vel Domini Mediolani, largę, & magnæ: & in illis partibus, in quibus, & prout præfatis Dominis Magistris videbitur in tempore superfluitatis aquarum, si expedierit, vt aqua possit per ipsas exire de lecto ipsius Nauigij.

Item Statuitur, ꝙ per suprascripta Statuta non intelligatur esse derogatum aliquibus Habentibus Priuilegia, Concessiones, vel aliquod Ius extrahendi de dictis aquis, vel aliqua earum, sed ea Iura in robore suo persistant.

De Electione, et Officio Camparii Ticinelli, sive Navigii.

Cap.ccc.xxx.

Constitvatvr per Officium Prouisionum, vel Dominum Mediolani vnus Camparius, qui habeat Curam, & Custodiam fluminis Ticinelli, seu Nauigij, qui ad illud Officium intendat, & qui habeat Bailiam accusandi, & pignorandi quemlibet deriuantem de aqua dicti Fluminis Nauigij, seu Ticinelli contra Formam pręsentium Statutorum, & Quemlibet, qui aliquid cōmiserit in dicto Flumine contra Formam Statutorum.

Et habeat pro suo Salario secundum quòd eidem ordinabitur per Dominum Mediolani, vel per dictum Officium.

Cui Campario credatur, & credi debeat de his, quæ spectabunt ad ipsius Officium cum Sacramento suo, & vno Teste fidedigno.

De Molestatis indebitè, occasione, Officii Stratarvm, et Aqvarvm.

Cap.ccc.xxxj.

SI contingat aliquod Commune, Vniuersitatem, vel singularem Personam Ciuitatis, vel Ducatus Mediolani, detineri, robari, vel aliter molestari, in psona, vel rebus, indebitè, occasione Officij Stratarū, vel Aquarum, pro eo, quod nō teneatur ad id, per quod sit, vel fuerit molestatus, vt supra, vel pro eo, quod reperiatur obediuisse, ante talem Molestationem, Tunc, in prędictis casibus, & vtroq; corū, talis Molestatus nō teneatur ad aliquod Salarium, nec expēsas, Sed, liberè, & sine expensis conseruetur indemnis per Officiales dictorum Officiorum, & eorum Notarios, & Seruitores, sub pęna Officiali Procedenti, & prædicta non Obseruanti, qualibet vice, librarum dccc̄ Imperialium, & eius

Notario.

Statuto [illegible] si in [illegible] alio [illegible] sollecitare [illegible]
[illegible]

RVBRICA GENERALIS DE SER VITVTIBVS.

Quod servitus [illegible] tractatur [illegible]
tempore [illegible] 332.

[illegible]

De [illegible] 98 c 555

[illegible]

Sedano [illegible]

De [illegible]

Quando [illegible]

removeat, ...
... ...
... ...
... ...

... ...
... ...
cap 334

Cum ... ...
... ...
... ...
... ...

quando ... ... 233 et ... ...

335

... ...

Si contin... desse ... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...
... ...

Quum ...

Qui Murus, facta Solutione, vel facta solemni Depositione, in casu negligentiæ, seu renitentiæ sit Communis, Ipso Iure, pro ea parte tantum, pro qua, immissum fuerit, vt supra, & fiat Solutio medietatis dicti Muri, & Fundi, vt supra, Domino, vbi non erit Murus emphiteoticus.

Vbi verò esset emphiteoticus, pro medietatę primò Domino Directi, & pro altera medietate Emphiteotę existenti in actuali, & naturali Possessione.

Et si Murus non fuerit sufficiens, vt supra, & facta per prius Solutione, vel Depositione, vt supra, tūc liceat Vicino volēti ędificare, seu infigere in eo Muro, ipsum Murū reficere, seu sufficientem facere, suis tamen proprijs sumptibus, & Expensis, sine tamen aliqua Repetitione ipsarum Expēsarum in toto, nec in Parte.

Et nihilominus ipsæ Murus refectus, seu factus sufficiens, remaneat communis, absq; alia Solutione.

Si verò, ipsa Domus, seu Aedificium debeat Seruitutem luminis, vel Prospectus dictę Domui ipsius Parietis, similiter Vicinus ipsius, possit in dicto Muro infigere, etiam inuito Domino dicti Muri, seruata Forma Statuti, incipientis. SI SERVITUTEM STILLICIDII IN ALIENO QUIS HABUERIT, positi sub Rubrica pręsenti generali. Nec occasione contentorum in præsenti Statuto Compromissum peti possit.

A quibus tamen, Aestimatione, & Iudicio Aestimatoris, vt supra, singulariter, & debitè referendo, non possit appellari, quærelari, nec supplicari, nec de nullitate agi, nec Beneficium restitutionis in integrum peti, nec Officium Iudicis implorari, neq; Reductio ad arbitrium Boni Viri peti.

Ita tamen, q; per disposita, in præsenti Statuto non intelligatur derogatum infrascripto Statuto, posito sub rubrica speciali, de Communi Pariete, seu Muro construendo, q; incipit. SI QUIS IN CIVITATE MEDIOLANI,

& cætera, nec Contentis in eo.

QVOD VICINVS POSSIT AEDIFICARE VLTRA PEDEM VICINI SVI.

CAP. ccc. xxxvj.

SI quis Pedem extra Domum suam habet, vltra illum Pedem, Vicinus in suo poterit ædificare, vt in suo non videat, nec aquam Stillicidij eius recipiat, dimisso Pede aliprando, extra Stillicidium, qui Pes, sit, & esse debeat ipsius Aedificantis.

Vid, Tex, in .l. fi. ff. fin. regund. .cepol, de Ser. vrb c. 28, 25°. 8. & c. 9.

QVOD NON POSSIT FIERI OPVS IN PRAEIVDICIVM HABENTIS SERVITVTEM LVMINIS, VEL STILLICIDII.

CAP. ccc. xxxvij.

SI Seruitutem Stillicidij in Alieno, quis habuerit, ille, qui Seruitutem talem debet, nullum opus in præiudicium Habentis dictam Seruitutem Stillicidij poterit construere, firma tamen manente Dispositione præcedentis proximè Statuti.

Si verò Seruitutem luminis, vel prospectus habuerit, vel ne luminibus officiatur, nullum opus ad oppositum ex opposito, intra Spacium bracchiorum decem ad bracchium lignaminis, & intra Spacium bracchiorum quinq; ex latere ad brachium, vt supra, facere possit in prejudicium dictæ Seruitutis.

Vltra verò mensuram prædictam, ille, qui Seruitutem debet, quodcunq; opus construere poterit ad sui libitum, & etiam quodcunq; opus facere poterit in Muro, in quo est Seruitus, à Seruitute luminis infra, videlicet, à dicta Fenestra infra, dimisso tamen dimidio bracchio à dicta Fenestra

infra, soluendo medietatem Muri, vt supra.

Et prædicta habeant locum, siue Prædium Vrbanum, vel Prędia vrbana sint, proprium, vel propria, emphiteoticum, vel emphiteotica, & intelligatur esse Seruitus luminis, vel prospectus, vel ne luminibus officiatur, quando talis Seruitus est apposita in Frõtispicio, vel aliter appareat eam Seruitutem esse legitimè constitutam.

De Servitvte Lvminis.

Cap. ccc. xxxviij.

IS, cui Seruitus luminis debetur, plures Fenestras, vel maiores, quàm consueuerit, vel in alio Loco facere non possit, nec in Muro tenere aliqua Foramina, vel Relaxa.

Quando Seruitus durior possit Imponi, Corn. ps. 50. col. fi. lib. 2.

De Servitvte Stillicidii.

Cap. ccc. xxxix.

IS, qui Seruitutem Stillicidij habet, maiorem aquam, quã consueuit immittere, vel in alio loco facere non possit.

Vid. Tex. gl. & doct. In. l. sicuti. §. Aristo. ff. si seruit. vend.

De Satisdatione volentis aedificare svper svo, vel Commvni, cvi fverit denvnciatvm, et de opere demoliendo.

Cap. ccc. xl.

SI cui volenti ędificare, vel aliud opus facere super suo, vel Communi, denunciatum fuerit nouum opus, & paratus fuerit cum effectu satisdare cum idoneo Fideiussore de opere demoliendo, si iniustè, ædificasse, vel laborasse repertũ fuerit, admittatur, vt statim pręstita Satisdatione, in ipso laborerio possit procedere.

An Iudex poss. pręcipere alicui ne ędificet, parte non citata Imol. vbi ref. Io. Andr. In. l. de vno quoq. ff. de re Iud.

Et contenta in præsenti Statuto non habeant locum, vbi notoriè constet de non Iure ędificare volentis per Instrumentum, vel Sententiam, vel Arbitramenta, quę Sententię, vel Arbitramenta, transiuerint in Rem Iudicatam, & mereantur exequutionem, & superinde sit publica Scriptura, vel de aliqua Seruitute debita cōstet, aut per inspectionem loci, vel aliter, quo casu, non audiatur Talis ędificare Volens, etiam præstita dicta Satisdatione, & nisi prout in præsentibus Statutis continetur.

Et Opponens suprascriptas Exceptiones, vel aliquas ex eis, teneatur eas verificare intra dies tres vtiles, à die Oppositionis factę coràm Iudice, coràm quo talis Exceptio, proposita fuerit.

Et vlterius, non audiatur Talis opponens ad impediendum ædificare volentem.

Et in prædictis, & occasione prædictorum, possit procedi, etiam in Ferijs, non introductis in honorem Dei, vel Sanctorum, nec admittatur Petitio Compromissi.

Vt in rubr. de fer. fo. vol. 1.

Veron. In Seruiti Vrb. tit°. de refectione, q est. c. 59. Socy. 28. 44. In fi. lib. 4.

De refectione Parietis Muri sui proprii.

Cap. ccc. xli.

LICITVM sit cuilibet reficere, vel refici facere parietem, seu Murum suum, siue pleni Dominij, siue respectu vtilis Domini, & occasione ipsius refectionis ire, & mittere, & quæcūq; oportuna ad id deferre, & deferri facere in Domum, vel prædium Vicini sui, uel Confinantis, cum ipso Pariete, seu Muro reficiendo.

Ita tamen, q cum minori dispendio sui Vicini, possit ire, mittere, & oportuna, ut supra deferre, & deferri facere.

Decl. Papien. In vlt°. forma lib. In v°. & in futurū percipien. & est Tex. in. l. si Aedes. ff. cōi, diuid.

Vbi uerò Paries, seu Murus sit Communis, etiam, eo casu, liceat, ut supra, & ut supra, & possit cogere Vicinum, etiam summariè, & per omnia Iuris remedia, efficaciora, & sine

[illegible] ... applicatione.

DE COMMUNI SARIETE SEU

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Videas cap. [illegible] ... ad parietem ... [illegible]

[illegible] ... 223.

[illegible]

+

Alioquin [illegible] ad eo [illegible] fiat ut non committat, et si commiserit [illegible] nec possit vicinus ipse aliquid novum [illegible] separatum a dicto muro, nec aliquid aliud novum separatum a ipso muro [illegible] partis [illegible] mensura [illegible] quod in [illegible] [illegible] mensura brachium [illegible]

Si [illegible] muro [illegible] inter muros [illegible] vel inter [illegible] [illegible] civitate [illegible] [illegible] coquina [illegible]

[illegible] si quis [illegible] vel [illegible] in civitate Mediolani [illegible] licet inter muros [illegible] [illegible] possit in loco [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Ita ut ipse murus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] causas [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Ita tamen [illegible] fenestram [illegible] fenestras [illegible] ubi eo muro, [illegible] qui [illegible] [illegible] vel [illegible] [illegible] [illegible] Mediolani [illegible] vel [illegible] in continuatione [illegible] non aliter.

Et [illegible] de lapidibus [illegible] cum uno [illegible] et [illegible] ut aqua [illegible]

Et si quis eidem muro [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] faciat aqua [illegible] super [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

Et, si alter voluerit Aedificium separatum à dicto Muro, à sua parte facere, tunc seruentur ea, quæ dicta sunt inter Curtem, & Curtem, vt supra.

De Concessis habentibus domum prope Murum veterem Ciuitatis antiquae Mediolani.

Cap.ccc.xLiij.

Inter illos Ciues, aut Vicinos, qui prope Murum veterem Ciuitatis antiquæ, Intus, & foris, Prædia, siue Sedimina possident, Statuitur.

Quòd, Is, qui prope Murum ipsum, seu Fũdamentum Muri veteris, domum habet, destructo Muro, totum pedem, seu Fundamentum illius Muri occupare possit, & quicquid ei vtile fuerit, possit super pedem, vel Fundamentum ipsius Muri construere.

De aqua non immittenda in Terram, sive domum Vicini, qui extra Pedem, vel Fundamentum Muri Civitatis antiquae Mediolani, Domum, vel Terram possidet.

Cap.ccc.xLiiij.

Nullus, Stillicidium, nec aliquam aquam immittere possit in Terram, siue Domum Vicini, qui extra pedem, seu Fundamentum Muri Ciuitatis antiquæ Mediolani, Domum, vel Terram possidet.

Sed, nec Fenestras, nec aliqua Foramina, nec Relaxa in eo, ei habere liceat, nisi, is, cui totus Pes, seu totum Fundamentũ ipsius Muri accessit, vt dictum est, dimiserit Pedẽ alíprandum ex ipso Fundamento dicti Muri, ꝙ vtiq; necesse facere

Habeat,si voluerit haberẽ Fenestras,vel immittere aquam.

De Servitute Luminis, et Prospectus.

Cap.ccc.xLv.

An dicatur real. veron. In seiui, vrb, c.39. col. 2.

SERVITUS Luminis,& Prospectus,& ne Luminibus officiatur Iure nostro idem repræsentant.

Declaratio qualiterquis intelligatur habere Pedem.

Cap.ccc.xLvj.

Decl. pedis aliprandi infr: fit°. Incip. Mensura. fol seq, c. 19.

SI dubium fuerit,vtrum,quis Pedem habeat,vel non,qui Fenestras,& Stillicidium,vel Stillicidium tantum,habere,longo tempore,consueuit,pedem vnum habere intelligatur,& longum tempus intelligatur,inter præsentes,decem annis,& inter absentes,viginti,& si Fenestras tantum habeat,sine Stillicidio,seruitutem Luminis,& non Pedem,habere intelligatur.

De eo, qui habet inferiorem partem domus, et illo, qui habet superiorem.

Cap.ccc.xLvij.

SI quis habet inferiorem partem domus,seu Aedificium inferius.Alter vero habet partem superiorem domus,seu Aedificium superius,Partes ipsę communiter teneãtur ad faciendum,& factum manutenendum,& reparandum,debitè referendo,cęlum existens inter Aedificium inferius,& superius,& hoc,de bono lignamine,cum Astrego bono,seu Solo de Medonis,vel de bonis Planellis.

Habẽs verò Aedificium superius,teneatur facere,& factum manutenere,& reficere,suis proprijs impensis,Tectamen superius,cum Muris,ipsum Tectamen sustinentibus,à

dicto Cęlo Communi, supra, nec possit desubtus dictum cęlum Aquam, Terram, nec quicquam aliud mittere, nec mitti permittere.

Habens vero inferius, teneatur reparatos tenere, & vbi expediens fuerit, reficere Muros à dicto Cęlo infra, suis Sumptibus.

Et ad prædicta cogi possint per omnia efficaciora Iuris remedia, singulariter referendo.

De Baltreschis, Ponticellis, et Glorietis construendis.

Cap. ccc. xlviij.

SI quis de cætero construere, seu construi facere voluerit aliquam Baltrescham, Ponticellum, vel Glorietam in eius Domo, super Muro proprio, vel Communi, per quam immediatè prospici possit in Domum Vicini, hoc ei liceat, & licitum sit, dummodò obturet, seu obturari faciat talem Baltrescham, Pōticellum, vel Glorietam in totum, versus Vicinum, de lapidibus, & cemento, nec in tali Muro proprio, vel Communi, possit infigere, nec appodiare aliquam Baltrescham, Pōticellum, vel Glorietam superegredientem dictum Murum, & vt supra, nisi facta obturatione, prout supra, versus Vicinum, catenus, quatenus supergrediatur dictum Murum.

De Iure Cōi non licet ędificare ad effectum videndi in domum vicini, puta eius filiam, Alex. cõs. 147. col. 2. lib. 2.

Quod praesentia Statuta habeant locum, etiam in Servitutibus iam constitutis.

Cap. ccc. xlix.

PRAESENTIA Statuta posita sub præsenti Rubrica generali de Seruitutibus, habeant etiam Locum, & seruētur in Seruitutibus iam Constitutis, seu existentibus.

Vid. Tex. In. l. fi. ff. fin. regund. Et Alcia. In. l. mille passus. ff. de verb. sign.

Declaratio Pedis liprandi.

Cap. ccc. L.

Mensura Pedis liprandi, sit, & esse intelligatur, de Vnciis nouem ad brachium Lignaminis.

Rubrica generalis de privilegiis doctorum Collegii Mediolani, et Medicorum.

Quod nullus de Collegio Iudicum Mediolani cogatur ire ad Exercitum, nec Cernedam.

Cap. ccc. Lj.

Vid. Tex. in. l. sancim⁹, vbi Bal. C. de Aduo. diu. iud.

Nullus de Collegio Doctorum Iudicum Mediolani teneatur, nec cogi possit ire ad Exercitũ, nec ad aliquã Cernedam, nec Andatã, quouismodo, nec facere aliquã Custodiam de Die, nec Nocte, nisi tempore Exercitus generalis. Quo casu, sufficiat mittere personam Idoneam, loco sui.

Idem seruetur in Procuratoribus Mediolanensibus, Artem Procurationis exercentibus, describendis in vno libro, ex Forma præsentium Statutorum, nec non in Deputatis ad gubernandum Statuta Mediolani.

Idem habeat locum in Physicis Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, de eorum Collegio, & Magistris Gramaticæ, & in Medicis Ossorum ruptorum, & Neruorum dislongatorũ, ac in Medicis Cyroicis, de eorum Collegio.

De Privilegiis Scholarium Legum.

Cap. ccc. Lij.

Legum Scholares Studium continuantes, non

Compellam

Compellantur ire ad Exercitum, nec ad Cernedam.

Idem seruetur in fauorem Studentium in Scientia Physicę, vel Medicinæ.

QVOD NVLLVS DE COLLEGIO IVDICVM POSSIT ESSE FIDEIVSSOR.

Sup.fo. cap. teneant.

CAP.ccc.Liij.

NVLLVS de Collegio Iudicum Mediolani possit, quouismodo, esse Fideiussor, nec penes Cameram, nec in Iudicijs, nec extra, nec etiam se Principalem constituendo, vel Insolidum obligando pro alio. Et huic Statuto non possit, aliquo modo, renunciari, nec pacto tolli, & Iuramentum in contrarium præstitum non valeat, nec teneat.

Idem seruetur in Procuratoribus Mediolanensibus exercentibus Officium Procurationis, & quo ad hoc tantum, intelligantur Procuratores, vt supra, illi, qui mandato Abbatum Collegij Notariorum Mediolani cum Antianis, vel maiori parte Antianorum ad Officium ipsorum Abbatum descripti fuerint pro Procuratoribus, in vno libro tenendo specialiter super hoc ad ipsum Officium.

QVOD NVLLVS MEDICVS CYROICVS POSSIT MEDERI, NISI SIT RECEPTVS IN SVO COLLEGIO.

CAP.ccc.Liiij.

NVLLVS Medicus Cyroicus possit mederi in Ciuitate, nec Suburbijs Mli, nisi pri⁹ fuerit recept⁹ in suo Collegio.

Item, q̄ nullus debeat recipi in dicto Collegio, nisi prius fuerit examinatus, & approbatus per aliquos alios bonos Medicos dicti Collegij, & Sapientes ad hoc electos.

Q

Saluò, q̄ contenta in præsenti Statuto non habeant locum in illis Medicis, qui iam annis duodecim proximè præteritis, Officium medendi exercuerint.

DE CADAVERE DANDO MEDICIS, PRO FACIENDO ANATOMIAM.

CAP. ccc. L v.

DOMINVS Potestas Mediolani, & Capitaneus Iustitiæ, & vterq; eorum, teneantur concedere, vel tradi facere vnum Cadauer Rectoribus, seu Abbatibus Medicorum, tàm Physicæ, quàm Chirurgiæ petentibus pro Anatomia facienda ex illis Corporibus, de quibus facta fuerit Iusticia. Dum tamen illud, quod continget dari, sit vilis, & humilis conditionis.

Et ad hoc teneantur ipsi Domini Potestas, & Capitaneus, & vterq; eorũ, singulis annis, sub forma infrascripta, videlicet. Cadauer Masculi, vno anno, & Mulieris alio anno, prout Casus euenerit.

Et pro prædicta Anatomia facienda, Vicarius Prouisionum teneatur concedi facere locum in Domibus Hospitalis Brolij, prout expediens fuerit.

DE PAVPERIBVS MEDENDIS, AMORE DEI, SINE ALIQVA REMVNERATIONE.

CAP. ccc. L vj.

SINT in Ciuitate Mediolani Collegia Medicorum Physicæ, & Chirurgiæ, & teneãtur ipsi Medici dictorum Collegiorum visitare, & mederi Pauperes, & Egenos gratis, & amore Dei, & super hoc per Collegia sua, apponatur modus Idoneus, singulo anno.

Et ad hoc exequendum, possint cogi, per Vicarium Prouisionum, & Potestatem Mediolani.

De Medicis Physicae examinandis, antequ'am recipiantur in eorum Collegio, et inducendo aegros ad Penitentiam, et Confessionem.

Cap.ccc.Lvij.

Nullus recipiatur in Collegio Medicorũ Physicæ in Mediolano, nisi steterit in Studio generali, & dederit operam Sciẽtiæ Medicinæ ad minùs per tres annos continuos, & dato, ꝙ steterit per dictos tres annos, saltim, non recipiatur in Collegio Medicorum Mediolani, nisi etiàm fuerit examinatus, & licentiatus in Studio generali, & nisi etiàm fuerit examinatus per Medicos ipsius Collegij Mediolani, & approbatus per maiorem partem Medicorum dicti Collegij, qui interfuerint prædictę Examinationi.

Et, si quis Venerit ad habitandum in Mediolano, vel in Ducatu pro medendo in Arte Physicæ, Rectores dicti Collegij teneantur cogere illum, aut illos, ad recipiendum Examen dicti Collegij, vt suprà, infrà vnum mensem, postquã venerit ad habitãdum, & si recusauerint Examinationem eorũ recipere infrà mensem vnum, à die Requisitionis, Nullus alius Medicus audeat esse cum illo, vel illis in Cura aliqua, nec Curam aliquam illi, vel illis committere.

Et teneantur, quemcunq; Examinatum, & repertum Idoneum, vt suprà, admittere, & recipere in dicto Collegio.

Et nullus admittatur in ipso Collegio, nisi priùs iurauerit ad sancta Dei Euangelia, corporaliter tactis scripturis, seruare Dispositionem Capituli, CVM INFIRMITAS, & obedire Rectoribus, seù Abbatibus dicti Collegij, in licitis, & honestis, & Statuta dicti Collegij, tàm ædita quàm ædenda seruare. Cuius Capituli effectus, sequitur, videlicèt, Quòd Medici ipsi cùm eos ad infirmos vocari cõtigerit

ipsos antè omnia moneant, & inducant, vt Medicos aduocent Animarum, vt postquàm fuerit Infirmo de spirituali salute prouisum, ad Corporalis Medicinæ Remedium, salubriùs prouideatur.

De Magistris Physicae eligendis ad legendum.

Cap. ccc. Lviij.

ABBATES, seu Rectores Collegij Medicorum Physicæ Mediolani, de Consensu, & Ordinatione maioris partis Collegij prædicti, eligere teneātur vnum, vel duos Legentes Scientiam Medicinæ in Mediolano, omni anno, dum sint Scholares audire volentes.

De Sententiis Medicorum dandis super Vulneribus.

Cap. ccc. Lix.

NVLLVS Medicus Physicus, sinè Ciroico, cogatur dare aliquod Iudicium, vel Apparere, per aliquem, vel aliquos, coràm aliquo Iusdicente, & Deputato, & de tali Iudicio, Seu Apparere, priùs soluatur illis, secundùm qualitatē Rei, & Laboris, & Personarū, de quibus Iudicium, vel apparere, est dandum, sub pęna, tali Iudici, librarum viginti Imperialium, applicandarum Communi Mediolani. Idem in Ciroico, sinè Physico, Et prædicta habeant locum in Caussis Criminalibus motis, seu remouendis.

De Triaca, et Mdicinis examinandis.

Cap. ccc. Lx.

NVLLA Persona, audeat, nec præsumat componere Triacā, nec aliam Medicinam Opiatam, nec Laxatiuā, vel

Solutiuam ficut Electuarium de Suco Rosarum, aut Triphoram Saracenicham, & Seram, & Pillulas mutas, & similes Medicinas, nisi prius earum Dispensationes fuerint examinatæ, & approbatæ per Abbates, seu Rectores Collegij Medicorum Mediolani, vel per aliquos Medicos electos per ipsos Abbates, seu Rectores ipsius Collegij, sub pœna librarum quinquaginta Imperialium, applicanda Communi Mediolani, pro qualibet vice, pro duabus ex tribus partibus, & pro alia tertia parte Accusatori, Et quilibet possit accusare, & q̄ nullus pręsumat dare aliquā Medicinā Solutiuā, nec venenosam, nec Opiatam, sine licentia Physici de dicto Collegio, vel Medici, q per duodecim annos Officiū medēdi exercuerit, sub pœna suprascripta, nisi Cassiam, & Pillulas omnes, compositas, ex Aloe, Mirra, & Croco tantū, sub pœna prædicta, quæ applicetur, vt supra.

De fide danda Aromatariis de rebus vendendis ad credentiam.

Cap.ccc.Lxi

Statuitur, q̄ de, & sup Spiciarijs, & rebus apothecæ, quæ traduntur, & venduntur, seu de cætero vendi continget ad Minutum, & ad ad Credentiam, ad constituendū, & faciendum Aliquem Debitorem à quantitate librarū vigintiduarum Imperialium infra, & vsq; ad dictam quantitatē, stetur, & stari debeat Libris Speciariæ, siue Apothecæ, cum Sacramento Speciarij, seu Domini ipsarum Spicierū, & Rerum traditarum, & venditarum, vt supra, & siue alicuius Factoris, seu Famuli sui de apotheca informati de Venditione, & Traditione dictarum Rerum, & specierum. De valore tamē, & Prætio Rerum huiusmodi, non Libris ipsis, nec Sacramento stetur, sed dicto duorum aliorum in ipsa Arte peritorum, cum sacramento suo, & eligendorum ab illo Iusdicente, corām quo Litem verti continget.

Et cum hoc etiam, ꝙ in libris ipsis, seu eorum Receptuario, & in Listis fiat mentio specialis de rebus nominatum, & carum quantitate.
Et in præsenti Statuto comprehendatur summa librarum sexdecim Imperialium, pro qua Iurari poterat, secundum formam alterius Statuti, seu Facultatis.
Ita tamen, ꝙ à die, quo præstitum fuerit dictum Sacramentum retro, non possit iurari, nisi pro ipsa vna vice, tantum.

QVOD LICEAT AROMATARIIS LABORARE CERAM ALBAM, NON OBSTANTE ALIQVO STATVTO

CAP. ccc. Lxii

LICEAT Aromatarijs, non obstante aliquo alio Statuto laborare, & laborari facere Ceram Albam, licet non sit tota sequens in albedine, videlicet, possit fieri facere Copertam, vel Copertas de supra de cera plus alba, quàm sit cera intrinseca, Dummodo ipsa tota cera sit munda, & pura, sine aliqua fraude, siue mixtura alterius rei.

DE FIDELI ORDINE, ET CVRA SOLICITA HABENDA PER MAGISTROS GRAMATICAE, ET REPETITORES.

CAP. ccc. Lxiij

MAGISTRI Gramaticæ, & Repetitores eorum, teneantur fideliter, & benè, ac bona fide, & cura diligenti, docere Scholares suos, singulis diebus, in manè, & post prandium, more consueto, exceptis diebus Dominicis, & Festiuitatibus Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi, & Paschatis Resurrectionis eiusdem, cum septem diebus sequentibus, post Paschatis, Pētecosten, cū duobus diebus sequentibus, & Epiphaniæ Dñi, Ascensionis Domini, &

Corporis Christi,& quattuor Festiuitatibus Gloriosissimę Mariæ virginis,& Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ, Festiuitatibus duodecim Apostolorum,Sancti Nicolai,& sancti Ambrosii mensis Decembris, sub pœna librarum quinq; Imperialium,applicandarum Communi Mediolani pro quolibet eorum,& qualibet vice.

Et qui magistri, vna cum Repetitoribus,petere,nec exigere possint,nec eis liceat, vltrà libras tres Imperialium, pro primis sex mensibus,post Festum Sancti Michaelis,& totidem pro alijs sex mẽsibus,pro mercede,tàm pro Magistris, quàm Repetitoribus,ad super totũ,pro quolibet Scholare.

Super Salario adest Decretum publicatum die primo Augusti,1468,quòd ẽ Ducis Galeaz, & quòd tribuit Iurisdictionẽ Vicario Prouisionum.

Quòd Salarium,seu Mercedem,nõ possint exigere pro primis sex mensibus ante Festum Paschatis Pentecosten,sub pœna prædicta.

Et quilibet possit accusare,& habeat Medietatem Condemnationis,& altera medietas sit Communis Mli. Qui magistri non audiantur ad petendum dictam eorũ Mercedem, elapsis sex mẽsibus,post annum,nisi saltim intra dictos sex menses, interposuerint, quærimoniam coràm Iusdicente.

RVBRICA GENERALIS DE DAMNO DATO.ET CAMPARIIS CONSTITVENDIS,ET EORVM OFFICIO.

QVOD LICITVM SIT CVILIBET TENERE SVPER SVO BESTIAS.

CAP.ccc.Lxv.

LICITVM sit cuilibet tenere quascunq; Bestias super suo,dum non vadant super alieno ad pascendum, Et,si ipsę Bestiæ fuerint super alieno,ad pascendum,componat tenẽs ipsas Bestias Damnum Passo,vt in infrascripto proximè sequenti Statuto continetur.

Et quilibet Tenens Porcos, Capras, Moltonos, Oues, vel Castronos, possit, & debeat cogi ad Requisitionem Consulis Loci, vbi tenentur dictæ Bestiæ, vel propè Territorium dicti Loci per milliaria duo, ad satisdandum, de libris quinquaginta Imperialium, Quòd ipsi Porci, Capræ, Moltoni, Castroni, & Oues eius, non dabunt alij Damnum. Et vlterius, q restituet Damna Data in duplum, Damnum Passo.

Et sufficiat vnica Satisdatio, etiàm si plures requisiuerint.

Et Notarij Damnotũ Datorũ habeãt tantũmodò, pro qualibet Satisdatione, Soldos quatuor Imperialiũ, & non plus.

Ità tamen, q nemo proindè molestetur de mandato Officij Damnotũ Datorum, nisi priùs appareat legitima Caussa, pro qua molestari voluerit, sub pœna librarum quinquaginta Imperialium, applicãdarum pro medietate Molestato, & pro altera Communi Mediolani, & auferẽdarum, per Iudicem Damnorum Datorum, & per eius Notarium, Ipso Iure, & Facto, absq; alia Declaratione proindè facienda.

Ità tamen, q vbi Cõdemnationes factæ fuissent, vsq; ad summam dictarum librarum quinquaginta Imperialium, occasione Damni dati, seu Damnorum Datorum, & vt suprà, q nihilominus teneatur iterùm satisdare pro libris quinquaginta Imperialium, Et sic, toties quoties contingat iterùm alias Condẽnationes fieri pro dicta summa librarum quinquaginta Imperialium, occasione Damnorum, & vt suprà, Iterũ, & de nouo reiteretur Satisdatio, vt suprà, & vt suprà.

An Dominus, aut Fictabilis possit accusare, Bart. sing. in l. si Iur. ff de vsufr. Ang. de Malef. in vers. Scienter, & dolose, col. 1. Abb. in c. quã frequẽter, col. fi. vt lite Pẽ, & Gud. pa. sing. 64.

De poenis ordinatis contrà dantes damnum.

Cap. ccc. lxv.

SI quis Damnum, vel Guastum dederit contrà Vetita, per Statuta, vel Ordinamenta Communis Mediolani condemnetur, vt infrà, videlicèt, pro qualibet Bestia Grossa,

quæ Damnum dederit, in aliquo Blado seminato, vel Leguminibus, vel Riso, Prato, Silua, vel Busco, in Soldis quinq; Imperialium pro qualibet Bestia Grossa, & qualibet vice, & pro qualibet Bestia minuta, in Soldis duobus Imperialium.

Et, si in Vitibus nouellis, antequàm tendantur, in Soldis quadraginta Imperialium, pro qualibet Bestia, siue Grossa, siue Minuta, & qualibet vice, & in Busco nouello duorum annorum, vel infrà, in Soldis viginti Imperialium Damnum Passo applicandis.

De eodem.

Cap. ccc. lxvj.

Si quis abstulerit Scharlionum, siue Amanegias, siue Palos, vel Paretas, vel Cayronos, de aliqua planta Vitis, condemnetur pro quolibet Scharliono, Amanegia, siue Palo, vel Cayrono, in Soldis tribus Imperialium, applicandis Damnum Passo.

De eodem.

Cap. ccc. lxvij.

Si quis Plantam, seu Plantas arboris fructiferæ inciderit, vel extirpauerit, cōdemnetur in libris sex Imperialium, pro qualibet Planta, Damnum Passo, & vlteriùs ad refarctionem Damni, Damnum Passo.

Si verò inciderit, vel extirpauerit Plantam non fructiferam, vel Plantas non fructiferas à Cima, condemnetur in libris quatuor Imperialium, & ad restitutionem Damni, in duplum Damnum Passo.

Et prædictæ pęnæ, de inferentibus damnum, in Bonis alterius, contentæ sub præsenti Rubrica generali, de Damno Dato, applicentur Damnum Passo.

Q Communia Terrarum teneantur habere Camparios, et de Sacramento Campariorum.

Cap.ccc.Lxvij.

QVODLIBET Cõmune Burgi, Loci, & alterius Terræ Ducatus, & Districtus, vel Iurisdictionis Mediolani, teneatur, & debeat habere Camparios ad custodiendum, & pro custodiendo, & saluando sua Territoria. & Laboreria, Prata, Siluas, & Buscos, Aquas, & Ductus aquarum, & etiàm Fructus, etiã separatos à Solo, in Solo existẽtes, Hominũ habentiũ, tenentiũ, vel possidentium Bona in ipsis Territorijs, videlicet, Quodlibet Cõmune Burgi, ad min⁹ quatuor Cãparios, & Loci Habẽtis quadraginta Familias, vel abinde suprà, ad minus, duos Cãparios, vel alterius Vniuersitatis Habẽtis Familias abinde infrá, ad minus, vnum Cãparium, sub pęna librarum vigintiquinq; Imperialium pro quolibet Cõmuni Burgi, & librarum decem Imperialium, pro quolibet Communi Loci, applicãdarum pro medietate Communi Mediolani, & pro altera medietate Accusatori.

Et licitum sit eis Communibus, vel Præsidẽtibus in eisdem, ipsos Camparios constituere, vel si velint, à Iudice Damnorum datorum Mediolani facere constitui, qui Iudex si inde fuerit requisitus, teneatur eos constituere.

Qui Camparij iurare teneantur tempore eorum constitutionis, de custodia sua, bona fide, & solicitè facienda, & de accusando, seu notificando quamlibet Personam, & Bestiam, seu Detentorem eiusdem Bestiæ, quam inuenerit dare, vel dedisse Damnum, vel ire, vel esse in Vetitum, seu contra Vetitum, per Ordinamenta Mediolani.

Et ad prædicta compelli possint, tàm Communia, quàm Cãparij, per omnia Iuris remedia. Et nihilominùs, quilibet habere volens Camparium, vel Camparios, ad custodiendũ possessiones suas habere possit, & constituantur, vt aliĩ.

QVOD CAMPARIVS TENEATVR ACCVSARE DANTES DAMNVM.

CAP. ccc. Lxviij.

QVILIBET Camparius, teneatur, & debeat accusare, seu notificare Quemlibet, quem inuenerit dare, vel dedisse Damnum, vel Damnum, quod inuenerit esse datum, vel factum, ipso die, vel sequenti, suo Communi, vel Consuli, vel Damnum Passo, vel Agenti pro eo.

Et ad requisitionem ipsius Consulis, vel Damnum Passi, vel Agentis pro eo, ad tardius, infra quintam diem, Camparius ipse teneatur accusare, vt supra, ad Officium Damnorum datorum, sub pęna dupli eius, ad quod tenetur ille, qui Dãnum dederit, & refectionis in duplum eius, quod ipse Damnum Dans reficere deberet.

Et si reperiretur, ꝙ Camparius Pactum, vel Remissionem faceret cum aliquo, vt eum non accuset, Ipso Iure, & Facto, pro cõdemnato habeatur ipse Camparius in quadruplum eius, quo puniretur Damnum Dans, & ad refectionem, vt supra, & contra eum Camparium procedatur ad Solutionem, absq; aliquo processu, & declaratione.

Et si contingat aliquem Camparium, vel aliquem de sua Familia dare, vel dedisse Damnũ in Bonis alterius in Territorio, vbi est Camparius, Ipso Iure, & Facto, pro condemnato habeatur in dictam pęnam quadrupli, & quæ pęnæ applicentur Damnum Passo, absq; alio Processu.

An Domini possint Deputare Cãparios ad custodiam Alber. In. l. si ita legat⁹, ff. de vsu, & habit. Et qualiter Cãparius excusetur, Ang. in. l. si ideo, c. de his, quib. vt Indign.

QVOD CAMPARIVS POSSIT ACCIPERE PIGNVS DANTIS DAMNVM.

CAP. ccc. Lxix.

QVILIBET Camparius possit accipere pignus cuiuslibet Dantis Damnũ, vsq; in Soldis decem Imperialium, & facere sibi Restitutionẽ Rei ablatę, etiam si, ille Damnum

Dans nõ esset de suo Territorio, Si Damnum fuerit à Soldis decem Imperialium infra, & si Pignus abinde supra acceperit, tunc liceat, & teneatur illud consignare, ipso Die, vel proximè sequenti, in fortiam Cõsulis Burgi, vel Loci, cuius esset Camparius, vel Domini Iudicis Damnorum datorum, infra triduum, ex quo, illud acceperit, sub pœna librarum decem Imperialium, applicãda damnum Passo pro medietate, & pro medietate Communi Mediolani.

Et vltra teneatur pignus restituere, sine aliquibus expensis, Eodem modo, possit accipere, & abducere Bestias Dantes, vel Facientes damnum, sed eas teneatur consignare, vt supra, sub pœna prædicta, applicanda pro medietate Communi Mediolani, & pro altera damnum Passo.

Et idem sit in Domino Fundi, & in quolibet Conductore ipsius Fundi, vt possit accipere per, se vel eius Factorem pignus Dãtis Damnum in Fundo, & teneatur consignare, vt supra, & similiter possit in Fũdo accipere, & abducere Bestias dantes, vel inferentes Damnum in dicto Fundo, & eas consignare teneatur, vt supra, & vt supra.

Bar. & Alex. in l. hoc amplius. §. de his. in vlt. no. ff. de dam. infi.

QVOD CAMPARII DVRENT, DONEC FVERINT REVOCATI.

CAP. CCC. LXX.

CAMPARII constituti, & constituendi durent, donec fuerint reuocati.

DE ARBORVM DEVASTATIONE NOTIFICANDA.

CAP. CCC. LXXI.

STATVITVR, q̃ si Damnum datum, sit per Incisionem arborum, vel Depopulationem, à Soldis viginti Imperialium supra, Fictabilis, Massarius, Partiarius, vel Conductor, Tenens, vel Laborans Bona, in quibus, tale Damnum datũ

fuerit,teneatur illud notificare Domino, seu Locatori suo, infrà dies quinque, à Die Damni Dati.

Alioqui ad eius Damni Restitutionem, teneatur ipse Fictabilis, Partiarius, Colonus, vel Massarius, vel Cōductor, sub cuius custodia fuerit Terra, in qua Damnum Datum sit.

Et super Dāno Dato, credatur aduersus dictū Fictabilem, vel Partiarium, vel Cōductorem, Sacramento Domini, seu Locatoris, vsque ad quantitatē librarū sexdecim Imperialiū.

Et abindè suprà, credatur ei, cum vno Teste Idoneo, & cum Sacramento Domini, seu Locatoris.

Domino mortuo, an stabitur Sacramēto Hæredis l. ud. in. l. in. § Iuram. col. 2. vers. Sed quid si Damnum. ff. de Iu. Iur.

De Damno Dato aliter.

Cap. ccc. lxxiij.

Si quis dederit Damnum, vel Guastum, alitèr, quàm per Incēdium, & alitèr quàm in Casibus comprehensis in præsentibus Statutis, positis sub præsenti Rubrica generali, de Damno Dato, à decem libris Imperialium suprà, condēnetur in libris vigintiquinque Imperialium, Communi Mediolani applicādis, & in duplū Dāni Dati, Damnū Passo. Si verò, à dictis libris decem Imperialium infrà, condemnetur Arbitrio Iudicis, dummodò Condemnatio non excedat libras duodecim, & Soldos decem Imperialium, applicādas Cōmuni Mediolani, & ad Restitutionem Damni in duplo, Damnum Passo, & contrà ipsum, & quemlibet aliū Dantem Damnum, prout in præcedētibus Statutis continetur, possit fieri Exequutio, etiā per Personalē detentionē. Et, si fuerit captus, non possit relaxari, donec satisfecerit integrè pro prædictis.

De vi Molestat. & turb. vid. in Stat. Crim. fo. vbi etiam fol. habes istud Statut. & ibi addidi aliquid.

De v. Guastum, Bal. in l. pignus. C. de pign. act.

Qvod Commvnia debeant habere Homines Ivratos.

Cap. ccc. lxxiiij.

Qvodlibet Commune Burgi, & alterius Loci

teneatur habere, vltrà Càparia, Homines Iuratos, de melioribus illis Terræ, qui, eodē modo, possint, teneantur, & debeāt accusare, & notificare suo Cōmuni, vt ipsi Càparij.

An Contrarium probari possit. Cep cautela. 167. Dec. cons. 83. per totum, & An stetur Iuramento super quātitate latiss. Fel. In c. 4. col. 2. & seq. de Proba. vbi omnes.

Et credatur eis Camparijs, & Hominibus Iuratis, & cuilibet eorum, cum Sacramento, contrà Damnum Dantem, pro quantitate, & vsq; ad quantitatem librarum quattuor Imperialium, pro qualibet Accusa.

Abindè verò suprà, non credatur, nisi cum vno Teste idoneo, & cum ipsius Camparij, seu Iurati, Sacramento.

QVALITER COMMVNIA TENEANTVR AD RESTITVTIONEM PRO DAMNO DATO.

Pro Intellecto, Alb. in. 2. parte Stat. cons. 63. & sequentibus.

CAP. ccc. LXXV.

SI de cætero, in aliquo Burgo, vel Loco, Cassina, vel Molendino, seù Territorio, aliquod Damnum, vel Guastum Datum, vel factum fuerit, de Die, vel de Nocte, per Incendium, vel Inuasionem, Incisionem, vel Depopulationem, vel alium modū, in Domibus, Terris, Pratis, Vineis, Buschis, Arboribus, vel aliquibus Seminatis, vel Seminerijs, Burgherijs, vel Charregijs, vel Siluis, aut Insulis, Cōmune, & Homines Nobiles, stantes in dicto Burgo, vel, vt suprà, post Festum Sancti Martini, secundùm Formam Statutorū, de ONERIBVS, positorū in præsenti Volumine, Necnon, & vicini illius Burgi, & vt suprà, siuè Territorij, teneātur, & debeant, infrà triduum, à Die Damni Dati, capere, & in forcijs Iudicis cōpetentis cōsignare illū, vel illos, qui illud Damnū, seù Guastū dederint, vel fecerint, alioqui Commune, & Homines, tàm Nobiles habitantes, vt suprà, quàm Vicini illius Burgi, & vt suprà, teneantur, & debeant Damnum restituere, & resarcire Damnum Passo, secundùm æstimationem supèr hoc faciendam per illos, qui ad illam faciendam fuerint electi per Iudicem Ordinarium, &

ad ipsam Restitutionem compellantur Ciuiliter tantum, summariè, & sine strepitu, & figura Iudicij, & sine Libelli Datione, & Declaratione, ex Officio, & extra Ordinem, & omni die, de Datione, cuius Damni dati, vbi aliter non appareat, credatur Damnum Passo, cum Sacramento suo, & vno Teste fidedigno.

Et, si esset dubium, de cuius Territorio esset ille Locus, in quo Damnum Datum fuerit, intelligatur, quo ad contenta in præsenti Statuto, esse de Territorio illius Terræ, Burgi, vel Loci, cui proximior fuerit ille Locus, in quo Damnum ipsum datum fuerit.

Quid, si in Confiniis duarum villarum? dic Ambas teneri. Abb. cons°. 75. In 2°. parte stat.

Saluò, q; Cõmune, & Homines prædicti, qui ad ipsam Restitutioné compulsi fuerint, Regressum habeant Liberum, & Efficacẽ, & Summarium, & vt supra, vsq; ad quantitatem, quãm restituerint, seu soluerint, & de Damnis, & Expẽsis, contra illos, & eorum Bona, & quemlibet eorum, Insolidũ, qui illud Damnum, vel Guastum dederint, vel fecerint.

Et saluò, q; si prædicta Communia consignauerint Malefactorem, vel Malefactores, infra mensem vnum, post Damnum Datum, & factum, in forciam Iusdicentis, q; non teneantur ad dictam Restitutionem, quo casu, Malefactor, seu Malefactores teneantur ad Restitutionem Damni Dati, in duplum, iuxta Aestimationem faciendam, vt supra.

Alber. vt sup. cons°. 66. vbi dic. an Taxa fiat pro Facultat. an p numero Personarum.

Et saluò, q; Viduæ, & Orphani, Minores annis quatuordecim, & Miserabiles personæ, non teneantur ad dictam Solutionem, nec Restitutionem,

Ita tamen, q; si ille, qui passus fuerit Damnum reperiret Malefactorem, vel Malefactores, post Solutionem factam per Commune, q; à Solutione, habita à Communi supra, prout in præsentibus Statutis continetur, possit contra Malefactorem, vel Malefactores, ab inde supra, etiam Satisfactionem habere, vsq; ad supplementum Damni Dati, in duplum, computata Solutione, iam habita, à Communi.

DE EXEQVVTIONE FACIENDA, VIGORE DAMNORVM DATORVM PRO STATVTIS COMPREHENSIS, IN PRAESENTI RVBRICA GENERALI.

CAP.ccc.Lxxvj.

QVILIBET Iudex competens, qui inde fuerit requisitus, teneatur exequutioni mandare prædictas pęnas, & prædicta Statuta realiter, & personaliter.

QVOD A SENTENTIIS, VEL DECLARATIONIBVS LATIS, SVPER DAMNIS DATIS, NON POSSIT APPELLARI, ET QVANDO POSSIT.

CAP.ccc.Lxxvij.

A Sententijs, vel Condemnationibus latis, vel ferendis super Damnis datis, non possit appellari, nisi Condemnatio excedat libras quinquaginta Imperialium.

QVOD CONDEMNATIONES ACCVSARVM FIANT INTRA CERTVM TEMPVS.

CAP.ccc.Lxxviij.

QVILIBET Iusdicens competens, teneatur, ex quo delata fuerit Accusa verificata, Modo, & Forma, prout in præsentibus Statutis continetur, condemnare ipsos Accusatos, infra quindecim dies, post ipsam Accusam verificatam, vt supra.

Et hoc, summariè, extra Ordinem, & de plano, & sine Strepitu, & Figura Iudicij, & omni Iuris solemnitate Ommissa.

RVBRICA

RVBRICA GENERALIS DE LOCATIONE, ET CONDVCTIONE, ET FICTIS. AC SIMILIBVS.

An appellatione Domini In ista mat°. veniat vlusfructus la. Alex. ps. 129. c°. med. lib. 2°.

An Statutum comprehēdat Locationem mixtam Alex. ps°. 20. col p°. lib. 4°.

DE COLONO DEBITORE, NON RECIPIENDO. SI DENVNCIATVM FVERIT.

CAP. CCC. LXXIX.

Colon⁹ quis? Alex. ps. 32. col. p°. lib. p°. Tex. in. l. si merces. §. vis maior. ff. loca.

NVLLVS Colonus, Partiarius, Fictabilis, vel Molenarius, nec Follator, cuiuscunq; generis, nec Pistator Risi, vel alterius Bladi, nec aliquis de sua Familia, possit Terrā cōductam, vel ad Massaricium acceptam, vel Molēdinum conductum, nec Follam, nec Pistam, nec Trauerseram, nec Resegam, nec Maleum Conductam, quæ sint extra Portas Ciuitatis Mediolani, dimittere, seu relinquere, etiam Termino lapso, nisi prius Domino, seu Locatori satisfecerit de omni eo, in quo esset dicto Domino, vel Locatori, obligatus, occasione dictæ Terræ conductæ, vel ad Massaricium acceptæ, vel Molendini conducti, vel Follæ, vel Pistæ, vel vt supra.

Et, si dictus Colonus, Partiarius, Fictabilis, vel Molenarius, vel Follator, vel Pistator, vel vt supra, vel aliquis Masculus de familia sua Contrafecerit, possit dictus Colonus, & alii, vt supra, & quilibet de sua Familia, Masculus maior annis quatuordecim, personaliter capi, & detineri, ad petitionem Domini, seu Locatoris, & non possit, nec debeat aliquo modo relaxari, nisi prius satisfecerit, vt supra, nec possit cedere Bonis suis, in præiudicium Domini, seu Locatoris, etiam, non obstante, q̄ esset maior annis sexag nta, nec poss t pe-tere Denarios decemocto in Die, secundum Formam Statutorum.

Qui dicat^r, vid infra cap. 3. & est Tex. in. l. cum qs. ff. de dolo.

Vt in p°. vol. folio. sub Rubr. decess. bonorum.

Vt sup. vol. 1. fo. vbi de istis denariis decemocto.

Et vlterius, non possit, nec debeat aliquis de Ciuitate, nec Ducatu Mediolani, nec de aliis Locis suppositis Statutis

Mediolani,eidem Colono, nec alijs, de quibus supra, nec alicui de sui Familia,locare ad tempus,nec ad libellum, nec aliter concedere aliquam Terram, Molendinum,Follã,Pistam, Transuerseram, vel Possessionem, citra translationẽ directi dominij,nec aliter accipere,nec tenere,nec receptare,nec receptari permittere, super suo, nec super eo, quod teneret,vel ei⁹ nomine teneretur,vel laboraretur,nec dare ad laborandum,nec permittere dari ad laborandum, super suo.nec super eo,quod per eum,seu eius nomine teneretur, vel laboraretur,etiam ad mercedem Diti,nec aliter,ipsi,nec alicui de eius Familia.

Quid si Massarium hrẽt, & vellet retinere? Alex. ɔs°.8 3,col.2,lib.2.

Et,si quis Ciuitatis,vel Ducatus Mediolani, aut Terrarum suppositarum Statutis Communis Mediolani contrafecerit,vel non obseruauerit prædicta, vt supra, & eidem denũciatum fuerit per publicum Instrumẽtum per Dominum, seu Locatorem, aut mandato Iudicis per Seruitorem publicum Communis Mediolani,ꝙ ipsum Conductorem, vel alios supra nominatos,quem,vel quos receperit,vel cui,aut quibus ad laborandum dederit, vt supra,expellat, & ad laborandum ei,vel eis, non det,& vt supra,vel Debitum soluant,facta mentione,& fide,de Credito suo,& ipsum Conductorem,& alios nominatos,vt supra, quos receptauerit, non expulerit, vt supra,infra mensem vnum, à tempore dictæ Denũciationis,teneatur dictus alius Locator,seu Dominus,vel Receptator,seu qui dederit ad laborandum, vt supra,satisfacere dicto Domino, seu Locatori de dicto suo Credito,occasione prædicta.

Quid si Denũcia non fieret? vid. Anan. ɔs°.72.

Et ad prædicta,compelli possit summariè de plano, sine strepitu,& figura Iudicij, & sine Litigio, sola Facti veritate inspecta,& sine Exceptione,Beneficio,& Auxilio,etiam,non obstante Requisitione Compromissi.

Et prædicta,quæ dicta sunt de Debito,intelligantur de puro Debito, Respectu autem Debiti, in diem teneantur, talis

Colonus,& Alij,vt ſupra nominati,antequàm recedāt idoneè ſatiſdare de ſoluendo debitum,adueniente Die.

Et ſimiliter teneatur talis Receptator idoneè ſatiſdare, ſi non expulerit de ſoluendo tale debitum, vt ſupra, adueniente Die.

Et etiam,quæ dicta ſunt ſupra,& infra dicentur de familia, teneantur ad debita contracta per Maſſarium, & vt ſupra tantummodò ſibi vendicent locum in familia eius Conductoris,& ſupra nominatorum, qui proprijs manibus laborant,vel laborari faciunt.

Et prædicta vendicent ſibi locum tantum in Filijs, & Famulis Ruralium,non autem Nobilium.

Quid ſi manſib. Famulorum, aut Maſſariorum. Dec.cõs.48.col,2,ỽſ. non obſt.ſi dicatur.

Idem per omnia locum habeat, ſi dictus Colonus, vel alius ex ſuperius,nominatis, vel aliquis de ſua Familia Excumiatus,vel Expulſus fuerit per Dominum,vel Locatorē. & extra Coloniam,vel Bona locata, vt ſupra, & vt ſupra. & vltra,dictus Colonus, vel alius ex ſuperius, Nominatis,& quilibet de eius Familia,Maſculus, maior annis quatuordecim,ad Petitionē olim Domini,ſeu Locatoris, poſſit perſonaliter capi,& non poſſit relaxari, etiam ſi eſſet Sexagenarius,nec poſſit cedere Bonis,nec poſſit petere Denarios decemocto in Die, vt inferius diſponitur, & ſi contingat dictum Colonum,vel aliquem ex ſupradictis, vel aliquem Maſculum de ſua Familia, maiorē annis quattuordecim, deuenire Maſſarium,Partiarum, Fictabilem,vel Molenarium,vel Emphiteotam alicuius non Suppoſiti Iuriſdictioni Communis Mediolani,vel Locorum ſuppoſitorum Statutis,Communis Mediolani, vel per aliquem non ſubditum,vt ſupra,ſuper ſuo,vel quod tenetur per eum, quouiſmodo teneretur,receptaretur,vel permitteretur receptari, vt ſupra,teneatur,eodē modo, ille Colon⁹, & quilibet ex prænominatis,vt ſupra,& quilibet de ſua familia Maſculus

Intellige,vt infr.in ſi.huius cap.

Et quod ſit maior, An Actor teneat̃ probare,card. rela.p Fel.In cap.in pñtia col.14.ỽſ.Sed dicas de proba.

maior annis quatuordecim, satisfacere olim Domino, vel Locatori.

Alioqui ipse Colonus,& quilibet ex prędictis, vt supra, & de sua Familia, Masculus maior annis quatuordecim, Contrafaciens ad petitionem, olim Domini, seu Locatoris, personaliter capi,& in Carceribus publicis detineri possit, donec satisfecerit ipsi, olim Domino, seu Locatori, de eo, quod habere debebit, vt supra, non obstante Collatione Captionum facta, vel in futurum facienda, nec possit ille Colonus, nec aliquis ex prædictis, vt supra, nec ali⁹ de sua Familia, taliter captus,& detentus petere ipsi olim Domino, seu Locatori Denarios decemocto in die, qui peti possunt per alios Carceratos secundum Formam Statutorum Communis Mediolani, nec possit taliter Captus relaxari, sub prætextu Sexagenarij, vt supra, nec cessionis Bonorum, nisi satisfecerit, vt supra,& etiam, liceat ipsi, olim Domino, vel Locatori, capere,& robari facere, tali Colono,& cuilibet ex prædictis, vt supra,& cuilibet de sua Familia, vt supra, Boues,& Plaustra,& omnia alia Bona, quæ reperirentur in custodia, vel habitatione talis Coloni,& cuiuslibet ex prædictis, vt supra, vel alicuius de eius Familia,& vt supra, quæ Bona, quo ad hoc, præsumantur esse ipsius Debitoris, nec admittatur Probatio in contrarium.

Et, quilibet nō Suppositus Iurisdictioni Communis Mediolani, vel Locorum suppositorum Statutis Communis Mediolani, qui commiserit contra prædicta, vel aliquod prędictorum, Ipso Iure, intelligatur esse,& sit exemptus,& alienus à Protectione,& Defensione Communis Mediolani,& Locorum suppositorum Statutis.

Si non soluerit, vel non excumiauerit, infra decem dies, postquàm ei fuerit notificatum, quod Statutum,& disposita in eo, habeaut locum, tàm in Locatoribus,& Debitis præteritis, quàm præsentibus.

Et, si Cōtrouersia oriatur inter Dominum, seu Locatorem praesentem, vel praeteritum, & dictum Colonum, vel aliquē ex praedictis siue separatim, siue mixtim, superius, nominatis, vel aliquem de sua Familia, vel inter Dominum, seu Locatorem praesentem, vel praeteritum, vel eius Inquilinum, super quantitate Debiti, Occasione Massaricij, vel Fictaliciae, vel Pensionis, vel alia occasione, abinde dependenti, vel connexa, quilibet Iusdicens in Ciuilibus, aut superinde Delegatus summarie, de plano, & sine strepitu, & Figura Iudicij, & sola facti, veritate inspecta, faciant Ius, remota omni Appellatione, Nullitate, Reuisiōe, & Officio Iudicis.

Et praedicta etiam habeant locum si talis Caussa commissa, fuerit de voluntate Partium, Consilio sapientis, vel Arbitro, vel etiam Arbitratori.

Et vbi in praesentibus Statutis dictum fuit de illis de Familia, Masculis maioribus annis quatuordecim, non intelligatur, nisi de Filijs eorum, qui actualiter praedicta Bona laborant, vel ad suas manus laborari faciunt. Vt sup. In p°. ad fi.

De Familiaribvs, qvi possvnt cogi pro debito Massarii, Partiarii, vel Fictabilis.

Cap. ccc. Lxxx.

QVilibet Masculus, maior annis quatuordecim, qui fuerit de Familia alicuius Massarij, vel alicuius alterius ex praenominatis in proximè praecedētibus Statutis, exceptis illis, de Familia Inquilini, sub praesenti Rubrica generali, situatis, teneatur, & obligatus sit cum vniuersis Bonis eius, quae Bona intelligātur ypothecata, simul cum Bonis Principalis, ad omnia Debita, quae fuerint contracta cum Domino, vel Locatore suo per illū Massarium, & quemlibet alium ex prędictis, vt supra, de cuius Familia fuerit, occasione Massaricij, vel Bonorum locatorum, quod, vel quae

Vt sup. cap. px. ad fi. Qui dicātur de Fam°. las. post alios. In. l. fi. C. de verb. Sign.

laborauerit vel tenuerit, ab eo Domino, vel Locatore, ille Massarius, & quilibet ex prænominatis, vt supra, Stando in eadẽ Familia cum illo, qui ad ipsum Debitum debet, vt supra, teneri, & ad omnia Debita, quę fuerint facta ex Caussis expressis in Statuto, posito sub Rubrica generali de Robationibus, & cætera, quod incipit, LICITVM SIT, & cætera, fol. De quibus omnibus, stetur Sacramento Domini, vel Locatoris, prout in dicto Statuto continetur.

Ex h°. Stat° & alio posito sub rubr. de Iud. q̃ Incip. SI QVIS PRIMA FACIE, nata est Cõis obseruantia, vt super Instrumẽto Inuestiturę, etiã simplicis, parte non Citata, cõcedat exequutio.

Et ad prædicta soluẽda, possint compelli summarie, & de plano, sine strepitu, & figura Iudicij, & sine Litigio, sola facti veritate inspecta, & remota omni Apellatione, Nullitate, & Iudicis Officio, & ut supra.

QVOD COLONI TENEANTVR INGRASSARE TERRAS DOMINORVM, VT SVAS.

CAP. ccc. Lxxxj.

An malẽ Colẽs, Pos. expelli, Alex. ps°. 5. lib. 4.

COLONVS, Partiarius, vel Fictabilis, qui diuersorum Dominorum, seu Locatorum, Terras laborat, vel laborari facit, teneatur, & debeat eas Terras, vt suas, æqualiter ingrassare, & laborare, seu ingrassari, & laborari facere. Alioqui ad Damnum teneatur.

Idem, si suas Terras, & vnius Domini, seu Locatoris, vel plurium Laborat, seu Laborari facit.

QVOD MASSARII NON MOVEANT FRVCTVS SINE PRAESENTIA DOMINI, VEL SVI NVNCII.

CAP. cccLxxxij.

An Colonus debeat potius vendere fructus Domino, quàm alteri Iusto precio Bar. in l. 1. ad fi. C. de Metal. lib. 11.

MASSARII, vel alij, qui Partem dare debent de Fructibus, Domino, vel Locatori, non audeant dictos fructus secare, nec colligere, nec extrahere de Terris, nisi facta

noticia Domino, vel Locatori, vel eius Domini, vel Locatoris negociorũ Gestori, vel Nuncio, ac etiã sine eius præsentia, si adesse voluerit, sub pęna omnis Damni, & interesse, quæ pateretur Dominus, vel Locator, de quibus stetur Sacramento Dñi, seu Locatoris de crudelitate præstanda.

QVOD DOMINI POSSINT FRVCTVS IN FVNDO DIVIDERE.

CAP. CCC. LXXXIII.

DOMINI, vel Locatores, quibus pars fructuum debetur, possint ipsos Fructus in Fundo diuidere. Ita, q Colonus teneatur, & debeat partem ipsorum Fructuum Dominicalem conducere ad domum ipsius Domini in Rure positam, & Blada ipsa triturare, & ordinare, ipsaq; consignare super Solario Domini, vel Locatoris, in Rure, seu loco ipso. Et, si pactum fuerit, teneatur, & debeat conducere, vbi conuentum fuerit.

DE POSCHA.

CAP. CCC. LXXXIIII.

POSSINT Massarij, vel Partiarij facere Poscham, V uis competenter præchalcatis.

QVOD MASSARII NIHIL RECIPIANT PRO COLLIGENDO FRVCTVS DOMINI.

CAP. CCC. LXXXV.

MASSARII, vel Partiarij, nihil recipere debeant de parte Domini, seu Locatoris pro vindemiatura, nec conductura vuarum, nec pro faciendo vinum, nec illud reponendo in ipsa Villa, vel Loco, nec pro Area, etiam, si Domini, vel Locatores V uas diuidere voluerint in Fũdo, quo casu,

Cōductor ipse teneatur Vuas Domini conducere ad Torcular. & vinum facere. & reponere in Vasis. vt supra. suis expensis. nisi aliter conuentum sit, quo casu, conuenta seruentur.

DE VVIS NON PORTANDIS AD VENDENDVM MEDIOLANI, VEL ALIBI.

CAP. ccc. Lxxxvj.

NON audeant Massarij Partiarij, Vuas vendere, nec Mediolanum, nec alibi conducere ad vendendum, sine licentia Domini, vel Locatoris.

Alioqui Damnum in quadruplum restituant Domino, seu Locatori. & quilibet possit eis ipsas Vuas auferre impune.

An trans. In heredem, & cōtra heredem. Alex. in. l. pe. ꝯ. hoc Iudicium, vbi gl. sing. & doct. ff. ne quis cum, vt ibi latiss. per Ias. vid. etiam Lud. ꝯs°. 290. col. 2. Socy. ꝯs. 89. col. fi. lib. 3. & ꝯs. 42. col. 2. lib. 2.

DE SACRAMENTO PRAESTANDO PRO FICTO, ET RE LIBELLARIA, ET DECIMA.

CAP. ccc. Lxxxvij.

SI contingat inter Dominum, seu Locatorem præsentem, vel præteritum, & Colonum, de Ficto præteriti temporis. quæstionem moueri, Colonus possit Iurare Fictum esse solutum, vel se soluere non teneri in toto, nec in parte, a Triēnio supra, vel, ꝙ ipse Colonus referat Domino, seu Locatori Sacramentum.

Vid Lud. ꝯs°. 102. quem sequitur Fel. in. c. fi. col. 5. de præscrip. vbi quid si esset certum, Solutionem non esse factam.

Hoc idem seruetur, si Fictum Rei Libellariæ petatur.

Idemq; obseruetur in Solutione Decimæ, & idem obseruetur in Partiario, & etiam idem fit in Inquilino.

Et prædicta, locum non habeant, si Dominus, vel Locator intra dictum Triennium Querimoniam deposuerit.

E, contra Locator contra Cōductorem Iurat, vsq; summam librarum. 50. vt In primo. vol. fol. cap. licitum sit In fi.

QVOD DOMINI NON POSSINT PETERE CONTRA COLONVM, NISI DEPOSVERINT QVERIMONIAM, INTRA DECENNIVM.

CAP.ccc.LXXXVIII.

SI Colonus steterit extra Coloniam per Decennium, & steterit in eadem Iurisdictione cum Domino, vel Locatore, & Dominus, vel locator, interim Querimoniam non deposuerit, vlterius Dominus, vel Locator, pro Ficto petendo, non audiatur.

An valeat istud Statutū, & quid in foro Canonico, disputat Comens ps. 67. post Bar. in .l. Sequitur. §. si viam, vbi latissimè Paul. de vsucap.

Idem habeat locum in Inquilino.

Idem seruetur in Emphiteota, & Decimario.

Idem habeat locum in Partiario.

QVOD DOMINVS POSSIT ACCIPERE DECIMAM IN CAMPO.

CAP.ccc.LXXXIX.

Bona. 2ᵢ. Conductoris an cēseantur obligata. Lud. Sing. 389.

DOMINVS, vel Conductor Decimæ, possit in Fundo Decimam accipere.

Vt in Stat°. licitum sit. sup. vol. 1. folio, cap.

QVOD DOMINVS PRAEFERATVR ALIIS CREDITORIBVS, ET IN CERTIS CASIBVS.

CAP.ccc.LXXXX.

DOMINVS, vel Locator præferatur omnibus Creditoribus, etiam tempore, anterioribus, vel quocunque Priuilegio Priuilegiatis, Coloni, vel Inquilini, vel Partiarij cum Hypotheca, vel sine, in Fructibus, qui ex Terris suis, seu,

quas locauerit, exierint, & in Rebus inuectis, vel illatis in domum conductam pro Fictis, & Redditibus suis, & pro alijs Caussis comprehensis in Statuto incipiente, LICITVM SIT, posito sub Rubrica generali de Robationibus, & Contestationibus, in Volumine Statutorum Ciuilium, in fol. & adhibeatur fides de prędictis omnibus, prout in dicto Statuto continetur, salua Reformatione facta, respectu Fictabilium ex forma præsentium Statutorũ. Et quod res sit nata ex Terris Domini, vel Locatoris credatur Sacramento ipsius Domini, vel Locatoris, intelligendo, vbi in dicto Statuto legitur, non obstante Statuto incipiente, NVLLA BESTIA ARATORIA, quod voluit dici, Nullæ Bestie Rusticorum.

Quòd tenet dimittere in gradu in q°. eam Inuenit. L. de Vbal. in Trac. de duobus Fratribus in. xi. par. col. 17. & seq.

DE RVDERIBVS, ET STRAMINIBVS, ET CERTIS ALIIS RELINQVENDIS DOMINO PER MASSARIOS, ET PARTIARIOS.

CAP. Lxxxxj.

SI contingat Colonum Partiarium, vel Massarium, vel Partiarium, & Fictabilem simul in Ducatu, vel intra Corpora Sanctorum Mediolani recedere, teneatur relinquere Domino, seu Locatori, Palleam ligatam, & nõ ligatam, Culmum, Meliacham, Stipulam, Rappas, Stacias, Scharlionos, Pallos, Trosos Vitium, & Pachas, si sint de Materia illius Massarij, & alia Rudera, & Stramina illius Massaricij, & quæ relinquenda presumantur esse de Materia illius Massarcij, nisi probetur contrarium.

DE EODEM.

CAP. ccc. Lxxxxij.

SI Fictabilis sit tantum, qui cõduxerit ad denarios, vel aliter Sedimen, & Terras, vel Terras tantum in Ducatu

vel intra Corpora Sanctorum Mediolani, ab aliquo Domino, uel Locatore, & contigerit ipsam Fictaliciam relinquere, teneatur dimittere Domino, uel Locatori Ledamen, Paleas ligatas, & nō ligatas, Stipulā, Culmum, & Meliacham.

De eodem.

Cap. ccc. Lxxxxiij.

TENEANTVR Coloni, Partiarij, uel Massarij, uel Fictabiles relinquere Sępes, seu Cesias, & Arbores Ceduas, seu Cedi Cōsuetas, & quæ non sunt cum Cima, in, & de tot Folijs, ut erant tempore inchoatæ Fictaliciæ, uel inchoati Massaricij. Illas uerò, quæ fuerint cum Cima, nullo modo, sine licentia Domini Locatoris, uel eius negociorum Gestoris, incidere, nec agabare, nec schaluare, nec ammouere possint, nec extirpare aliquas Arbores cum cima, nec sine cima, absq; speciali licentia, ut supra, & alias. Contrafacientes incurrant pęnam dupli, applicandam in totum Damnum Passo.

In quibus casibus Colonus non tenetur solvere Fictum, vel Redditum, et possit impunè ad aliam Coloniam ire.

Cap. ccc. Lxxxxiij.

SI Colonus, uel alius Fictabilis propter Domini, vel Locatoris sui, Guerrā, uel Inimicitiam, uel Caussam, uel propter Communem Guerram migrauerit, seu recesserit. Ita, q; in Colonia sine periculo permanere non posset, Fictum, uel Redditum futuri temporis soluere non compellatur, & ad aliā Coloniam se possit impunè transferre, & si postea pax fuerit, antequàm ad aliam Coloniam se transferat REM, quam antea conduxerat, colere teneatur.

Est Tex. In .l. si in lege. §. loca, vbi. L. & fulg. limitāt, nisi primus Domin⁹ velit satisfacere pro secūda Inuest°.

DE EODEM.

CAP.CCC.LXXXXV.

SI verò ad tantam paupertatem peruenerit Colonus, vel Fictabilis, q̄ Oneri Coloniç inutilis fuerit effectus, impunè possit abire, & Dn̄s, vel Locator ab eo Coloniam auferre.

Quid sit Massaricium. Bart. in. l. 1. de Supel. leg. & an Dominus possit hoc propria authoritate, Ias. in. l. 2. col. 29. c°. med. c. de Iur. Emph. vbi reprob. Saly.

QVALITER DOMINVS POSSIT AVFERRE MASSARICIVM A COLONO, ET FICTABILI.

CAP.CCC.LXXXXVI.

SI extra Locum, vel Territorium, Colonus vel Partiarius iuerit ad habitandum sine licentia Domini, vel Locatoris, Dominus, vel Locator ab eo impunè Massaricium, & Coloniam auferre possit.

QVOD IN CASV DIVISIONIS COLONORVM, POSSINT BONA SIBI LOCATA AVFERRE.

CAP.CCC.LXXXXVII.

COLONI, vel Partiarij, vel Fictabiles, non possint durante eorum Inuestitura, seu Locatione, de Bonis sibi, vel eorum Patri, locatis, aliquam Diuisionem facere, nec diuersis personis locare, sine licentia Domini, vel Locatoris sui, & si contrafiat, possint impunè ab eis auferri Bona locata.

Negans restituere, dicitur spoliare Alex. ?s. 90. col. 1 lib. 5.
An liget Clericos. Alex. ?s. 93. col. 1. & ii. lib. 2.

DE RESTITVTIONE REI LOCATAE.

CAP.CCC.LXXXXVIII.

SI aliquis locauerit Alicui, vel Aliquibus, aliquam Rem, vel Ius extra Redefossa Mediolani, & inde appareat publicum Instrumentum, vel probetur per duos Testes, q̄ ille Conductor elapso Termino Locationis, teneatur, nulla exceptione obstante, & non obstante Statuto, de Sapiētibus

dandis, nec admissa aliqua Denunciatione Compromissi, dimittere Rem cōductam, uel Ius conductum Locatori, si denunciatum fuerit, seu notificatum per Locatorem, uel Habentē Ius, uel Caussam ab eo, ante Calēdas mēsis Maij. Intra uerò Redefossa, uel in Ciuitate, ante Calendas Mensis Augusti.

Quid si sit absēs Locator Bal. in. l. 1. §. In pro l ue tels per illum Tex. ff. de eo, qui pro Tut.

Et, si Cōductor uoluerit recedere, teneatur similiter denunciare, ut supra Domino, uel Locatori, & si per Locatorem, uel Conductorem denunciatum non fuerit, ut supra, tunc Inuestitura intelligatur Renouata, de anno in annum, donec denunciatum fuerit, ut supra, & ut supra, in omnibus casibus suprascriptis.

Et ubi Relexatio sit facienda, ut supra, cogatur ipse Conductor per quemlibet Iusdicētem, ad ipsam Relaxationem faciendam, sub pęna Iusdicenti, librarum Centum Imperialium, & Conductori, librarum centum Imperialium, applicanda Communi Mediolani pro medietate, & pro altera medietate, Locatori.

An Intelligatur de prima uice tantū. Alex. in. 1e. lib. 4 quoniam sequitur. Fel. in c. 2. col. 2. de treg & Pace

Et hoc, absq; aliqua Declaratione.

De Re locata, quae alienetur.

Cap. ccc. Lxxxxix.

CVM Res locata infra tempus Locationis, uēdatur, uel aliter alienetur, inter Viuos, Emptor, uel Acceptor, Locationi stare necesse non habeat, si Conductor, uel Partiarius, uel Massarius fuerit requisitus in tempore annotato in præcedenti proxime Statuto, congruè referendo, & vterq; Contrahentium Iurauerit, vt infra, uidelicet, ad Sancta dei Euangelia, manibus corporaliter tactis scripturis, ipsam Inuestituram libellariam, uel Acquisitionē, uel Alienationem, esse bonam, & ueram, & non Fictam, nec simulatam, nec in fraudem factam, & absq; pactione, & spe renunciādi ipsi Inuestiturę libellarię, uel Acquisitioni, uel Alienationi,

An sufficiat Notarium attestari iuratū fuisse, prout in stat°. cepol. caut. 274.

singulariter, & debitè referendo, respectu Cōtractuum de cętero faciendorū. Cōductore, vel Partiario, vel Massario. Regressum Habēte contra Locatorem suum ad Interesse.
Et prędicta, etiam locum habeant in Cōductore, vel Partiario, vel Massario. sicut in Emptore, vel Acquisitore.
Et in prędictis, & in infrascriptis comprehensis in pręsenti Statuto Ius reddatur, aliquibus Ferijs non attentis, exceptis Ferijs introductis in honorem Dei, vel Sanctorum.
Ita, quod Emptor, vel Acquisitor Locationi temporali Datoris sui stare non teneatur, ita demum, si in Instrumento Inuestiturę Libellarię, vel alterius Alienationis, vel Acquisitionis vtraq; pars iurauerit, vt supra.
Et prędicta etiam habeant locum, nisi aliter legitimè in Cōtrarium conuentum fuerit.
Si autem cōtigerit Rem locatam alienari. titulo Assignationis, in partem, vel Diuisionis, tunc necesse sit stare Locationi temporali, sine dicto Iuramento.
Et per Alienationem Fundi rustici. nō intelligātur Fructus pendentes, pertinentes Conductori, esse alienati, quin eos percipere possit, & satisfacere debeat secundo Domino, vt Priori, pro illo Anno.
Non admittendo in prędictis Denunciam Compromissi, nec Petitionem Consilij Sapientis.

De Melioramento facto super Fundo locato, in quem debeat peruenire.

Cap. cccc.

SI quod Aedificium Colonus, vel Partiarius, vel Fictabilis de lignis, vel materia Bonorum locatorum fecerit super Fundo locato, totum Domini vtilitati cedat, & pręsumatur factum de materia, vt supra, nisi probetur contrarium.

Verum, si aliunde materiam sumpserit, Domino, vel Locatori concedatur facultas superficiem tantum, emēdi, quantum, ea detracta, posset æstimari.

Alioqui, Colonus, vel Partiarius, vel Fictabilis illam sine lesione prioris status, possit impune auferre, nisi aliter conuentum sit.

QUALITER FRUCTUS COLONORUM DEBENT DIUIDI.

Quod acquisita per Fratres sint communia su. cap. sub rubr. de sociis. fol.
Bal. In Tract. de duobus Fratribus col. 9. vers. sed pone, & col. fi.

CAP. cccc. j.

COLONI, Partiarij, & Massarij diuidant inter se, tam Masculos, quam Fęminas, maiores annis septem, per Capita. Fructus perceptos, Opera rusticana, vel operibus rusticanis, ex Terra conducta ad tempus.

Et similiter id, quod processit ex dictis fructibus.

Idem disponatur de Fructibus perceptis, Opera rusticana, vel Operibus rusticanis, ex Terra propria, vel ad Libellū, seu in Emphiteosim conducta, pro medietate Fructuum, quæ Medietas, intelligatur Pars rusticana.

Altera verò Medietas, diuidatur per Stirpes, cum Onere soluendi Fictum Libellarium, si quod debetur.

DE POENA COLONI, QVI NON BENÈ CURAUERIT VINEAS DOMINORUM.

De vuis non portandis ad vendē, supra cap. , ȝ 6. fo.

CAP. cccc. i j.

COLONI, vel Partiarij, vel Massarij Vineas Locatorum benecustodiant, & colant, videlicet.

Descalciando, deinde regolciando, & postea sapando, Temporibus debitis, & eas Vites impinguant.

Et, si contrafecerint, arbitrio Iudicis, Locatori Damnum resarciant.

Si sit secũdus Emph^o.cui^9 Domini Ius debet seruari? Socy.cõs.109.,col.fi.c^o.prin.lib.2°.Ias.in.l.fi. col.12.In.8.Quest.C.de Iur.Emph.

DE RE LIBELLARIA DISTRACTA, NON SERVATO IVRE DOMINI.

CAP.cccc.iij.

DOMINVS directi Dominij, Rei Libellarię, ex qua Fictum solui debet, alienatæ sine Oneræ soluendi ipsum Fictum, in toto, vel in parte, à quolibet Possessore, vel Detentore, possit, sine aliquo Precio, Rē taliter alienatā, vēdicare. Et, si totam recuperauerit, exinde Ficti Præstatio, cessabit. Si verò, partem, pro rata recuperata, extinguatur, & expensas, quas Dominus fecerit in recuperatione ipsa, Ille, qui dictam Rem Libellariam alienauerit, resarcire teneatur.

QVOD INVESTITVRAE BONORVM ECCLESIASTICORVM FIERI POSSINT VLTRA NOVEM ANNOS, MODO REGISTRENTVR.

CAP.cccc.iiij.

STATVITVR, q, non Obstante aliqua Prohibitione tēporali, Inuestituræ temporales, in easdem Personas, de Bonis prohibitis, locari, vltra nouem annos, finito Nouennio, vel minori tempore prioris Inuestituræ, impunè fieri possint ad aliud Nouenuium, seu pro minori tempore, & sic successiuè. Dummodò infra mensem, à die earum Confectionis, ad Officium Statutorum Communis Mediolani, in libro, vbi rubricantur Testamenta, & cætera alia Instrumenta, rubricentur, hoc modò, videlicet.

Quòd ponatur Nomen Inuestientis, & eius Dignitatis, & eius, qui se inuestit, & vbi consistunt Bona, ad quantum tēpus, & nomen Notarij, qui rogatus fuerit de dicta Inuestitura, & apponatur dies, qua fiet talis Rubrica, quæ Rubrica, fiat per Gubernatorem Statutorum, sine aliqua Solutione.

DE POENA

De poena Recipientis secundam Inuestituram, absque voluntate Primi Inuestientis.

Cap. cccc. iii.

Declarat Alex. 94, 81, col. 6 vers. non ob, lib. 1.

SI aliquis Inuestitus fuerit de aliqua Re Vrbana, vel Rusticana, vel de aliquo Iure, & se Inuestiuerit ab alio, absque voluntate primi Inuestienns, vel eius Hæredum. Talis, secundò, Inuestitus, Ipso Iure, cadat in pęnam librarum centum Imperialium, applicandarum primo Locatori, vel eius Hæredibus.

Et talis Inuestitura, sit nullius valoris, & momenti.

Et, si primus Locator, durante Inuestitura, Rem locatam, alij, secundò, locauerit, Ipso Iure, cadat in pœnam similem, applicandam primo Inuestito, Et talis Inuestitura, nullius sit valoris, & momenti, nec prosit in aliquo, secundò, Inuestienti, nec Inuestito.

Et prædicta non habeant locum, quando Volens, secundò, Inuestire, missus esset in Possessione, Præcepto Iudicis, quo casu, noua Inuestitura, fieri possit impunè.

Quod Colonus, vel Partiarius, vel Massarius, aut Fictabilis, non possit, absque voluntate Domini, abducere, nec abduci facere certas Res extra Possessionem locatam.

Cap. cccc. vi.

NON possit aliquis Colonus, vel Partiarius, vel Massarius, vel Fictabilis alicuius Possessionis, inuito Domino, vel Locatore suo, abducere, vel abduci facere, sub quouis prætextu, de super Possessione, eidem locata, aliquas

Bestias, Animalia, Plaustra, Aratra, nec aliqua Vtensilia Domus, nec alia Vtensilia apta ad Laborerium terræ, quę, ipse Colonus, vel alij superius nominati, habeat, teneat, vel possideat, seu habeant, teneant, vel possideant, super Bonis locatis.

Et, si contrarium fieri voluerit, possit Dominus, vel Locator, per se, vel Nuncium, vel Nuncios, sua propria auctoritate, & absq; alicuius Iusdicentis auctoritate, seu Licentia, obuiare ipsi Conductori ne contrafiat, & eas Bestias, Animalia, & alia superius expressa, aprehendere, & retinere, nec propterea, possit, aliquo modo, prædictus Dominus, vel Locator, vel eius Nuncij, vel negociorum Gestores, accusari, nec, alio modo, per aliquem Iusdicentem, inquietari, ciuiliter, nec criminaliter.

Et, si in contrarium processum fuerit, Processus, Ipso Iure, non valeat.

De Licitis Exequutionib⁹, quæ fieri pñt pro Dõmino, contra eius Massariũ, in p°. vol. cap. fol.
Quod non poss. dare Bona Insolutũ, infr. cap. fol.
Quod Dñs pręferatur alijs Creditorib. supra, eo, cap.

De adiutorio Massaricii.

Cap. cccc. vij.

SI quis Colonus, vel Partiarius, vel Fictabilis, erit, vel fuerit Debitor, occasione Adiutorij Massaricij, & in Instrumento, vel in Conuentione, dictum fuerit de Termino soluendi, præterito tali Termino, durante Inuestitura, & eo Conductore stante super Re locata ad laborandum, & laborante Bona locata, non possit, durãte Inuestitura, & Colonia ipsa, pro dicto Adiutorio Massaricij, inquietari, nec molestari in Aere, nec in Persona, nisi suspitio Fugæ superuenerit, post Contractum debitum, vel nisi in contrarium, per Pactum speciale, fuerit aliter conuentum, vel nisi in vltimo anno dictæ Inuestituræ, vel quo Inuestitura durare debeat.

Nec possint ipsi superius nominati laborare alterius Bona in vltimo anno, dictæ Inuestituræ, vel quo, Inuestitura

durare non debeat, nisi satisfacto primo Domino, vel Locatore de Credito Adiutorij Massaricij, vel aliter, cum eo, Concors fuerit.

Et interim, nulla Præscriptio currere possit contra Locatorem.

Saluo, quod ipse Locator Creditor, durãte Inuestitura, vti possit Credito dicti Adiutorij Massaricij, in præiudicium cuiuslibet Tertij.

QVOD COLONI, VEL PARTIARII, VEL FICTABILES, VLTIMO ANNO CONDVCTIONIS SVAE, NON POSSINT OCCVPARE PRAEDIA MILIO, ET SIMILIBVS, VT NOVI CONDVCTORES POSSINT IRE AD LABORANDVM.

CAP. cccc. viij.

STATVITVR, quod Fictabiles, qui pecunia Prædium conduxerunt, vltimo anno dictæ Inuestiture, vel quo durare debeat dicta Inuestitura, non possint, nisi dimidiam Terrarum laboratiuarum, seminare Milio, Panico, & similibus.

De Ruderib. & Stram. & certis alijs relinquendis Domino, supra eo, c.

Alij autem, qui dicta Prædia, pecunia, non conduxerunt, possint tantummodò Tertiam Partem dictorum Prædiorum laboratiuorum, videlicet.

Aratiuorum, Milio, Panico, & similibus, seminare.

Liceat autem nouis Conductoribus Residuum dictarum Terrarum laboratiuarum, elapso die quinto Iulij, vltimi Anni, Cultiuare, Laborare, & Seminare.

Si quis autem Colonus, vel Fictabilis, vel Parciarius, plus, Portione prædicta, occupauerit, vt supra, Superfluum illius, quod seminatum fuerit, cedat in totum, Lucro dicti Locatoris.

DE PRAETENDENTE, QVOD LOCVS SIT CADVCITATI, VT NON POSSIT APPREHENDERE BONA, PROPRIA AVTORITATE.

CAP. cccc. ix.

Quid in Conductore ad longum Tempus, Alex. cons. 112. lib. p°. & quid in simplici, Socy. cons. 13. col. 5. in prin. lib. 2.

IN casibus prætensæ Caducitatis, contra Emphiteotam, prætextu Canonis nō soluti, etiam vigore Pactorum insertorum in Instrumento Emphiteotico, non facta Declaratoria super Caducitate, non liceat Alicui, propria autoritate, nec Iudiciaria, prætextu ipsius Caducitatis, expellere aliquem Emphiteotam de Bonis immobilibus Emphiteoticis, nisi, citato illo, contra quem prætenditur Caducitas, vt supra, ad allegandum, & si poterit ostendendum Caussam, quare non possit expelli à Bonis ipsis, & eo comparente, & aliquam Oppositionem faciente, Actoreq; producente Iura sua, per quæ, seu per quorum Inspectionem, appareat Fundatam esse Intentionem ipsius Actoris, post ipsam Productionem, Ipso Iure, Statutus sit, & esse intelligatur Terminus Reo, quindecim dierum vtilium, tunc proximè futurorum, ad Probandum, & Probatum Habendum, per omne genus Probationum, quicquid voluerit, Contra Intentionem Actoris, & eo non probante quicquā in ipso termino, tunc ad Instantiam ipsius Actoris, possit concedi per Iusdicentem Licentia expellendi illum, quem prætenderit cecidisse, vt supra, à tenuta Bonorum, non attenta Petitione Consilij Sapientis, nec Compromissi.

An requiratur Sētētia declarat, & q̄ Inuestitur diceret, q̄, Ipso Iure, caderet. Dec. cons. 185. col. 5. vers. vlterius reuocat. & col. seq. Ias. in l. 2. col. 2. C. de Iure Emph.

Eo verò, aliquid probante, obseruentur disposita in Statuto, posito in Volumine Statutorum Communis Mediolani, sub Rubrica generali de Iudiciis, & sub Rubrica speciali de Exequutione Instrumenti, & scripti manu Debitoris facti, vel subscripti, quod incipit. SI QVIS PRIMA FACIE, & cætera, debitè referendo.

QVALITER FIERI POSSINT DIVERSAE COMMISSIONES, ET FERRI DIVERSAE SENTENTIAE IN CAVSSIS CRIDARVM.

CAP.cccc.x.

ITEM, quia sæpenumero ponuntur ad Cridas secundum Formam Prouisionis, & Ordinum Communis Mediolani, aliqua Bona immobilia, in diuersis corporibus existentia, vendenda secundum Formam Prouisionis, & Ordinum, sine Fideiussore.

Et Cridis ipsis contradicitur pro omnibus Bonis, & aliquãdo non pro omnibus Corporibus Bonorum, sed pro aliquo, vel aliquibus ex eis, & ex Forma Prouisionis, ac Additionum factarum, circa Prouisiones æditarum, super Cridis faciendis, videtur in effectu, vt Contradictiones, vnica Sẽtentia declarentur.

Statuitur, ꝙ quãdo pro omnibus Bonis cõtradicitur aliquibus Cridis, sufficiat vnica Sententia decidere Cõtradictiones factas pro omnibus Corporibus Bonorum. Sed quando Contradictum fuerit particulariter aliquibus Corporibus Bonorum, vel etiam omnibus Bonis, diuisim, per diuersos Contradicẽtes, possint, & valeant decidi per separatam, seu separatas Sentẽtias dictæ Contradictiones, & sic diuisim, & eis in casibus, vel altero eorum, possint fieri separatæ Cõmissiones ad consulendũ Vicario Prouisionũ, citatis tantummodò his, inter quos facienda erit Commissio.

QVALITER PRAESVMANTVR BONA POSITA AD CRIDAS FVISSE ILLIVS, A QVO PONENS DIXERIT HABVISSE DATVM.

CAP.cccc.xj.

ITEM quia sæpenumero Ponentes ad Cridas in Compa-

ritione exprimunt Bonis ipsis habuisse Datum Dominij, seu etiam Possessionis ab aliquo, ad releuandum quemlibet Contradicentem ab Onere probandi Bona ipsa, de quibus Ponens dixerit, vel in Comparitione apposuerit, habuisse Datum Dominij, seu etiam Possessionis, vt supra.

Alex. 2s°. 208. col. pe. vers. & ex H°. lib. 2. post Paul. 2s. 170. c°. prin. vbi allegat l. siue possidetis. C. de proba. & l. cum res. eo. tit°.

Statuitur, quod præsumatur, Bona ipsa fuisse in Bonis illius, à quo dixerit habuisse Datum Dominij, seu etiam Possessionis, quantum est, & erit in Præiudicium ipsius Ponentis.

Saluò Iure cuiuslibet alterius Tertij.

Et hoc præsens Capitulum, & proximè præcedens Capitulum, seruentur, & seruari debeant etiam in Caussis, & Casibus præsentibus, & futuris.

Declaratio Statuti de Interesse.

Cap. cccc. xij.

ITEM, quia ab aliquibus videtur hesitari super Statuto posito in volumine Statutorum Communis Mediolani, sub Rubrica generali de Iudicijs, & sub Rubrica speciali de Damno, & Interesse.

Ad tollendum omnem Hesitationem, declaratur, & Statuitur.

Quòd in Cõtractibus celebratis ab anno. 1499. retro. quorũ dies solutionis cessit ante Cal. Ianuarii, anni. 1499. vid. Ord. Collegii fctũm die. 28. April. anni. 1518.

Statutum ipsum, locum tantum habere debere, in Instrumẽtis, & Contractibus factis, & celebratis, à Calendis Ianuarij. M. cccc. lxxxxix. citrà, & à modò in antea, & etiam in Contractibus antea celebratis. Quorum dies Solutionis, vel Obligationis euenerit, post ipsas Calendas Ianuarij. M. cccc. lxxxxix.

Similiter, etiam in Contractibus condictionalibus, quorum Condictiones fuissent purificatæ, post dictas Calendas Ianuarij.

DE HIS, QVI VOLVNT OFFERRE DARE DE BONIS SVIS, INSOLVTVM CREDITORIBVS SVIS.

Debitor, & eius hæres potest Bona Insolutum data, redimere Infra annũ, vt habes in p°. vol. sub Rubr. de Exequut. cap. vers. Et eo casu.

CAP. cccc.xiij.

DEBITOR, ex Caussa Ficti temporalis, vel Libellarij, aut Pensionis, aut Adiutorij Massaricij, non possit offerre de Bonis suis Insolutum Creditori suo, ex prædictis Caussis, nec aliqua earum.

DE ADDITIONE FACTA STATVTO, POSITO IN VOLVMINE STATVTORVM CIVILIVM, SVB RVBRICA GENERALI DE STATVTIS NOVIS COLLEGII NOTARIORVM MEDIOLANI, ET SVB RVBRICA SPECIALI, DE DIEBVS, QVIBVS, INSTRVMENTA ROGARI NON POSSINT, ET IN QVIBVS DIEBVS, AVTORITATES, ET DECRETA INTERPONI VALEANT, QVOD INCIPIT, IN DIEBVS.

CAP. cccc.xiiij.

STATVTO prædicto, post illa verba, in eo Statuto, vbi legitur, SEX DIEBVS PROXIME PRAECEDENTIBVS FESTVM PASCHAE RESVRRECTIONIS, adduntur ista verba, videlicet, Et totidem post.

DECLARATIO STATVTI POSITI IN VOLVMINE STATVTORVM CIVILIVM, SVB RVBRICA GENERALI, DE SOLEMNITATIBVS INSTRVMENTORVM, ET SVB RVBRICA SPECIALI, DE NOTARIIS APPONENDIS IN CONTRACTIBVS.

CAP. cccc. xv.

QVONIAM, Notarij, & alij Habitatores Terræ Binaschi, Terræ per se, inter Mediolanum, & Papiam, & alij Notarij, & Habitatores Terrarum Cõmunium, inter Mediolanum, & Papiam, conquesti sunt, de dicto Statuto, allegando, ꝗ in ipsis Terris, & eorum Territorijs, ante Publicationem, & Confirmationem dicti Statuti, narrati in præcedenti Rubrica speciali, tàm Notarij Mediolani, quam Papiæ, poterant rogare, & rogabant Instrumenta.

Et, ꝗ ibi, in Contractibus, & Distractibus, non ponebantur Pronotarij.

Et, ꝗ Notarij Papienses, ibi rogant Instruméta sine Pronotarijs, Et Notarij Mediolanenses, non audent ibi Instrumenta rogare, sine Pronotarijs.

Et sic Notarij Mediolanenses remanent damnificati.

Statuitur, ꝗ in eis Terris, & Territorijs duntaxat, possint, & valeant rogari quælibet Instrumenta Contractuum, & Distractuum, & sine Pronotarijs, & ita valeant, & teneant, effectumq; sortiantur, ac si Pronotarij appositi fuissent.

DECLARATIO STATVTI, POSITI SVB RVBRICA GENERALI, DE EXTRAORDINARIIS CIVILIVM, ET SVB RVBRICA SPECIALI, DE RE PATERNA LVENDA, SEV DE EODEM, QVOD INCIPIT, ET PRAEDICTA STATVTA DE RE PATERNA LVENDA.

CAP. cccc. xvj.

STATVITVR, quod vbi contingat Emphiteotam emere Directum Dominium, & Ciuilem Possessionem, & se, & Bona conducta liberare infra annum, à die Inuestituræ Libellariæ, vbi in eo Statuto disponitur pro precio æstimando, per Aestimatorem, vel Aestimatores Communis Mediolani, vel Amicum, vel Amicos Communes, eo in casu tantum, Volentem luere, posse eam Rem, pleno Iure luere, soluendo Precium integrè, & alia obseruando, vt disponitur, ex Forma dicti primi Statuti, DE RE PATERNA LVENDA, & in omnibus, & per omnia, prout in Statuto disponitur.

QVOD INQVILINI, VEL PENSIONANTES PRO DEBITO PENSIONIS, POSSINT CAPI.

CAP. cccc. xvij.

PENSIONANTES, seu Inquilini Ciuitatis, & Suburbiorum, idest intra Redefossa Mediolani, spaciantes, seu spaciari facientes Domos conductas, non satisfacto Domino, seu Locatore de Pensione, sine Licentia ipsius Domini, seu Locatoris, possint pro Debito Pensionis, temporis præteriti, capi, & detineri.

Et vtrum euacuauerint Domum sine licentia Domini, seu Locatoris, vel ne, stetur eius Locatoris Sacramento.

Quòd, pro Debito priuato nemo capiatur, nisi in aliquib. Casib. vol. 1. sub Rub. de Exequut. cap. folio.

Quòd, pro parua summa, supra, eo, vol. cap. sub Rub. De Officio, & Potestate Dominorum Protectorum.

Quòd vestes muliebres, & certa alia, non robentur, vol. 1. cap. sub Rub. in quos, & quas, &c.

RVBRICA GENERALIS DE PARATICIS, ET MAROSSERIIS.

De Paraticis non habendis.

Cap.cccc.xviij.

NVLLVM Paraticum, nec Schola, nec Congregatio alicuius Artis de cætero sit in Ciuitate Mediolani, nec eius Ducatu.

Et, si aliquando contigerit, ex Concessione Ducis Mediolani, aliquod Paraticum, vel Scholam, vel Cōgregationem alicuius Artis de cætero esse, nullum Statutum, quod per ipsum Paraticū Scholā, vel Cōgregationem alicuius Artis factum esset, vel fieret, valeat, nec teneat, nec obseruetur, nisi inter ipsos de Paratico, in Concernentibus Artem suam, sed solummodò seruentur Statuta Cōis Mli. Et prædicta non habeant locum in Collegijs, vel Congregationibus Habentibus Statuta in Voluminibus Statutorum Communis Mediolani.

Bal. in.l.pª.C. de Monop. Aret,95°.45. cª.Med.Ias, in.l.omnes Inf. col. 8. de Iust.& Iur. Capet. decis, 209.vers°.5°.difficult.

Nullus Foresterius poss. exercere.infra cap. sub Rubr.de repres.

Qvod, qvilibet possit impvne exercere qvamlibet Artem licitam, si alias non sit prohibitvm per Statvta Civitatis Mediolani.

Cap.cccc.xix.

QVILIBET Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, & Terrarum subiectarum Statutis Communis Mediolani, vel aliunde, tàm Masculus, quàm Femina, tutè, & impunè, & vbiq;, & in quolibet Loco, in Ciuitate, & Ducatu Mediolani, & in Locis suppositis Statutis, vt supra, possit facere, & exercere, ac operari quamlibet Artem, seu Artificium,

Ministeriũ,& Laboreriũ cuiuscunq; Generis,& Maneriei sit,nisi in contrarium, Iure Municipali, reperiatur cautũ.

Item,q; Calderarij,& quęlibet Persona,possit portari facere, & vendere,etiam super Nũdinis,& Ferijs,quodlibet Aramen laboratum,tàm Nouum, quàm Vetus, non obstantibus aliquibus in contrarium.

Item,q; quilibet possit vendere Ferrum,& Aciale laboratũ, tàm Vetus,quàm Nouum vbiq;,etiam in Plateis publicis, ac in Nundinis,vel Ferijs,& quolibet die,non obstante aliqua Prohibitione.

An istud Exercitiũ sit honestum. Sal.ps.440.col 1.lib.5.

De Remuneratione Marosseriorum, et eorum Satisdatione.

Cap.cccc.xx.

Nullus Marosserius,nec Mediator alicuius Mercati,cuiuscuuq; Generis,& Maneriei, vel Matrimonij, possit accipere, nec habere aliqualiter pro Marosso, vel eius Mercede alicuius Marossi, vt supra, vltra Soldos decem Imperialium,ab Ambabus Partibus,pro quolibet centenario,librarum Rei.vel Iuris.de qua, vel quo factum fuerit Mercatum,vel Dotis datæ, vel Promissæ, vel Bonorum datorum in Dotem,vel Promissorum,occasione Contracti Matrimonij.

Opera Marosseriorum nõ est Improbabilis, & corũ Salarium debetur.l. fi. in fi.de Profon.

Et,si,quis contrafecerit,Ipso Iure, & Facto, cadat in pęnam quadrupli eius, quod petierit, vel acceperit, applicandam pro medietate Communi Mediolani,& pro alia medietate, illi, à quo petitum,vel receptum fuerit.

Et insuper,non possit in perpetuum Officium Marosseriæ exercere,& quilibet Iusdicens possit de prædictis,& quolibet prædictorum,inquirere,& procedere, ex Officio, & de prædictis,& quolibet prædictorum,credatur Sacramento

eius, à quo petitum, vel receptum fuerit, cum vno Teste fidedigno, nec in contrarium fieri possit Pactum, nec Promissio, neq; Conuentio.
Et, si facta fuerit, non valeat, nec teneat.

DE EODEM.

CAP. cccc. xxi.

An valeat. Bart. in. l. seq. §. si viam. ff. de vsucap.

MAROSSERII, elapsis sex mẽsibus, post Mercatum, non audiantur, occasione mercedis suæ, nisi interim Querimoniam deposuerint.

QVOD MAROSSERII NON VTANTVR EORVM OPERIBVS, IN CERTIS PARTIBVS.

CAP. cccc. xxii.

NVLLVS Marosserius, seu Mediator, vndecunq; sit, audeat, nec præsumat ire ad Ripas Nauigiorum, nec Laghetos, nec ad Sostas Mediolani, Caussa Marossãdi Ligna, à Foco, nec Carbones, nec possint se intromittere de aliquo Marosso prædictorum, sub pœna cuilibet Contrafacienti, librarum decem Imperialium, applicandarum pro medietate Communi Mediolani, & pro alia medietate Accusatori, & credatur Accusatori cum Sacramento, & vno Teste Fidedigno.

Et, si quis Marosserius repertus fuerit loqui cum aliquo Mercatore Lignorum, vel Carbonum, intelligatur contrafecisse, & cadat in pœnam, vt supra.

DE EODEM.

CAP. cccc. xxiii.

ALIQVIS, qui teneat Postam, pro vendendo Carbones, non possit se intromittere de portando Carbones per Ciuitatem, aliter, quàm ad suam Postam, vel Apothecam.

Et, si contrafecerit, cadat in pœnam, de qua in præcedenti Statuto, applicandam, vt supra, ipsis Iure, & Facto.

De Ligatoribus Ballarum, et eorum Officio, Sacramento, et Satisdatione.

Cap. cccc. xxiiii.

Ligatores Ballarum, singulis Annis, de Mense Ianuarij teneantur iurare, & satisdare ad Officium Prouisionum Communis Mediolani, vel ad Officium Abbatum Mercatorum Mediolani, q̄ Artem ligandi Ballas, benè, & legaliter exercebunt, & nullam Fraudem committent, quæ redundet cōtra Communem Vtilitatem, vel Particularem.

Et, q̄ nullam Conuentionem, nullumq; Pactum de cætero facient, quæ, vel quod possit aliqualiter redundare contra Vtilitatem Publicam, vel Priuatam.

Et, qui prædicta non obseruauerit, penitus eximatur per Vicarium Officij Prouisionis, vel per Abbates Mercatorum Mediolani ab Arte ligādi Ballas, & taliter Reiectus, nullo modò possit ligare Ballas, nec Fachotos, nec esse de dicta Arte, nec participare cum aliquo Ligatore Ballarum.

Et insuper, taliter Reiectus, nunquam ad dictam Artem admittatur, nisi primò composuerit Communi Mediolani libras quinquaginta Imperialium.

Pro quibus, Iuramento, & Satisdatione tantummodò soluatur ad Computum Soldorum duorum Imperialium, pro singulo Ligatore, singulo Anno.

De eodem.

Cap. cccc. xxv.

Teneantur, & debeant Ligatores Ballarum, & Fachotorum publicè, & palàm ligare Ballas, & Fachotos,

& in conspectu omnium addiscere Volentium, præstentq; Patientiam omnibus addiscere Volentibus de dicta Arte, nec prohibeant Aliquem uti volétem addiscere dictam Artem, seu Ministerium dictæ Artis.

Teneanturq; docere benè, & legaliter omnes addiscere Volentes de dicta Arte. Non obstantibus aliquibus Conuentionibus, nec Pactionibus per ipsos Ligatores, hinc retro factis, vel de cætero Fiendis.

Et, si quis Ligator contra prædicta, vel aliquod prædictorum fecerit, vel omiserit, pro qualibet vice, componat libras vigintiquinq; Imperialium, ad quàm pęnam compelli possint, etiã sine aliquo Processu, vel Sententia, cuius medietas sit Notificatoris, & altera medietas sit Cõmunis Mediolani.

De eodem.

Cap. cccc.xxvj.

MERCATORIBVS Communis Mediolani, & alijs quibuscunq;, licitum sit ligare, vel ligari facere Ballas, per se, vel per quamcunq; Personam, per quam voluerint.

RVBRICA GENERALIS DE BROLETO SPACIANDO, ET APTANDO.

De Palacio spaciando.

Cap. cccc.xxvij.

MEDIETAS Palacij Magni Broleti, quę est uersus Plateam Mercatorum Mediolani, sit & remaneat, prout aptata fuit nouiter, expensis Mercatorum Mediolani.

Reliqua autem medietas ipsius Palacij, quę est uersus Campanile Broleti subtus, & etiam extra Voltas, spacietur, & euacuetur, ab vno Capite, vsq; ad aliud, & etiam à Capitibus.

Et Voltæ eiusdem, quæ sunt à Capitibus ipsius Palacij, & etiam versus Campanile, & versus Collegium Notariorũ, & versus Portam Nouam, totaliter, & liberę spaciatæ, & apertæ remaneant, & remoueantur omnia Obstacula, nec possit aliqualiter locari, exceptis Banchis Campsorũ, quæ sunt versus Cõtratã Fabrorũ, & versus Domũ Potestatis. Et, si contrafactum fuerit, non valeat, & Contrafaciens condemnetur in libris centũ Imperialiũ, applicandis Cõi Mlí.

QVOD MERCATVM FARINAE, FIAT EXTRA BROLETVM.

CAP. cccc. xxviij.

IN Broleto Communis Mediolani, non vendatur Farina ad Postas, sed in Sacchis possit vendi Farina, per Conducentes de eis, Dummodò ipsam vendant minori precio denariorum sex Imperialium, pro Stario Farinæ, precio quo, Farinarij tenentes Postas, vendere debent.

DE EODEM.

CAP. cccxxix.

NVLLVS moretur, nec de cætero morari audeat, nec præsumat, in Broleto Communis Mediolani pro vendendo Carnes Recentes, nec Salsas, Crudas, nec Coctas, Pisces recentes, Nauona, Rapas, Parapsides, nec Scutellas, Fodras, nec Pelliceas, nec exercere Tabernam, sub pœna cuilibet Contrafacienti librarum decem Imperialium, singula vice, applicandarum pro medietate Communi Mediolani, & pro altera medietate Accusatori.

DE LOCO COLLEGII IVRISPERITORVM SPACIANDO.

CAP. cccc. xxx.

COLLEGIVM Dominorũ Iurisperitorum Mediolani

ſpacietur,& ſpaciatum teneatur,à quibuſcunq; Impedimẽtis,& Obſtaculis à Schalis Palacij Prouiſionum,quæ ſunt penes Officium, Abbatum Mercatorum, vſq; ad Portam Broleti, quæ eſt ab vno latere dicti Collegij, & per quam itur ad Corduſium,& q Aſpectus dicti Collegij remaneat liber,abſq; aliqua Offuſcatione Aeris,& alio quocunq; Impedimento.

QVOD LOCA COMMVNIS AD VSVM PVBLICVM VTILIA, REMANEANT, ET SERVENTVR COMMVNI.

71

CAP.cccc.xLv.

OMNIA Loca Communis Mediolani,ſiue ædificata,ſiue non,ſeruentur Communi Mediolani, & ad ipſum vſum Publicum,ſi Vſui publico proſunt,& non obſtante aliqua Locatione, Alienatione, vel Inueſtitura, ad Commune Mediolani, pro publico Vſu retrahantur, & ſeruentur. ſi ſeruando contractum Vſui, vel Vtilitati publicæ eſſet nociuum.

LOCA DEPVTATA PRO BARRVERIIS POTESTATIS.

72

CAP.cccc.xLvj.

BARRVERII Poteſtatis Mediolani, non ſtent, nec morentur in Broleto,ſed ſtent,& morẽtur in Fundo Schalæ Lapideæ, quæ eſt uerſus Curtem, & Stallam, ac Canepam Poteſtatis Mediolani.

Et Seruitores Communis Mediolani, ſtent ſubtus Portam Broleti,qua itur ad Portam Nouam Mediolani,vbi nouiter plantatæ ſunt Banchæ.

QVOD

QVOD AVANTATORES CORREGIOLAE, ET CERTI ALII NON MORENTVR IN BROLETO.

CAP.cccc.xxxiij.

AVANTATORES Corregiolæ, Puluereçę, nec Dantes Gratiam Sancti Pauli, nec Sanctæ Appolloniæ, nec Predicantes Breuia pro Febribus, vel alijs de Caussis, non morentur, nec exerceant prædicta, nec aliquod prædictorum in Broleto Communis Mediolani. & si reperti fuerint Contrafecere, componant libras tres Imperialium, qualibet vice, sine alia Condemnatione. Et Notificans habeat Medietatem dictæ pęnæ, & altera Medietas sit Communis Mediolani.

QVOD OFFICIVM PROVISIONVM TENEATVR MANVTENERE IN BROLETO PVTHEVM.

CAP.cccc.xxxiiij.

OFFICIVM Prouisionum teneatur in Broleto manutenere Putheum vnum cum Rota vna, & Cathena vna ferrea, & duabus Segijs Araminis, scilicet, vna Segia ab vtroq; Capite Cathenæ. Ita q; quilibet possit haurire aquã liberè de ipso Putheo.

DE COLLEGIO NOTARIORVM MEDIOLANI.

CAP.cccc.xxxv.

ILLA Pars Broleti, quæ est à pede Campanilis dicti Broleti, vsq; ad Anditum Portæ dicti Broleti, qua itur ad Portam Nouam, vbi ad sunt Cancelli Magni Notariorum, & inter Stratam mastram, quæ nuncuparur de Farinis, & Plateam dicti Broleti. & etiã Camereta, quæ est in Solario.

inter Campanile,& dictam Stratam, simul cum Cancelletis paruis, per quas itur in Cameram inferiorem Allegationum Dominorum Aduocatorum Mediolani, remaneant ad Vsum Collegij Notariorum Mediolani. Ita, vt liberè,& absq; aliquo impedimento, ibi commorari possint, & habere Discos,& Banchas,& Sedes suas,& ibi Exercitium suum Exercere. Saluis Iuribus ipsorum Dominorum Aduocatorum, quæ habent in ipsis Cancelletis.

De Officio Cvstodis. Broleti.

Cap. cccc.xxxvj.

CVSTOS Broleti, debeat aperire,& claudere Palacium & Broletum, sicut expedierit,& debeat custodire Broletum,& omnes Bãchas,& alia, quæ erunt in Broleto ipso, tàm Communis, quàm singularium Personarum, Et omnia, quæ consignabuntur ei, per Caneparium, vel Massirolum Communis Mediolani.

Et Caneparius, seu Massirolus Ipse, teneatur ei consignare in scriptis Banchas, Lapides,& alias Res, Communis Mediolani, exceptis Scripturis, siue Actis Communis Mediolani, quas,& quæ tamen custodire debeat.

Et, si quid de ipsis Rebus siue Denarijs surreptum, vel diminutum fuerit, teneatur Communi Mediolani, seu Singularibus, quorum erunt, restituere.

Et debeant mondificari facere Broletum ipsum.

De eodem.

Cap. cccc.xxxvij.

CVSTOS Broleti, debeat tenere Claues,& debeat aperire,& claudere Broletum quando est necesse,& conueniens, Et debeat custodire omnes Res, quæ erunt in Broleto ipso, tàm Communis Mediolani, quàm singularium

Personarum, suis Periculis, & Expensis, Et debeat etiam, suis Expensis, tenere Schalas remondatas à luto, & portas Broleti, & ipsum Broletum netum, & netas, Et etiam teneatur tenere purgata Loca necessaria dicti Broleti, & quibus necessarijs, quilibet, sine impedimento, vti possit.

RVBRICA GENERALIS DE REPRAESALIIS.

DE REPRAESALIIS.

CAP. cccc.xxxviij.

SI quis Ciuitatis, vel Ducatus Mediolani, fecerit aliquod Debitum, cum aliquo Forensi, non de Dominio Ducatus Mediolani, vel aliud commiserit, vel fecerit extra dictum Dominium, & proinde querimonia facta fuerit Potestati, & Vicario Prouisionum Mediolani, q̃ ille, de quo facta fuerit querimonia literis, vel alio modo, teneatur, & debeat, & cõpelli possit, & debeat, per ipsos Dominos Potestatẽ, & Vicarium facere bonam, & idoneam Satisdationem de exonerando, & conseruando Commune, & singulares Personas Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, & Terrarum suppositarum Statutis Mediolani, Et de soluendo omne, & totum id, quod fecisset Debitum, vel quod requiritur ab eo, & de eundo personaliter, vel per sufficientem Nũcium, vel Procuratorem ad Partes illas, in quibus requiritur aliquid ab eo, & de stando Iuri, & curare, & facere cum effectu, q̃ Cõmune, & Homines Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, & Terrarum suppositarum, vt supra, proinde Molestiam, vel Damnum aliquod, non recipiant, nec habeant.

Et hoc, infra quindecim dies, si fuerit in Lombardia, & si extra Lombardiam, infra mensem vnum.

Et, si quis Ciuitatis, vel Ducatus Mediolani fuerit impeditus extra Iurisdictionem Mediolani pro Debitis, vel factis

alicuius, qui sit de Ciuitate, vel Ducatu Mediolani, q̄ ille, pro cuius Debito, vel Facto, vel occasione, vel Caussa cuius impeditus fuerit, teneatur, & debeat, & cōpellatur summariè, & sine strepitu, & Figura Iudicij, & sine Libelli Datione, & quàm velocius compelli poterit, ipsum taliter Impeditum conseruare indemnē ab omnibus Expensis, Dānis, & Interesse, quas, & quæ proinde passus fuerit, ipsum personaliter Capiendo, & per venditionem Bonorum suorum, & modis omnibus, arbitrio ipsius Domini Potestatis, vel Vicarij, quibus melius, & velocius compelli poterit, Non obstantibus Caussis collocatis, & prohibitione, seu interdicto Repręsaliarum, seu Captionum facta, seu Facto. Et in omnibus suprascriptis, & in quolibet prędictorum, Potestas, vel Vicarius, vt supra, teneatur, & debeat contenta in suprascripto Statuto Exequutioni demandare, & habeat in prædictis, & super prædictis merum Arbitrium, sub pęna librarum quinquaginta Imperialium, toties, quoties cōtrafecerit, si requisitum fuerit.

De eodem.

Cap. cccc.xxxix.

Si aliquis Negociator, vel aliqua Persona Ciuitatis, vel Ducatus Mediolani impeditur in Persona, vel Rebus, in aliqua Parte, ratione alicuius Debiti Communis Mediolani, vel occasione alicuius Robariæ, vel alicuius Concessionis datæ, vel quæ daretur contra Commune Mediolani, q̄ Ille Negociator, seu Persona ab illo Impedimento, & ab omni Damno, & Interesse, debeat releuari, & indemnis cōseruari, per Commune Mediolani, & ad expensas ipsius Communis, nisi per Commune Mediolani, seu Mandato alicuius Iusdicentis fuisset prohibitum, & præconizatum publicè ad Scalas Palacij Magni Broleti Communis Mediolani, ne aliquis Mediolanēsis, vel Ducatus Mediolani,

iret ad illas Partes, in quibus fuerit Impeditus, vel Derobatus.

Et, si acciderint prædicta post illud Præconizamentum, seu Prohibitionem, non vendicet sibi locum, hoc Capitulum.

CONTRA FORASTERIOS NEGOCIATORES, VT, NON POSSINT STARE MEDIOLANI.

CAP. cccc. xL.

NVLLVS Forasterius Negociator possit stare in Ciuitate Mediolani, si est de aliqua Terra in, qua Negociatores Mediolani stare, & vti, & negociari non permittantur.

Quòd quilib. poss. exercere artem, supra, cap. 419. sub Rub. de parat. fo. 44.

QVOD IMPEDITI EXTRA IVRISDICTIONEM MEDIOLANI, CONSERVENTVR INDEMNES.

CAP. cccc. xLj.

SI quis de Ciuitate, vel Ducatu Mediolani Captus fuerit in Persona, vel Rebus extra Iurisdictionem Mediolani, pro Debito alicuius Mediolanensis, teneatur, & debeat compelli Ille Mediolanensis summariè, sine strepitu, & figura Iudicij ad conseruandum indemnem illum, qui eius occasione, vel eius Debito fuerit Impeditus.

Quòd Impediti, pro alio, vel capti, conseruentur, Indemnes vol. 1. cap. sub Rubrica de Robationibus folio.

Quòd Scolares, & certi alii nō Imped. sup. cap. 68. sub Rubr. de prohibitis Captionibus. fol. 22.

RVBRICA GENERALIS DE AVIBVS, ET CERTIS BESTIIS PROHIBITIS CAPI.

DE POENA CAPIENTIS COLVMBOS.

CAP. cccc. xLij.

NVLLA Persona capiat aliqualiter Colūbos, sub pęna

librarum vigintiquinq; Imperialium pro quolibet Columbo,& qualibet vice,& reddat Columbos,& perdat Retia, Et quilibet possit accusare, & Medietatem habeat Condẽnationis, & Habenti Columbaria detur plena Fides, cum Sacramento.

Et qui repertus fuerit cum Retibus, & cum Stellono, possit condemnari tanquàm, si repertus foret capere Columbos, vel cępisse,& vbi pęnam prædictam soluere non possit, fustigetur per Ciuitatem.

DE POENA EMENTIS COLVMBOS AB VSELATORIBVS.

CAP. cccc. xLiij.

QVICVNQVE emerit Columbos ab Vselatoribus, condemnetur in libris decem Imperialium, pro qualibet vice, applicandis pro Medietate Communi Mediolani, & pro altera Accusatori.

DE POENA CAPIENTIS CICONIAS, VEL HIRVNDINES.

CAP. cccc. xLiiij.

NVLLVS capiat Ciconias, nec Hirundines, sub pœna librarum quinq; Imperialium, pro quolibet, & qualibet vice, quæ pęna applicetur pro Medietate Communi Mediolani,& pro altera Accusatori.

DE POENA CAPIENTIS, VEL RETINENTIS CANEM ALTERIVS.

CAP. cccc. xLv.

NVLLVS capiat, nec furetur Canem alterius, à venãdo, nec à Massarijs, nec ipsum retineat, sub pœna librarum vigintiquinq; Imperialium, applicandarum Domino Canis.

De poena Capientis Aves à rapina, si non consignaverit.

Cap.cccc.xLvj.

QVICVNQVE acceperit aliquem Accipitrem, Falconem, Astorem, vel aliquam Auem de rapina, cum Sonalijs, vel Getibus, teneatur, eodem die, vel sequenti, illi, cuius fuerit, si de hoc noticiam habuerit, aliàs Iudici Victualium consignare, sub pęna librarum quinquaginta Imperialium, pro quolibet, & qualibet vice, &, si consignauerit, vt supra, dentur sibi Soldi decem Imperialium, pro Mercede sua.

De poena Communium non accusantium capientes Aves prohibitas.

Cap.cccc.xLvij.

COMMVNIA, in quorum Territorio capti fuerint Columbi, & aliæ Aues, supra prohibitæ, quæ capi non possunt, teneantur denunciare, & accusare, & capere quoslibet Capientes.

Aliter contra eos procedi possit ad Exactionem similis pęnæ, ad quam tenentur Capientes Columbos, & vt supra.

Et sine preiudicio pęnæ Primi Contrafacientis.

De Remuneratione consignantium Lupos.

Cap.cccc.xLviij.

OMNES illi, qui consignauerint Officio Prouisionum Mediolani Lupos captos, intra Abduam, & Ticinum magnum, habeant, & habere debeant, pro quolibet Lupo magno, libras quatuor Imperialium, Et pro quolibet Lupo paruo, libras duas Imperialium, & stetur Sacramẽto illius, qui consignauerit, Iurantis illos cępisse, vel captos fuisse.

inter Abduã,& Ticinum magnum. Et incidatur vnus Pes Lupi,& Lupus sit Consignantis.

RVBRICA GENERALIS DE DIVERSIS ORNAMENTIS, ET VESTIBVS MVLIERVM.

CAP. cccc.xL.vix.

QVONIAM Arrogantes,suis Diuitijs abutentes, in tantam proruperunt Lasciuiam, & Inhonestatem, q; sibi ipsis attulerũt Derisionẽ,& alijs Damnũ, Detractionem,& Verecundiã,eo maximè,quia Digniores, & Prudentiores nequeũtes honestè, & cõmodè talibus attingere sumptib°, in tantũ lęduntur,q; suas Virgines nequeunt(vt deceret) suis Paribus Copulare, nec alia facere, nec expedire, vt deberent, propter Prodigas,& diffusas Expensas inductas,quas, si Nobiliores patiuntur, Vsurarum Laqueis se inuoluunt,& si minus faciunt, Verecundia confunduntur, Quod,quidem ad Lesionem,& Ruborem multorum Nobilium,& bonorum Ciuium,necnon, & Communis Boni dignoscitur esse repertum. Fiantq; Expensę superfluæ,& excessiuę in Puerperio,seu Partu,& Baptismatę. Cùmq; multæ Requisitiones, & Instigationes,assiduæq; Lamentationes super prædictis, & infra dictis sæpesæpius, per quam multos Nobiles,& Prudentes,& Alios Ciues, Rem publicam,ac Commune Bonum, & Honestatem Ciuitatis, & Ciuium Mediolani,& Districtus diligentes,factæ sint. Idcircò cùm in Personis, plerumq; habenda sit Exceptio, & tamen,in omnibus sit vna Virtus,seruare modum.

DE PERLIS, ET ALIIS IOCALIBVS NON PORTANDIS.

CAP. cccc. Lxiiij.

In legato vxoribus an veniant prohibita portari, socy.cs.10.col.2.lib.

STATVITVR,q; nulla Mulier maritata, vel nõ maritata,

exceptis Vxoribus Senatorum, Comitum, Marchionum, Baronum, Militum, Dectorum, tàm Iuris Ciuilis, quàm Physicæ, aut Licentiatorum in Studio Generali, debeat, audeat, nec præsumat portare, seu deferre, quouismodo, super persona, nec circa personam, ad ornatum Personæ aliquas Perlas in Rechamis, nec aliter, nec etiam aliquam Collanam Auri, nec Aureatã, Firmalios, Vezetos, nec Lapides præciosos, ligatos, vel non ligatos.

Saluò, & prҿterquàm in Anulis ligatis, & in Digitis, sub pҿna Amissionis, Ipso Iure, quartæ Partis prædictorum, vt supra, seu valorum suorum, quæ pҿna, pro medietate, Ipso Iure, applicetur Communi Mediolani, & pro altera medietate Accusatori.

Idem habeat locum in Viris non existentibus in Gradibus suprascriptis, singulariter referendo.

De Vestibus portandis, vel non portandis.

Cap. cccc. Lj.

Nullus Masculus, nec aliqua Fҿmina, exceptis Masculis, & Fҿminis cõprehensis in Præcedenti proximè Statuto, audeat, nec præsumat, nec possit, quouismodo, deferre, seu portare circa dorsum, vel Ornatum Personæ aliquas Vestes Brochati, nec Drappi Aurei, nec Argentei, Tilati, nec Filati, nec Vestes Rechamatas.

Saluò, & præterquàm, ꝙ Mulieres portare possint manicas Drappi, vel Brochati Auri, & Argenti, sub pœna comprehensa in Præcedenti proximè Statuto, applicãda, vt supra.

Vxores autem Nobilium, vel Mercatorum, vel Causidicorum describendorum secundum Formam Statutorum Communis Mediolani, ad Officium Abbatum Collegij Notariorum Mediolani, & Causidicorum Curiæ

Archiepiſcopalis, deferre poſſint, ſeu portare quaſcunq; Veſtes Sericas, non Aureatas, nec Argẽtatas, nec Rechamatas, prӕterquàm in Manicis, vt ſupra, quas Manicas Aureatas, & Argentatas, & non Rechamatas, poſſint portare, ſeu deferre.

Aliӕ verò Vxores Inferiorum, deferre poſſint, ſeu portare Veſtes Sericas non Aureatas, nec Argentatas, nec Rechamatas in Giuppis, & Manicis tantum, ſub eadem pœna, vt ſupra, applicanda, vt ſupra.

De Sertoribus contrafacientibus, et eorum poena.

Cap. cccc. Lij.

Nullus Sertor, aut Sutor Maſculus, nec Fęmina, audeat, nec debeat, nec pręſumat per ſe, nec Laboratores ſuos, Maſculos, nec per Fęminas, nec Aliam ſubmiſſam Perſonam, taliare, nec cuſire, nec veſtire aliquam Veſtem, contra Formam, & Intentionem prӕſentium Statutorum, prӕſentis Rubricӕ Generalis, ſub pęna librarum viginti quinq; Imperialium, applicandarum, vt in primo Statuto prӕſentis Rubricӕ Generalis continetur.

De Muneribus prohibitis.

Cap. cccc. Liij.

Maritus, ſeu Spõſus, nõ poſſit per ſe, nec per ſubmiſſam Perſonã mittere, nec donare, nec dare aliqd alicui, nec Aliquibus de Familia Spõſӕ, vel Vxoris, nec aliqbus Vxori, vel Sponſӕ attinẽtibus. Et ſimiliter Vxor, vel Spõſa mittere, donare, nec dare aliquid alicui, nec aliqbus, de Familia Mariti, nec Aliquibus attinẽtibus Marito, vel Spõſo. Saluò, q; poſſint donari Famulis, & Seruitoribus, Caligӕ, & Manicӕ Drappi lanӕ tantum. Et hoc, ſub pœna, vt ſupra, applicanda, vt ſupra.

QVOD NON FIANT NVPTIAE, NISI VNA DIE.

CAP.cccc.Liiij.

NVPTIAE fieri non possint,nisi vna Die,& vltra illam Diem,extra Familiam,non habeantur aliæ personæ ad domum Sponsi, seu Mariti.

Reuertiale verò,nullo modo,fieri possit, sub pœna librarum centum Imperialium, qualibet vice, & pro quolibet Contrafaciente,applicanda Communi Mediolani pro medietate,& pro alia Medietate Accusatori.

QVOD NVLLVS IN PVBLICO,NEC PRIVATO DEBEAT OFFERRE MVNERA SPONSAE,SEV VXORI.

CAP.cccc.Lv.

CVM Mulier fuerit Sponsa, vel Matrimonio copulata,nullus,excepto Marito,vel Sponso,debeat eidem,Munus,nec Munera offerre in Publico,nec Occulto, sub pœna librarum quinquaginta Imperialium, pro quolibet Cõtrafaciente,& qualibet vice,applicandarum.vt supra.

DE MVLIERIBVS,QVAE POSSVNT IRE AD SOCIANDVM MVLIEREM IN RELIGIONEM,ET AD SPONSAS.

CAP.cccc.Lvj.

AD Associandum aliquam Mulierem in Religionem, nõ vadant vltra quàm Mulieres quindecim,& nullus Homo Laycus vadat ad associandum,vt supra,sub pœna librarum centum Imperialium ei, qui ipsam mittit, applicandarum,vt supra.

Idem ad Visitandum Sponsas, vel Vxores ad Domum, & ad Sociandum Sponsam,seu Vxorem,extra Domum, nec per Stratas,non vadant,vltra,vt supra,sub pœna,vt supra.

De Expensis superfluis, quae fiunt in Puerperio, sive Partu, et Baptismo.

Cap. cccc. Lvij.

Statuitur, quod in Puerperio, seu Partu, vel occasione Partus, nō possit, nec valeat super lecto Paiolę apponi Cooperta aliqua Serica alicuius generis, nec maneriei, nec etiā aliqua Cooperta Rechamata, nec laborata Auro, nec Argēto, neque Seta, exceptis Celonis, etiā Setæ laboratis, nec etiam apponi Linteamina Rechamata, nec laborata Auro, Argento, Perlis, nec Gemmis, nec etiam possint apponi, nec fieri aliqui Cossini, cooperti aliquo Serico, nec habētes Bottonos de Auro, nec Argēto, nec Serico, nec Perlis, nec Gemmis, nec super ipsis Cossinis possint apponi Fidreghetæ, nisi Lineæ tantum, quæ non habeant aliquod Laborerium, nisi de Bistorto, nec etiam supra ipsum lectum Paiolæ possit teneri Moschetum, nec Capicelum de Serico, nec laboratum, nec Rechamatum, vt supra, nec etiam dicta Paiola possit tenere in Dorso aliquod Braccirolum Rechamatum, de Serico. Et hoc, sub pœna, vt infra.

De eodem.

Cap. cccc. xLviij.

Non possint fieri, nec teneri aliquæ Cunæ laboratæ Auro, Argento, nec Azurlo fino, seu Vltramarino. Saluō, quod Testalia Cunarum possint depingi, prout placuerit, sine tamē aliquo Releuo, nec etiam super eis Cunis possint apponi, nec teneri aliqua Cooperta Serica, nec Rechamata Auro, Argento Perlis, nec Gemmis, nec etiam aliquod Linteamen Laboratum, nec Rechamatum, vt supra, nec etiam aliquem Cossinum, nec Fidrighetas, nisi prout supra, nec etiam circa Personam Nati, vel Natæ

tenere aliquod Iocale,nec Perlas,nec aliqua alia Iocalia, in Rechamis,nec aliter,ſub pęna infraſcripta.

Saluò,ꝙ poſſit apponi in Capite Infantis Birretum Sericum cuiuſcunq; generis, abſq; aliquo Rechamo, nec Appoſitione alicuius Iocalis.

De eodem.

Cap.cccc.Lix.

CVM Infans defertur ad Baptiſmum,non poſſint apponi circa Perſonam ipſius Infantis ea,quæ ſunt prohibita teneri,ſuper Lecto,& Cunis,ſub pęna infraſcripta.

Et hæc omnia contenta in ſupraſcriptis tribus proximè Capitulis, præſenti computato, ſub pęna Amiſſionis quartę Partis eorum,quæ fierent, vel tenerentur contra Formam præſentium Statutorum,ſeu eius valoris, quæ pęna, Ipſo Iure,& Facto,applicetur pro medietate Communi Mediolani,& pro altera medietate Accuſatori, nec per Officium Prouiſionum ſuperinde poſſit fieri Remiſſio, nec Compoſitio aliqua,& adhibeatur Fides Accuſatori cum vno Teſte fidedigno.

De eodem.

Cap.cccc.Lx.

VT Euitentur expẽſę,quę fiunt ob Viſitationes Mulierum, in Partu.

Statuitur,ꝙ talibus Mulieribus Viſitantibus dari non poſſint pro Colationibus, niſi Fructus naturales, nec nõ Offele,Canoni,& alię Res compoſitę de Farina, ſub pęna librarum vigintiquinq; Imperialium,pro ſingula vice auferendarum à Capite Familię ipſarum Mulierum,applicandarum pro medietate Communi Mediolani,& pro alia medietate Accuſatori, Cui Accuſatori cum vno teſte fidedigno,& cum eius Sacramento,credatur.

Vxoribus Senatorum, Comitum Habentium merum, & mixtum Imperium, Marchionum, Baronum, Magnatum, Aduocatorũ. nec Syndicorũ Fischalium, qui fnt Doctores, nec in ipsis Senatoribus, Comitibus, Marchionibus Baronis, nec Aduocato, nec Syndico, nec in eorum Filijs Masculis, Nuribus, nec eorum Infantibus.

De Schollatvris, et aliis Moderandis.

Cap. cccc. Lxiiij.

Nvlla Mulier cuiuscunq; Status, vel Conditionis existat, debeat, audeat, nec præsumat portare, seu deferre, nec tenere aliquam Vestem, nec Giuppam, nec Schollaturã, taliter, q̃ videri possint Mamillę, nec Pectus, discoopertum, nec etiam cum Cauda, quæ trahatur per Terram, sub pęna comprehensa in primo Statuto, huius Rubricæ Generalis, applicanda, vt supra.

Rvbrica Generalis de Obseqviis Defvnctorvm, et Expensis Fvnerariis.

Qvod nvllvs indvatvr Vestibvs Lvgvbribvs, excaeptis infrascriptis.

Cap. cccc. Lxv.

Occasione Funeris, vel Mortis alicuius, nullus induatur Vestibus Lugubribus, vel nigris, Exceptis, Vxore Defuncti, & Filijs ablaticis, ex linea Masculina descendentibus, & Fratribus, & Sororibus, sub pœna librarum quinquaginta Imperialium pro quolibet Contrafaciente, applicandarum pro medietate Communi Mediolani, & pro alia Accusatori, & nullus etiam ex prædictis Occasione

Funeris, vel Mortis alicuius, possit portare in Dorso Mantellum nigrum, sub simili pœna applicanda, vt supra.

DE DEFVNCTIS, NISI PER ECCLESIASTICAS PERSONAS EXTRA SVAM PARROCHIAM, NON PORTANDIS.

CAP. cccc. Lxvj.

NVLLA persona portetur extra Parrochiam suam ad Sepulturam, nec ad Ecclesiam, nisi per personas Ecclesiasticas, sub pœna librarum quinquaginta Imperialium Hæredibus illius Defuncti, vel Capiti Familiæ ipsius Defuncti, quæ pœna applicetur Communi Mediolani.

DE DEFVNCTIBVS NON PORTANDIS, NEC TENENDIS DISCOOPERTIS.

CAP. cccc. Lxvij.

NVLLVM Cadauer induatur, taliter q̄ discoopertum deferatur, nec discoopertum portetur, nec in Ecclesia discoopertum teneatur, sub pœna librarum quinquaginta Imperialium, hęredibus illius Defuncti, vel Capiti Familię ipsius Defuncti, applicandarum Communi Mediolani, exceptis tamen Doctoribus, tàm Iuris Ciuilis, quàm Iuris Canonici, quàm etiam Physice, aut Publicè licentiatis, Comitibus, Marchionibus, Militibus, & Senatoribus.

DE PALLIIS, CRVCIBVS, ET CAEREIS PRO DEFVNCTIS.

CAP. cccc. Lxviij.

AD obsequium alicuius Defuncti, vel Defunctę, vel supra Cadauer alicuius, aliquis non vtatur Pallijs Brocchati, nec Drappi Auri, nec Argēti, exceptis Cadaueribus Comitum, Baronum, Marchionum, Doctorum, vel Militum, &

& eorum

eorũ Vxorũ, nec in Funeralibus possint deferri Cruces, nisi modo infrascripto, videlicet, pro Marchionib⁹, Baronibus, & Comitibus, vel Vxoribus suis, Cruces sex, vltra Cruces Fratrũ, vel Monachorũ, aut Canonicorũ Regulariũ, & Torchiæ. xxiiij. nõ excedẽtes põdus vnciarũ. xviij. pro singula.

In Funeralibus vero Doctorum, vel Militum, vel Vxorum suarum non possint deferri vltra Cruces quattuor, vltra Cruces Fratrum, & vt supra, & Torchiæ decemocto, non excedentes pondus suprascriptum.

In Funeralibus verò aliorum Nobilium, vel Mercatorum, vel Vxorum suarum, non possint deferri, nisi Cruces tres, vltra Cruces Fratrum, & vt supra, & Torchiæ duodecim, non excedentes pondus, vt supra.

In alijs verò Funeralibus, non possint deferri, nisi Cruces duæ, vltra Cruces, & vt supra, & Torchiæ octo.

QVOD VEXILLA, BANDERAE, NEC EQVI COOPERTI, NEC SCVTA NON DEFERANTVR AD OBSEQVIVM.

CAP. cccc. Lxix.

AD Obsequium alicuius Defuncti, nec Defunctæ, non deferantur Vexilla, Banderæ, Scuta, nec Equi cooperti, sub pęna librarum quinquaginta Imperialium, Hęredibus Defuncti, vel Defunctæ, applicandarum Cõi Mediolani.

Quod Statutum non habeat locum in Funeralibus Potestatis Mediolani, nec Rectorum Ciuitatis, nec Capitaneorum Gentium Armigerarum.

QVOD NVLLVS DEBEAT FLERE ALTA VOCE, NEC PERCVTERE PALMAS EXTRA DOMVM DEFVNCTI, VEL DEFVNCTAE.

CAP. cccc. Lxx.

NVLLVS extra Domum Defuncti, vel Defunctę, alta

voce, debeat flere, nec percutere Palmas, sub pęna librarum vigintiquinq; Imperialium, pro quolibet Contrafaciente, applicandarum Communi Mediolani.

De his, qui possunt morari ad comedendum, ad domum Defuncti, vel Defunctae.

Cap.cccc.lxxi.

Post mortem alicuius, ad Exequias, vel Septimum, vel Trigesimum, in Ciuitate, nec Ducatu Mediolani, nec in Terris suppositis Statutis Communis Mediolani, non sit licitum alicui stare ad comedendum cum Familia Defuncti, vel Defunctę in domo Defuncti, vel Defunctæ, nisi fuerit Agnatus, vel Cognatus, vsq; ad quartum gradum inclusiuè, secundum Iura Ciuilia computãdum, & nisi fuerit de personis deputatis ad seruiendũ pro ipsis Funerarijs, Septimo, vel Trigesimo, sub pęna librarum quinquaginta Imperialium applicandarum pro tribus partibus Communi Mediolani, & pro reliqua quarta parte Accusatori.

Et de prædictis omnibus, & singulis, contentis in præsenti Statuto, & in omnibus alijs, & singulis Statutis, positis sub præsenti Rubrica generali de Obsequijs Defunctorũ, & expensis Funerarijs, teneatur Potestas Mediolani, & eius Vicarius inquirere, & procedere per Officium, & Anciani Parrochiarum, & Consules Terrarum teneantur notificare infra quinq; dies, sub pęna Anciano Parrochiæ ipsius Defuncti, seu Defunctæ librarum decem Imperialium, & pœna Consuli ipsius Terre totidem librarum decem Imperialiũ, applicandarũ, vt supra, quæ disposita in præsenti Statuto non habeãt locũ in casibus infrascriptis, videlicet.

Pro Obsequiis Comitum, Doctorum, Militum, Baronum vel pro his, qui habuerint Regimen Ciuitatis, vel qui fuerint Capitanei Armorum.

RVBRICA GENERALIS DE MERETRICIBVS. ET BORDELLO.

DE POENA TENENTIS BORDELLVM.

CAP.cccc.lxxij.

SI quis tenuerit Bordellum in Ciuitate Mediolani, vel Suburbijs, alibi, quàm in Loco consueto, videlicet apud Ecclesiam Sancti Martini in Compedo, Ipso Iure, & Facto, cadat in pœnam librarum vigintiquinq; Imperialium, pro qualibet vice, & Locator domus, in qua Bordellum teneretur, in totidem cadat, vt supra, si scienter domum locauerit, vt ibidem Meretricium exerceatur, pro qualibet vice, & Medietas pœnæ sit Accusatoris, & alia Medietas Communis Mediolani, & intelligatur scienter locasse, vt supra, cùm ipse Locator Noticiam habuerit de dicto Meretricio tollerat ibidem Meretricium exerceri, & in qualibet Inuestitura facienda de Domibus sitis in Ciuitate, intelligatur appositum Pactum, q; in Domo locata, non possint teneri fœminæ Meretrices, seu Meretriciam artem, exercentes.

Et, si in ipsa Domo reperirentur Meretrices, seu Meretricium exercentes, impunè possint expelli.

Et, si Locator contradixerit dictæ Expulsioni, Ipso Iure, cadat in pœnam, vt supra, & Antiani Parrochiarum teneantur denunciare prædicta Potestati Mediolani, vel Officio Bulletarum, sub pœna librarum decem Imperialium, applicandarum, vt supra, singula vice, qui Potestas, vel Officialis Bulletarum teneatur de prædictis inquirere, & Exequutioni mandare dictas pœnas.

Et Lupanaria non possint dari ad Incantum, nec alio modo vendi, nec concedi.

QVOD MERETRICES PVBLICAE PORTENT MANTELLETOS FVSTANEI.

CAP. cccc. Lxxiij.

QVAELIBET Meretrix publica Questum faciens in Bordello publico, quod est inter Stratam existentem prope Ecclesiam Sancti Pauli in Compedo, & Cursum Portæ Tunsæ, & Domum Quatuor Mariarum Mediolani, & Ecclesiam Sancti Zenonis extra Bordellum, portet Mãtellettum Fustanei nigri supra spatulas latitudinis tertiæ vnius ad Brachium Fustanei, sub pęna librarum decem Imperialium, qualibet vice, qua contrafecerit, applicandarum pro medietate Communi Mediolani, & pro alia medietate Accusatori, quæ pęna exigi possit per Officialem Bulletarum, & quemlibet alium Iusdicentem, quam Pœnam, si non soluerit, fustigetur ipsa Meretrix, mandato cuiuslibet Iusdi. Criminalis, absq; aliquo processu.

Et alibi, quàm in dicto Bordello, Lupanaria non teneantur in præsenti Ciuitate.

QVOD MERETRICES, ET RVFFIANI NON MORENTVR IN BROLETO.

CAP. cccc. Lxxiiij.

NVLLA Meretrix, nec Ruffianus moretur, nec de cætero audeat, nec præsumat stare, nec morari in Broleto Cõmunis Mediolani de die, sub pœna Soldorum decem Imperialium, pro qualibet vice, eorum, & earum, quæ Pœna, ab eis, & à quolibet eorum, exigatur, sine aliquo processu, per quemlibet Iusdicentem, quæ pęna applicetur pro Medietate Communi, & pro alia Medietate Accusatori, sine aliquo Processu.

De eodem.

Cap.cccc.Lxxv.

OMNES Meretrices,quæ reperiantur morari in Broleto Communis Mediolani,expellantur de dicto Broleto, & eis recusantibus,illicò recedere,fustigentur per Ciuitatem.

Quod Meretrices expellantur de Parrochiis Mediolani.

Per Nouiss.Constitut.etiā fuit prouisum In. 4°. lib. folio.99.

Cap.cccc.Lxxvj.

POTESTAS Mediolani,& eius Iudices, & quisq; eorū, in totum teneantur,& debeant inquirere, si in aliqua Parrochia Mediolani,alibi,quàm in dicto Bordello stet, vel habitet, vel moretur aliqua Fœmina,Meretricium Faciens, & hoc,si fuerit testificatum per tres, ex vicinis ipsius Parrochiæ,qui sint maiores annis triginta, pro singulo, q; expellere teneatur, & expulsam tenere ipsam Fœminam de dicta Parrochia.

Rubrica generalis de certis datiis non imponendis,nec exigendis.

De Datio Mixturae non imponendo nec exigendo.

Cap.cccc.Lxxvij.

DE cætero,nullo modo,vel Ingenio imponatur,nec aliqualiter exigatur in Ciuitate, nec Ducatu Mediolani, nec in Terris suppositis Statutis Communis Mediolani Datium Macinæ Farinæ Mixturæ.

Et quilibet,qui proposuerit,vel consuluerit, aut consenserit contra prædicta, vel aliquod prædictorum, vel aliqualiter procurauerit,quod ipsum Datium imponatur,vel exigatur

Puniatur, & Condemnetur, Ipso Facto, in libris quinquecentum Imperialium, applicandis pro Medietate Communi Mediolani, & pro alia Medietate Accusatori, quas, intra qndecim dies, soluere teneatur, alioqui Amputet ei lingua. Et vlterius expellatur de Ciuitate, & Ducatu Mediolani, tãquàm Bannitus de proditione Patriæ suæ. & etiam impunè possit offendi, in ære, & in Persona, Nec vnquàm habere possit Officium, nec Beneficium in Ciuitate Mediolani, nec à Communi Mediolani, & Dominus Potestas, & eius Iudices ad Maleficia, Et quilibet eorum, possit, & debeat inquirere, procedere, cõdemnare, & punire ex Officio suo, omni solemnitate Iuris, & Statutorum, omissa.

DE DATIO ROTARVM NON IMPONENDO.

CAP. cccc. Lxxviij.

DE cætero non imponatur, nec imponi possit, nec exigi aliquod Datium Rotarum, Plaustrorum, nec Carretarum.

RVBRICA GENERALIS. DE DECIMIS.

An Statutum possit disponere de Decimis Ecclesię Dec. in. c. q. in Ecclesiarũ in. j. no. de Constitut.

DE POENA OPPONENTIS, QVÒD REDDENTES IVS IN CIVITATE MEDIOLANI, NON POSSINT REDDERE IVS DE DECIMIS.

CAP. cccc. Lxxix.

NVLLA persona possit opponere, nec allegare, quin Ius reddatur inter Laycos de Decimis, & Fructibus earum per Dominum Potestatem, & Iudices eius, & alios reddentes Ius in Ciuitate, & Ducatu Mediolani.

Et, si quis cõtrafecerit aduocãdo, procurando, Litigãdo, vel alio modo, sit extra Protectionẽ Cõis Mediolani, videlicet.

Quòd non possit vti Priuilegijs, Statutis, & Decretis, ac alijs Ordinibus Ciuitatis, & Ducatus Mediolani.

Et contenta in præsenti Statuto, non habeant locum in Decimis Ecclesiasticis.

QVOD, QVI TENVERINT DECIMAM PER ANNOS QVADRAGINTA CONTINVOS, PRAESVMATVR ESSE SVA, ET DEFENDANTVR PER POTESTATEM, ET COMMVNE MEDIOLANI.

CAP. cccc. Lxxx.

SI qua decima possessa, vel quasi, seu detenta fuerit per aliquem Secularem, per annos quadraginta, computato tempore suo, cum tempore Datorum, vel Antecessorum suorum, præsumatur sua, & habeatur, & censeatur pro Possessore legitimo, vel quasi, & quo ad Defensionē proprietatis, & omnem effectum Possessionis, vel quasi, ipsius Decimę.

De Pręscriptione Decimarum, Paul. ps. 291. Fel. In c. caussam, quę. col. pª. de Præscrip. Bald. In prima parte, vltimę partis. vers. tertius Casus, in Tract. Pręscript.

Et, si quis eum impedierit, quocunq; modo, quilibet Iusdicens, & Commune Mediolani teneatur eum adiuuare, & defendere, omnibus modis, ad voluntatem illius, qui illam Decimam possederit, vel quasi, vel detinuerit, vt supra, sub pęna librarum ducētum Imperialium applicandarum pro Medietate Cōmuni Mediolani, & pro alia Damnum Passo.

Et Impediens, Ipso Iure, sit exemptus à Protectione Communis Mediolani, vt supra, declarata.

Et quilibet Iusdicens de prędictis teneatur procedere ad petitionem Actoris, sub pęna librarum decem Imperialium applicandarum, vt supra, qualibet vice.

Et de hoc possit Syndicari, etiam pendente Officio, non obstante aliqua Lege, vel Statuto, vel Reformatione, vel Prouisione in contrarium loquente.

De poena inquietantis aliquem, occasione alicuius Decimae, contra pacta, facta inter Partes, sive contra illud, quod scriptum est de Consuetudinibus Communis Mediolani.

Cap.cccc.Lxxxi.

QVICVNQVE, cuiuscunq; Status, & Condictionis existat, siue sit Subditus Domino Potestati Mediolani, siue non, in Iudicio, vel extra, inquietauerit aliquem, occasione alicuius Decimę, cõtra Pacta inita inter Partes, siue etiam illud, quod scriptum est in Consuetudine Communis Mediolani, siue Iure Municipali, vel inquietanti, Auxilium, vel Fauorem dederit, Ipso Iure, & Ipso Facto, sit exemptus à Protectione Communis Mediolani, declarata, vt supra. Et idem sit in Massariis, & Fictabilibus, & Pensionantibus eorum. Et expensis Communis Mediolani, inquietatus, defendatur per Syndicum Communis Mediolani.

Cridę non pręiudicãt huic Statuto, vt in Cõstitut. lib. 2. fo 52. §. Per Cridas prędictas.

Qualiter Laycus, habens Decimam, tenetur eam vendere, Domino Fundi.

Cap.cccc.Lxxxii.

SI quis Laycus habens Decimam, vel Ius decimandi fructus, in, vel super alieno Fundo, teneatur ipsam vendere Domino Fundi, Volenti eam emere, ad Computum librarum centum Imperialium, pro quibuscunq; libris quinq; Imperialiũ Redditus ipsius Decimę, Facta Aestimatione Valoris ipsius Decimę, vel Redditũ, vel Fructuũ eiusdẽ Decimę per Aestimatorem Cõmunis Mediolani, & eo casu, Venditor non Teneatur Emptori dare Fideiussorẽ, nec ei promittere de Defensione, nisi pro suo Dato, & Facto

tantum, quod Datum, & Factũ intelligatur, vt Declaratũ est in Statuto de Re paterna Luenda, & q̃ cogi possit dictus Habẽs decimã, vel Ius decimandi, vt supra, per quẽlibet Iusdicẽtem summariè, & de Facto, sine strepitu, & figura Iudicij, & per omnia Iuris remedia, & si Decimarius habuerit Decimã, vel Ius decimandi super pluribus Fundis eiusdẽ Personæ, & Dñs Fundi voluerit redimere Decimam, vel Ius decimandi vnius Fundi, vt supra, teneatur, eodẽ modo, redimere Decimam, vel Ius decimandi omniũ Fundorũ suorum, super quibus, idẽ Decimarius Decimã, vel Ius decimãdi habuerit, si hoc placuerit ipsi Decimario. Supra folio.

Idem habeat locum in Emphiteota Fundi, seu Fundorum, ita, vt possit luere, vt supra.

RVBRICA GENERALIS DE SOCIIS, ET SOCEDIS.

DE ACQVISITIS PER FRATRES IN COMMVNI DOMO, VEL HABITATIONE VIVENTES, POST MORTEM PATRIS, QVOD COMMVNIA DEBENT ESSE INTER EOS.

CAP. CCCC. LXXXIII.

An liget Clericos. Alex. 23.93. col 1. & 2. lib. 2°. Qualiter Fructus Colonorum deb. diuidi. sup. cap. 401. sub Rubr. de loca, fo. 136. vbi etiam qualiter Bona per eos ex fructib. acquisita, diuid. De materia habes tract. Bal. de duobus Fratribus & Petri de vbal. de duobus Fratribus, & Ang. de Perigl. de Societat.

INTER Fratres quoq̃, inter quos est quoddam Ius Societatis, illud obtineat, vt quicquid in Cõmuni Domo, vel Habitatione, post mortem Patris, simul viuendo, acquisiuerint, inter eos, Commune sit, quę nõ habeant Locum in Acquisitis ex Successione Intestati, & etiam ex Caussa Testamenti, vel Codicillorum, vel Donationis, Caussa Mortis, nec etiam occasione Donationis inter Viuos, legitimè factæ, vel Dotis, vel in Iis, quæ cõtingeret Maritũ Lucrari

propter Mortem Vxoris, & intelligantur Fratres stare in Communi Habitatione, etiam, si cõtingat aliquem ex prę-dictis Fratribus, se absentare, ex Caussa concernente communem Rem, vel commune Negocium omnium Fratrum, vel ex Caussa Studij cuiuslibet Scientiæ.

La. vbald. in tract. de duobus Fratribus, & Ang. in Tract. de Societ.

De Sociis, sev Socedis Animalivm.

Cap. cccc. Lxxxiiij.

SI Pactum à Iure non improbatum inter Socios fuerit, illud seruetur.

Si verò sine Pacto, Societas Animalium celebretur, hoc modo, obseruetur.

Si Oues in Socedum datæ fuerint, de Precio earum, & Fętuum earum, debeat primò satisfieri Domino, & Residuum, si quod affuerit, communiter diuidatur.

Idem erit in Bestijs Bouinis, Equinis, & Asininis, & Porcinis, sed, si ante Desolutam Societatem, mortuæ fuerint, vel deterioratæ absq; culpa Socij, Periculum commune sit.

In prædictis casibus, semper intelligatur Dominum dantẽ in Socedum Potiorem esse in dictis Bestijs, & eorum Fętibus, cæteris Creditoribus, etiã Anterioribus, cũ Hypoteca, vel sine, donec de Precio, & sua Parte, fuerit satisfactũ.

Et prædicta non habeant locum, quando dictæ Bestiæ ante dictum Socedum factum, peruenissent à dicto Socedario, in dictum Dantem in Socedum.

De Solem. in Emancip. obser. sup. cap. vol. primo. Et an pater possit cogi ad emãcipan. com. 71.82. & Cepol. caut. 184.

De parte assignanda filio Emancipato.

Cap. cccc. Lxxxv.

SI pater, vel Ascendens Masculus, Filium, vel Descendentem emancipauerit, Partem debitam, Iure naturæ, Bonorum suorum, ei assignare compellatur.

De Rebus Donatis per Maritum, seu Contemplatione Mariti, Uxori vel Sponsae.

Cap.cccc.lxxxvj.

STATVITVR, addēdo ad Statutum, positum sub Rubrica generali de Successionibus ab intestato, quod incipit, SI ALIQVA EX REBVS SPONSALICIIS, SEV PARAFRENALIBVS, & cętera, quòd disposita in dicto Statuto habeant etiam locum in Rebus datis, vel Donatis Vxori, vel Sponsę per Maritum, vel per alium, contemplatione ipsius Mariti, siue ante consumatum Matrimonium, siue post.

RVBRICA GENERALIS. DE REDHIBITIONE ANIMALIVM.

Animal vmbriosum est vitiosum. l. Boues, in prin. de ædil. ædict.

De Redhibitione Equorum.

Cap.cccc.lxxxvij.

REDHIBITIO equorū fieri possit, & debeat, si equus fuerit Orbus, vel Disfilatus, vel Bulsus, vel Morbū Commorbij habuerit, & non in alijs casibus, nisi sit Pactum. Et prędicta habeant locum, si Emptor, vel Acquisitor recursum habuerit ad Iudicem, aut denunciauerit Venditori, vel Alienatori, infra quindecim dies, à die talis Alienationis.

Quia circà tales morbos reccurritur ad Peritos, qualiter eligant tales Periti, Fel. in c. significasti, cle. 2. in. 2°. col. de Homicid.

Redhibeantur Porci gramegnosij, Boues morbosi, & Oues marcidæ, siue morbosæ.

Si inter Alienantem & Acquisitorem, Quæstio morbij, vel defectus fuerit, nec Testibus, aut alijs legitimis argumentis probetur, Sacramento Alienatoris negantis, q̄ Bestia erat

morboſa, vel defectuoſa, tempore Alienationis, Stetur.

Quęcunq; dicta ſunt In equis, habeant etiam locum in Mulis, & Aſinis.

RVBRICA GENERALIS DE EXTRAORDINARIIS LIBRI EXTRAORDINARIORVM.

DE ALIENATIONIBVS FIERI PROHIBITIS IN NON SVBDITOS IVRISDICTIONI POTESTATIS MEDIOLANI.

CAP. CCCCLXXXVIIJ.

Habes Decretum æditum die.14. Martii, 1370. & in Nouiſs. Conſtitut. lib. 4. In titulo de Pœnis, fo. 78. §. Colegiis.

An liget Clericos. Alex. ɔs°.91. col. 2. lib. 2°. Signorol. ɔs. 21.

An poſſit non Subditus ſuccedere, Iaſ. in. §. diui col. 21. ad fi. & ſeq. & In. l. ſi ita ɔs. 9. ea lege, col. pe. de verb. Oblig.

QVILIBET Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, vel Terrarum ſuppoſitarum Statutis Mediolani, qui in aliquā perſonam Collegium, vel Vniuerſitatem nō ſubditam, vel non ſuppoſitum Iuriſdictioni Poteſtatis Mediolani, vel Iuriſdictioni Iuſdicentium Ducatus Mediolani, vel Terrarum ſuppoſitarum dictis Statutis aliquam Rem immobilem, Pleno Iure, vel reſpectu vtilis, vel Directi, vel Ius aquarum, ſubditum, vel ſubditam Iuriſdictioni præfacti Domini Poteſtatis, vel Iuſdicentium Ducatus Mediolani, quoquo modo, aliter quàm per Viam Cambij, ſeu Contracambij, ſcilicet, Reſpectu Bonorum immobilium, & Iurium conſiſtentium in Ciuitate, Ducatu, & Diœceſi Mediolani, & in Terris ſuppoſitis Statutis Cōmunis Mediolani, alienare voluerit, inter Viuos, ſoluat de vera æſtimatione Rei, vel Iuris aquarum, quam, vel quod alienat, vel in alium non ſuppoſitum, vt ſupra, Iuriſdictioni Domini Poteſtatis Mediolani, vel vt ſupra, transfert, de qualibet libra Imperialium, Soldos decem Imperialium Communi Mediolani, &

Quid In vltima voluntate Imol. in. l. ſi ita quis. §. ea lege, col. pe. de verb. oblig. Alex. ɔs. 120. col. 1. lib. primo. Paul. ɔs. 283. col. 1. in term.

oẽs Res immobiles,pleno iure,seu vt supra,& Ius aquarũ, quæ,& quod possidentur vel possidebũtur,vel quasi,in futurũ per suppositos Iurisdictioni,vt supra,in Iurisdictione Potestatis Mediolani,vel aliorum Iusdicentium,vt supra, quas in futurum in non Suppositos,vt supra,contingeret alienari,non facta dicta Solutione,Ipso Iure,ex tunc,prout ex nũc,cadant,& cecidisse intelligãtur in Ius,& Dominium Cõmunis Mediolani,absq; aliqua alia Declaratione.

Et super hoc,per Officium Prouisionum,non possit aliqua Remissio,nec Compositio fieri in Contrarium.

Et,si quis,huic Statuto,aliquo modo,directè,vel per indirectum,Fraudem fecerit,maximè de persona ad personam, vltra dictam pœnam,condemnetur in veram Rei,vel ipsius Iuris æstimationem,applicandam pro Medietate Comuni Mediolani,& pro alia Medietate Accusatori,& nihilominus,soluat,vt supra,Notarij autem,qui scienter aliquod Instrumentum tradent contra Dispositiõnem huius Statuti,puniantur in libris centum Imperialium,& Contractus,vel quasi,vel Distractus,Ipso Iure,sit nullus.

Et,si cõtingeret Personam,vel Commune,Capitulum,Collegium,vel Vniuersitatem,de non Iurisdictione,vt supra, possidere,vel quasi,à modo,Rem,vel Ius aquarum,vt supra,quæ,vel quod fuerit alicuius Suppositi Iurisdictioni, vt supra,pro plena Probatione habeatur,quod contra hoc Statutũ,seu in eius Fraudem Alienatio facta sit,quod nõ habeat locum,vbi Acquisitio facta fuerit cum beneficio Literarum,vel Ordinum,aut Decretorum Ducalium.

Et,q; potestas Mediolani præsens,vel futurus,teneatur,& debeat de prædictis,& quolibet prædictorum,cum ad eius Noticiam peruenerit,inquirere,cognoscere,& condẽnare.

In quibus,vel aliquo eorum,si Negligens fuerit,pœnam librarum quinquecentum Imperialium,incurrat,applicandarum,vt supra.

De eodem.

Cap.cccc.Lxxxxix.

SI quis non Suppositus Iurisdictioni Domini Potestatis Mediolani, acquisiuit, vel de cætero acquirere contigerit aliqua Bona immobilia, supposita Iurisdictioni præfati Domini Potestatis, aut aliorum Iusdicentium Suppositorum Statutis Communis Mediolani, etiam cum Beneficio Literarum Ducalium, & postmodum, pro ipsis Bonis, vel eorum occasione, recusauerit soluere omnia Onera incumbētia, vel dictim incumbitura ipsis Bonis, vel aliter contrauenerit ipsis Ducalibus Literis. Quòd, tunc, & eo casu, Bona ipsa applicentur, & applicata esse intelligantur, Ipso Iure, & Facto, Phisco Ducali.

Et in qualibet Alienatione facta inter Viuos, & vt supra, Ipso Iure, intelligantur apposita istæ Claussulæ, videlicet. Bonis transeuntibus cum Onere suo, maximè Soluendi Onera incumbentia Bonis alienatis, in illa parte, in qua, tempore Contractus, soluebatur, & sine præiudicio Iurium Tertij, & Fori Declinatione.

De Communantiis Pascuis, et Vicanalibus non alienandis, nec obligandis.

Cap.cccc.Lxxxx.

An valeat etiam respectu Forensium, Bart.in.l. Filius famil.as.§. Diui in.3.q de leg.1.Dec.cs.661.vbi late.

ALIQVAE Communantiæ, Vicanalia, vel Pascua, vel Bona aliqua immobilia, vel Iura aquarum Ciuitatis, & Ducatus Mediolani, vel alicuius Vniuersitatis, quę etiam pręsentibus Statutis ligetur, non possint ab aliqua singulari Persona, vel Vniuersitate vendi, alienari, nec obligari.

Et, si alienarētur, vel obligarētur, ipsa Alienatio, vel Obligatio, nō valeat, nec teneat, Ipso Iure, & pro infecta habeatur, Et ille, qui fecerit, vel receperit dictam Obligationem, vel Alienationē, Si fuerit singularis Persona, cadat in pęnam,

Ipso Iure,& Facto, librarum quinquaginta Imperialium.
Et,si fuerit Vniuersitas,librarum centum Imperialium.
Et quilibet possit accusare, & habeat Medietatem pęnę, & alia Medietas perueniat in Commune Mediolani, Et omnes Alienationes,hinc retrò factæ, sine Ducali Dispensatione,de prædictis,vel aliquo prædictorum,& quæ fierent in futurum,Ipso Iure,sint nullæ,& habeantur pro infectis.
Et,q; omnes,& singulæ Personæ,Collegium,& Vniuersitas,cuiuscunq; Conditionis existant, quæ contra prædicta,vel aliquod prædictorum fecerint,teneantur infra tres Dies,postquàm sibi Intimatum fuerit, sub pœna librarum vigintiquinq; Imperialium,applicandarũ,vt supra, ea spaciare,& vacuare,qua pęna soluta, vel non soluta,nihilominus ad spaciandum compellantur, sine vlla Dilatione, & quilibet Iusdicens teneatur precisè, hoc Statutum, infra octo Dies,ex quo sibi notificatũ fuerit, Exequutioni mandare,sub pœna librarum quinquaginta Imperialium, pro quolibet eorum,de suo Salario, qualibet vice, applicanda, vt supra.
Et,si Fructus,vel Redditus dictarum Vicanalium,vel Communantiarum,vel Pascuum, vel Bonorum ipsius Vniuersitatis, venderentur,vel compartirentur, detur sua Pars cuilibet Habenti facere in eis.

De Gvbernatore Statvtorvm.

Cap.cccc.lxxxxv.

Gvbernatores Statutorum Ordinamentorum Prouisionum, & Reformationum Communis Mediolani,& Scriptores Cridarum,& Præconizamentorum,quę fiunt ex parte Domini Ducis Mediolani, & Potestatis, & aliorum Magistratuũ Communis Mediolani, habere debeant, & habeant pro eorum Fæudo, & Remuneratione,

de Hauere Cōmunis Mediolani, Soldum vnum Imperialium, qualibet Die, & hoc pro Remuneratione librorum, quos necesse est, ipsos habere, quotidie in domo Domini Mediolani, & Potestatis, & pro prædictis ostendendis eisdem, & eorum Iudicibus, & Consulibus, & Dominis sex, & Caneuarijs Communis Mediolani, & Dominis Doctoribus Collegij Mediolani, & quibuslibet alijs Officialibus Communis Mediolani, & pro eis instruendis de prædictis, quæ Solutio eorum Salarij fieri debeat per Caneuarium Communis Mediolani de pecunia dicti Communis, absq; aliqua Nota, vel Precepto, omni Mense, eo modo, quo Solutio fit Dominis sex Cameræ, & Caneuariis Communis Mediolani, Et in omnibus reputentur, & sint Officiales Cameræ, & sic habeantur, & tractentur.

QVOD STATVTA, PROVISIONES CRIDAE, ET ORDINAMENTA, STENT PENES GVBERNATORES STATVTORVM.

CAP. cccc. Lxxxxij.

STATVTA, Prouisiones, Reformationes, Cridæ Decreta, & Ordinamenta facta, & factæ, & quæ fient in futurum, stent, & remaneant penes Gubernatores Statutorum Communis Mediolani, vt hactenus fuerunt, & steterunt, nec illud Officium alij concedatur, nec vendatur, nec detur ad Sortes.

STATVTVM IN FAVOREM PIORVM LOCORVM.

CAP. cccc. Lxxxxiij.

AD hoc, vt Pauperes Hospitaliū Mediolani conseruētur ab Oppressura malorū Hominū, Potestas Mediolani

eiusq; Iudices,& quilibet Iusdicens in Ciuitate, & Ducatu Mediolani, suo Sacramento, toto tempore sui Regiminis teneantur dicta Hospitalia defendere, & manutenere in suo Statu, & Iure, tanquam aliquam Rem specialem Communis Mediolani, & per quemlibet Iusdicentem fieri debeat Ius summarium, sine strepitu, & figura iudicij dictis Hospitalibus, quolibet Die, Feriato, & non Ferito, exceptis Ferijs introductis in honorem Dei, & Sanctorum. Vt in vol.pº. cap. de Iudic.fo.

Et quilibet Iusdicens possit, & debeat, ex Officio, inquirere, & procedere contra omnes, & singulos, qui aliquid commiserint, vel committerent in Praeiudicium, vel Damnum ipsorum Hospitalium, nec alicuius eorum, & ipsos punire, & condemnare, sub poena librarum centum Imperialium cuilibet Iusdicenti, vt supra, de suo Salario, applicandarum Communi Mediolani.

Idem, per omnia seruetur in Fabrica Ecclesię Maioris Mediolani, & in Consortijs Domus Misericordiae, Quatuor Mariarum, Charitatis, Diuinitatis, Humilitatis, Pietatis, Pauperum Christi Mediolani Pignatellae, Scholae Protectorum Carceratorum Mediolani, Scholae Hospitalis Sācti Iacobi Portae Vercellinae Mediolani, Scholae Sanctae Catherinae super Cimiterio Sancti Nazarij in Brolio Mediolani, Hospitalis Sanctorum Petri, & Pauli in Burgo Portae Romanae.

Quodq; per praesentia Statuta intelligantur expressè confirmata, & approbata omnia, & singula disposita in Decreto, alias aedito, videlicet, Die secundo Ianuarij, Millesimi quadringentissimi octuagesimi sexti, signato Io. Moronus.

Et, ꝙ pia Loca Eleemosynaria, comprehensa in ipso Decreto, & etiam dicta alia pia Loca comprehensa in praesenti Statuto, possint, & valeant gaudere Beneficio dicti Decreti, & contentorum in eo.

QVOD BRENTATORES DEBEANT CVRRERE AD IGNEM, TEMPORE INCENDII.

CAP.cccc.Lxxxxiij.

BRENTATORES habitantes in Ciuitate Mediolani, tempore Incendij, teneātur currere cum eorum Brentis ad seruiēdum, & ignem extinguendum, donec à Domino, seu Conductore domus fuerint licentiati, sub pœna illis Brentatoribus, illius Portæ, in qua fuerit Incendium, Soldorum viginti Imperialium, pro quolibet eorum, Quibus Brentatoribus exinde satisfiat per eum, qui habitat in domo, vbi fit Incendium, secūdum quod per Dominum Vicarium Prouisionum taxabitur. Ad quam Solutionem compellatur de Facto per ipsum Dominum Vicarium, quæ pęna imposita Brentatoribus, applicetur Habitatori domus prædictę.

DE DOMICELLO VESTITO, QVI RECESSERIT ANTE FINEM ANNI, SINE LICENTIA PATRONI.

CAP.cccc.Lxxxxiiij.

SI Domicellus, vel alius Familiaris Masculus, vel Fęmina, fuerit vestitus, vel vestita per aliquem eius Patronum, vel Patronam, & recesserit, contra, vel præter voluntatem Patroni, vel Patronæ, ab ipso, vel ipsa, ante spacium anni, à tempore Confectionis Robæ, de qua fuerit vestitus, vel vestita, teneatur ipsam Robam dimittere Patrono, vel Patronæ, alioqui tanquā Furto subtracta, habeatur, & reputetur, Pro quo tamē Furto non possit procedi Criminaliter, sed tamen Ciuiliter possit cogi, etiam per Personalem Detentionē, quolibet die. Et nihilominus pro tēporibus, qbus dicti, Domicellus, vel Domicella portauerit dictā Robā, vel ea usus, uel vsa fuerit, solutū, & satisfactū esse intelligatur, dicto Domicello, uel Domicellæ, usq; ad quātitatē, quā

Declarat Bar. & alii Scrib. in. l. pe. §. primo ad fi. ff. Sol. ma.

ascenderit Deterioratio dictæ Robę, & de non licentia, vt supra, stetur Sacramento Patroni, vel Patronæ, vt supra.

QVALITER DOMICELLVS, VEL FAMILIARIS, TENEATVR PRO FVRTIS, VEL REBVS SVBTRACTIS.

CAP. cccccLxxxxv.

SI contingat aliquem Domicellum, uel alium Familiarem recedere à Patrono, vel Patrona, sine eius Licentia, & post eius Recessum, infra octo dies, Patronus, uel Patrona asseruerit aliquod mobile esse deperditum, vel nō reperiri in eius domo habitationis, affirmet eius proprio Sacramento, & credere esse subtractum per eum Domicellum, pro plena Probatione Habeatur contra Domicellum, uel Famulum, & intelligatur recessisse sine licentia, si hoc, Patronus, uel Patrona, Iuramento suo affirmauerit.

Ita tamen, ꝙ uigore huius Statuti non possit procedi Criminaliter, sed tamen possit fieri exequutio Realis, etiam per Personalem Detentionem, & quolibet die.

DE DOMICELLA, VEL FAMVLA INHONESTÈ, SE HABENTE, IN DOMO PATRONI, VEL PATRONE.

CAP. ccccLxxxxvi.

SI contingat Domicellum, uel Familiarem, aut Domicellam, uel Familiarem, inhonestè se habere in domo sui Patroni, uel Patronę, possit Patronus, & Patrona, autoritate propria, ipsum Domicellum, uel Familiarem, duci facere in Forciam Domini Potestatis.

Et, si hoc firmiter se credere Patronus, uel Patrona sub Sacramento affirmauerit, ꝙ tunc Domicellus, uel Domicella teneatur in Carceribus, per annuum unum, uel minus, arbitrio Patroni, uel Patrone.

QVOD STETVR SACRAMENTO PATRONI, VEL PATRONAE SVPER SOLVTIONE SALARII.

CAP. cccc. Lxxxxvij.

Dec.75.391.col.pe.

SI oriatur Controuersia inter Patronum, & Domicellum, vel Familiarem super quantitate Salarij, vel Mercedis, vel super Solutione Salarij, vel Mercedis, stetur Sacramento Patroni, vel Patronæ singulariter referendo.

QVOD PRAEDICTA CAPITVLA DE DOMICELLO INTELLIGANTVR ETIAM IN DOMICELLA, FAMVLA, BAIVLA, VEL NVTRICE.

De solem. in alien. & oblig. & renũtiis mulierum obser. vol. 1. cap. sub Rubr. de Solemn. fo.
De solem. obser. per mulieres in Iurib. Dotal vol. 1. cap. sub Rubr. de cessionibus.

CAP. cccc. Lxxxxviij.

PRAEDICTA omnia, quæ dicta sunt de Domicello, vel Familiari, habeant locum in Domicella, Famula, ac Baiula, vel Nutrice.

QVOD MVLIER POSSIT CONSENTIRE ALIENATIONI BONORVM HYPOTECHATORVM PRO IVRIBVS DOTALIBVS.

CAP. cccc. Lxxxxix.

POSSIT mulier, Constante Matrimonio, consentire cuilibet Alienationi Bonorũ hypothecatorũ pro Iuribus Dotalibus, & Parafrenalibus, & ea Bona, & alia quælibet Bona, abinde retro alienata, per quæ Regressus posset haberi ad ea Bona, quæ tunc alienarentur, & liberarentur, liberare ab ipsa hypotheca, siue sint vltimum Pignus, siue non, etiam quando se petat securam in Toto, vel in Parte, super alijs Bonis. Dummodo in actu huiusmodi Consensus, & Liberationis, accedat Consensus Patris, si Patrem ipsa mulier habuerit, & vnius alterius Agnati proximi.
Et, si patrẽ non habuerit, accedat Cõsensus duorũ Agnatorũ

proximorum. Ita, quod existentibus Agnatis, interueniant ipsi Agnati, & non existentibus Agnatis, interueniãt Cognati. Existente verò Solùm Agnato vno, ipse interueniat cum vno Cognato, Et in omnibus Casibus, etiam interueniat consensus Mariti, in quo Consensu iurare debeant ipsi Cõsentientes ad Sancta Dei Euangelia, manibus corporaliter tactis scripturis, Consensum ipsius Mulieris, eidem expedire, & eorum credere, nullum alium meliorem modum adesse, quàm Consensum Alienationis prædicte.

An Iuramentum supleat, Communis est quod sic, vt Ia. disp. Ias. In auth. Sacramẽta Puberum, col. 1. numero. 49. & seq. C. si aduers. Vẽd. Socy. cons. pe. n°. 10, & 11. in. 4°. Paris. cons. 16. n°. 58. lib. 2°. Bram. decis. 12. n°. 6. & seq. Tamen Senatus Mediolani nõ patitur mulieres propter vim talis Iuramenti Indotatas remanere.

Onerantes grauiter Cõscientias Iurare Debentium, vt diligenter aduertãt, ne in præmissis Calumniosè interueniant.

Anch. cons°. 69. col. 2. vers. quod sub. Alex. cons°. 80. col. 3. lib. 5. Et an huic solem, possit renũciari Pen. in Rubr. de Decret. decur. lib. 10. col. 2.

Idem in omnibus, & per omnia locum habeat in Renunciationibus contradictionum factarum aliquibus Cridis factis pro Bonis vendendis, & Liberationibus Bonorum ad Cridas positorum, quando aliquibus Cridis, per aliquam Mulierem, vel eius nomine, ex Caussa Iurium Dotalium, & Parafrenalium contradictum fuisset.

DE STATVTIS COMMVNIS MEDIOLANI MANVTENENDIS.

CAP. cccc.

STATVTA Cõmunis Mediolani in Membranis ponãtur, & manuteneantur, expensis Communis Mediolani, ad Officium Prouisionum Communis Mediolani, & ad Officium Gubernatorum Statutorum Communis Mediolani.

QVOD DOS POST BIENNIVM FACTA NOCEAT CREDITORIBVS, IN CERTIS CASIBVS.

CAP. cccc. i.

De rebus Parafrenalibus supra. vol. primo. cap. fo. sub Rubr. de succes. & sup. eo vol. cap. fi. sub Rubr. de focus.

LICET ex forma Statuti positi sub Rubrica generali de Fraudibus remouendis, & sub Rubrica, speciali de Dote,

post Biennium facta, incipientis. SI QVIS à MODO VXOREM DVXERIT, & cætera, caueatur Chartam Dotis, & Consultus, factam post duos annos, à tempore Traductionis, ad domum Habitationis Mariti præiudicare Creditoribus Viri, vel Ascendentis, & cætera, prout in eo Statuto continetur.

Tamen Statuitur, ꝙ vbicunq; Dos, post dictos annos duos, reperiatur facta cum Iuramento præstito per Talem, vel Tales, Dotem ipsam Constituentem, seu Constituentes, in ipsa Dote, ꝙ ipsa Dos non fit per Malitiam, nec in Fraudem alicuius Creditoris futuri, nec alterius.

Et, ꝙ talis Dos est vera, non autem Ficta, nec Simulata, & Rubricata fuerit ad Officium Statutorum prout requiritur, noceat Creditoribus futuris, talis Cõstituentis, seu Talium Constituentium Dotem, cum Hypotheca, & fine, à die ipsius Dotis in antea, quæ Rubrica fiat fine Solutione.

An noceat Hęredibus, viri vt pote morte ipsius viri confirmata, Socy. in l.1.col.16.vers.p°. contracto.ff.conclusio ma.

DE OBSERVATIONE PRAESENTIVM STATVTORVM, ET DE ANNVLLATIONE, ET CASSATIONE ANTIQVORVM STATVTORVM, ET DECRETORVM OBVIANTIVM PRAESENTIBVS STATVTIS.

CAP.ccccc.ij.

STATVITVR, ꝙ saluis dispositis in isto Volumine Statutorum, nuncupatorum Iurisdictionum, & Extraordinariorum, cuius præsentis Voluminis, primũ Statutum, positum est sub Rubrica generali de Sapientibus, & Consilio, & alijs accidentibus, & speciali de Electione Dominorum Duodecim Prouisionum, & cætera. Et incipit, PER SERENISSIMVM, ET CHRISTIANISSIMVM REGEM. Vltimum verò est istud, proximè autem præcedens Statutum incipit, LICET EX FORMA STATVTI

SVB RVBRICA SPECIALI DE DOTE POST BIENNIVM FACTA, OMNIA Statuta contenta in alio Volumine Statutorum nuncupatorum Iurisdictionũ Publicatorum, & Confirmatorum, anno Millesimo trecẽtesimo nonagesimo sexto, cuius Voluminis primum Statutum incipit, DECERNENTES NE ALIVNDE STATVTA, vltimum verò Statutum incipit STATVTA, ET CONSTITVTIONES FACTE CONTRA HAERETICAM PRAVITATEM, & etiam cõtenta in alio Volumine Statutorum, nuncupatorum, Extraordinariorum Publicatorum, & Confirmatorum, dicto anno Millesimo trecẽtesimo nonagesimo sexto, cuius primum Satutum incipit, OMNIA ONERA RVSTICORVM SOLVERE DEBEANT, & cætera, vltimum verò incipit QVAECVNQVE DICTA SVNT DE REDHIBITIONE EQVORVM, & cætera.

Sint, & esse intelligãtur Cassa, Irrita, & Abolita, à Calendis Mensis Iunij proximè futuri, videlicet anni pręsentis Millesimi quingentesimi secũdi, in antea, vt isto medio tẽpore Suppositi Iurisdictionibus Mři, & eius Ducatus, & Locorũ, & Terrarũ Suppositarũ Statutis Cõmunis Mediolani. A quo tempore incipiant ligare Statuta Bart. in. l. omnes populi col. 1. vs. 5°. principaliter de Iust. & Iu.

Ita, q̃ in præmissis comprehendatur etiam Terra Binaschi, possint de eis edoceri. Nec cõtra disposita in præsenti Volumine à dictis Calendis mensis Iunij in antea, admittatur aliqua Dispositio Iuris Municipalis, nec Decretorũ Ducaliũ, nec Prouisionũ, in quibus Prouisionibus non cõprehendat' Prouisio ędita super Bonis Immobilibus vẽdendis sine Fideiussore, nec eius Additiones, nec Reformationes.

Et sufficiat in peragendis expressis in isto Volumine obseruate disposita in pręsentibus Statutis.

Saluò, & pręterquã in Caussis in dictis Calẽdis mẽsis Iunij, tũc pendẽtibus, quibus, per pñtia Statuta nullum fiat pręiudicium, nisi aliter in præsentibus Statutis sit dispositum.

Et saluis, quibuscunq; Priuilegiis, quæ reperiantur concessa in Beneficium Domini Domini Mediolani, & Ciuitatis, & Ducatus Mediolani

Et saluò etiam, quod firmę remaneant Reuocationes appositæ in dicto primo Statuto Voluminis Iurisdictionū reuocari, quod incipit, DECERNĒTES NE ALIVNDE, &c.

Saluò, quod ipsa Reuocatio non se extendat ad aliqua contenta in Voluminibus Statutorum Nuncupatorum Maleficiorum, Victualium, Datiorum, Mercatorum, & Mercatorum Lanæ publicatorum, & Confirmatorum dicto anno Millesimo trecentesimo nonagesimo sexto.

Publicatio requiritur. l. verifica. §. fi. vbi Bal. no. C. de cad. tol. Alex. 75. 39.

Saluò. vt in præsenti Volumine continetur, quæ Volumina adhuc restant reuidenda, & reformanda.

Et saluò, quod Decreta ædita ab hodie retrò, firma remaneant, dummodò non contradicant Statutis, positis in præsenti Volumine, & in alio Volumine nuncupato Statutorum Ciuilium publicatorum, anno Millesimo quadringentesimo nonagesimo octauo.

Saluis Correctionibus factis in præsenti Volumine.

F I N I S.



Impressum Mediolani Apud Ioan. Antonium Castilionæum Mediolanensem.



Impensis D. Io. Baptistæ, & Fratrum de Seronib9, Anno à Virgineo partu, M. D. L.

